tionis. vt in dicta de. si summus. Domin⁹ Anto. credit q in dubio requirat absolutio. quia alio⁹ nō apparente non videt papam velle vti potestate absoluta sed ordinaria. Et ita debet impendi absolutio fm iuris ordinē. Et d ptāte pape vide glo. in cle. vnica. de imu. eccle. sup v. infectis. vbi singulariter dicit q papa circa ea que sūt de iure positiuo habet potestatē illa reuocandi. ex tūc. et hec glo. non inuenit alibi fm zab. et cum glo. concordat Pau. dicens et hoc q illegitimus potest legitimari per papam: sic q habeatur pro legitimo ex tunc. i. retrotrahat. etiam quo ad honores seculares. Et nota glo. notabiles in. c. non debet. de cōsang. ꝛ affi. ꝛ glo. in. d. v. infectis. q tanta est autoritas pape q potest tollere constitutionē ratione effectus preteriti. adeo q si aliquis fuisset ratione alicuius constitutōnis excōmunicatus ꝛ papa diceret. q tollit dictam constitutionē ꝛ vult q habeatur ꝓ non facta. q talis excōmunicatus non indiget absolutione. Si tamē papa simpliciter reuocaret constitutionē seu statutum non censeret reuocatus effectus iam causatus per statutum. nec videtur approbatus actus gestus cōtra antiquū statutum. Et ideo excōmunicatus ex antiqua lege indiget absolutione, etiam post legem reuocatam. nisi in reuocatione dicatur q antiqua lex debeat haberi ꝓ infecta. tunc enī omnis effectus antique legis est sublatus. Ita vt excōmunicat⁹ nō indigeat absolutione. quod potest facere papa ex plenitudine potestatis. Secus de prelatis inferioribus. eo q assumūtur in partem sollicitudinis. Et hoc facit q si quis excōmunicatus esset ꝑ constitutionē episcopi. dato q dictus episcopus tolleret dictam cōstitutionē ꝛ diceret q vult eam haberi pro non facta. ille tamē excōmunicatus non esset absolutus. Et ex predictis potes elicere multas theoricas q faciūt ad multa.

Utrum autē papa cōmunicādo cū excōmunicato incidat in excōmunicatōez? Glo. in. c. nulli. de sen. excō. ꝯcludit q non. Et ratio est manifesta. quia hoc vinculū excōmunicatiōis ꝯtrahitur a iure positiuo, quo papa nō ligatur. vt in. c. ꝓposuit. de ꝯces. pre. Panor. tamē in. c. cum desideres de sen. ex. addit notabiliter ad illā glo. q papa peccat cōmunicādo cum excōicato. quādo nō subest causa cōmunicādi. nam tunc papa non solam facit ꝯtra ius positiuū. sed etiam ꝯtra diuinū. vt habetur in euangelio. Qui non vult se corrigere. excōmunicet ꝛ ꝓpter hoc debet haberi tanq̄ ethnicus ꝛ publicanus. vnde papa cum sit subiect⁹ legi diuine. xxv. q. j. sunt quidam. peccat. nō habendo eū tanq̄ publicanū ꝛ infidelē.

Si per papā fuit cōfirmata aliqua excōmunicationis sententia quā inferior tulit. nūquid inferior potest absoluere. Dic fm panor. in. c. ex frequentibus. de insti. q aut ista sentētia cōfirmata ꝑ papam. est sententia hominis aut statuti. Si hominis distingue. quia si confirmata est ex certa scientia. nullus inferior potest sine mandato pape absoluē nisi esset certū q per falsam suggestionē fuerit cōfirmatio impetrata, extra de confir. vti. c. ij. Si vo simpliciter ꝯfirmat. ꝛ sine cause cognitiōe. tūc inferior potest. scđo vo casu. qū fuit lata per statutū, tunc cōfirmatio non tollit potestatē alijs inferioribus absoluēdi. q statutum inferioris confirmatum per papam. nō debet esse maioris roboris q̄ statutum pape. Sed a sentētia lata per statutum pape possunt episcopi absoluere. per. c. nuper. de sen. excō. ergo fortius a sentētia lata ꝑ statutū cōfirmatum ꝑ papā. qđ nota.

Quero qū sententia dicatur confirmata ex certa scientia ꝛc. Dic fm doc. in. c. ex frequētibus. de insti. ꝛ in. c. q diuersitatē de cōce. pre. ꝛ de ꝯfir. vti. per totum q duplex est ꝯfirmatio. s. ex certa scientia. ꝛ in forma cōmuni. tūc autē dicitur ex certa scientia. qū in cōfirmatione inseritur totus tenor rei ꝯfirmate: vel qū papa vtitur istis verbis. ex certa scientia: vel similibus. vel qū papa confirmat aliquid qđ vidit: vt de confir. vti. venerabilis. vt tenet Inno. in. c. j. de transac. Tunc autē dicitur cōfirmare in forma cōmuni qū simpliciter cōfirmat aliter non instructus de negocio ꝛc. tunc enī verba debent intelligi ꝓpne. s. cōditionaliter: q papa ꝓsumit ignorare que in facto ꝯsistunt. vt in. c. j. de consti. li. vj.

Quid autē operet cōfirmatio ex certa scientia? Dic fm glo. in dicto. c. q. q. iij. operat. ꝓmo q talis res fit maioris auctis. scđo q si illa res fuit nunus valida: fit valida. tercio q ꝓpter autoritatē ꝯfirmātis nullus inferior potest de illa cognoscere. Qū s atē cōfirmatio est facta in forma cōmuni parū: vel nihil operat. imo ex hoc nō tollit cognitio iudicis inferioris. nec talis ꝯfirmatio creat aliquod ius nouum. vt in iuribꝫ pall'. Ad quid ergo impetratur talis cōfirmatio? Dic ad hoc q solet magis timeri qđ specialiter ꝓhibet q̄ qđ generaliter. Et ex predictis soluit notabilis questio de priuilegijs ordinis minorū. nā a fe. re. Bonifacio papa. viij. cōcessa fuerunt quedam priuilegia que dicti ordinis fratres eximebant a solutione quarte canonice portiōis debite ecclesie parochiali rōne sepulture: q priuilegia ꝑ cle. dudū de sepul fuerunt reuocata. sed post dictam cle. eadem priuilegia ab Eugenio papa prius examinata ꝛ approbata fuerūt ex certa scientia. queritur, modo an dicta cōfirmatio. d. pape faciat valere dicta priuilegia concessa per papā Bonifaciū? Dic q īmo valet dicta confirmatio Eugenij. pro quo. c. j. de transac. ꝛ. c. quotiens. de pac. que volunt q qū papa cōfirmat aliquid ex certa scientia. vt in casu nostro. talis cōfirmatio validat nullum: vl' inualidū. imo talis confirmatio hꝫ vim innouatiōis.

Absolutio ex causa falsa non valet fm Inno. et Ho. q si iudex non intendit absoluere: vtputa si absoluendus dicat se satisfecisse: vel iniuriam sibi remissam fuisse. vel aliquid tale q non sit verū: al's absolutio siue iusta siue iniusta tenet quo ad ecclesiam militantem. ar. extra de regu. iu. omnia res. Nota tamen pro declaratione predictoꝝ Panor. in. c. ex parte. de offi. or. vbi dicit q excommunicatio. ꝛ absolutio sumūt vires ex intentiōe excommunicatoris. ad hoc glo. in. c. ij. de testi. co.

Et ideo vbi excõmunicator intendebat oĩno excõmunicare tenet excõmunicatio. licz sit iniusta. Idem in absolutione: quia si absoluens intendebat oĩno absoluere etiã si expressa essent falsa ⁊ iniusta tenebit absolutio. vt in.c. venerabilibus.§. vbi. de sen. excõ.li.vj.

Absolui debet excõmunicatus qui se offert ad iusticiam. nõ obstante appellatiõe partis aduerse debet tamẽ recipi ante absolutionẽ sufficiens cautio ab eo ꝙ iuri parebit. de ap. qua fronte. ꝙ si excõmunicatus impetret absolutionẽ sciente aduersario. ⁊ non ꝯtradicente. nec aliquid petente. Ipse aduersarius nõ potest postmodũ conqueri. q꞉ remisisse videt᷑. de re iudi. ꝗuis.

Etiã inuitus potest quis absolui ab excõmunicatione. sicut ⁊ inuitus excõmunicari. immo manente cõtumacia. potest quis discrete remittere excõmunicationẽ iuste latã. si videat saluti eius expedire ſm Tho. in. iiij. dis. xviij. Sed Ri. in. iiij. di. ea. ꝯcedit hoc de sentẽtia hominis. Sed de sententia iuris dicit ꝙ absolui non potest inuitus: allegat. xxiiij. q. ij. nec quisꝙ. Et hoc est rationabile ſm eum. quia cum volũtarie fecerit illud. cui excõmunicatio est ãnexa. videt᷑ aliquo modo ex volũtate sua excõmunicatus. Et ideo sine sua voluntate. ⁊ requisitiõe non potest absolui. Hoc tamẽ dictum Ri. potest intelligi de iusticia. non autez de necessitate.

Cum quis dubitat se esse excõmunicatũ. si super hoc habet ꝯscientiã scrupulosam nimis. deponat eam ad cõsilium boni viri quã si nolit vel non possit deponere: vel habeat ad hoc ꝓbabilem opinionez faciat se absolui ad cautelam. extra de sen. excõ. inquisitioni.

Si excõmunicatus dicat causam excõicatiõis fuisse dubiam: vel nullã: siue falsam. ⁊ petit absolui ad cautelam absoluet᷑. cum iuratoria cautione. nisi excõmunicator: vel is ꝓ quo excõmunicatio lata est infra. viij. dies ꝓbauerit de causa. de sen. excõ. solet. li. vj.

Excõmunicator cognoscens errorem sine excõmunicatiõis debet reuocare siue absoluere. nõ obstante appellatione aduersarij. sed si de errore dubitat potest absoluere accepta cautiõe ꝙ iuri pareat. sed caueat iudex. ne errorẽ fingat in ꝑiudiciũ alterius ptis. de sen. ex. sacro.

Ligatus pluribus sentẽtijs: vel vna ex diuersis causis. si vult vere absolui debet exprimere omnẽ sententiã ⁊ causam. ⁊ sic vna absolutio sufficit ad plures excõicationes tollendas. al's non teneret absolutio: q꞉ per surreptionẽ obtenta esset. ext. de sen. excõ. officij. Et ꝓ declaratiõe hui⁹ materie dic ſm Ri. vbi s. ꝙ aut ille est excõmunicatus a iure aut a iudice. Si a iudice: aut ab vno aut a pluribus. Si a pluribus. nisi absoluat᷑ a quolibet. nõ est simpliciter absolutus nisi absoluat᷑ a superiore eorum. Si ab vno: aut vna excõmunicatiõe: aut pluribus. Si pluribus. non est simpliciter absolutus. nisi exprimat᷑ causa cuiuslibet excõicationis. Si vna. aut ille qui absoluit᷑. siue excõmunicatõis tacet causas aliquas fraudulẽter: ⁊ alias exprimit ⁊ talis absolutio est inanis. de sentẽ. excõ. cum pro causa. Aut eas tacet ignoranter. q꞉ tunc non recolit. ⁊ tunc credit ꝙ si absoluens habet intentionẽ simpliciter relaxandi excõicatiõem quam tulit in eum simpliciter est absolutus. Si autẽ non intendit eum absoluere ab excõmunicatiõe. nisi ꝑ comparationẽ ad causas quas exprimit. credit ꝙ absolut⁹ non est. nisi forte sint tales cause: ꝙ vna sine alia nõ meret᷑ excõicatiõez.

In articulo mortis potest absolui excõmunicatus a simplici sacerdote. ar. de pe. dist. j. quẽ penitet. ⁊ de sen. excõ. non dubium. Sed si non fuerit absolutus. Si tamen apparuerint in eo signa contritionis poterit absolui post mortem ab illo qui eum sanum absoluere poterat. de sentẽ. excõ. a nobis. el. ij. Et valet talis absolutio. vt sepeliat᷑ in loco sacro: vel vt sepultus non exhumetur. sed vt oretur pro eo. Idem ⁊ fortius dicendum est ꝙ in articulo mortis quilibet simplex sacerdos ſm Inno. in. c. nuper. de senten. excõ. potest absoluere a quocunꝙ peccato quãtũcunꝙ enormi. dũmodo non sit ãnexa censura. Et casu quo talis euaderet periculũ mortis. non est amplius necesse ꝙ se presentet episcopo. quia solum reperitur casuum: vt quis teneatur post euasionẽ periculi se presentare superioribus nisi in censura excõmunicatiõis. vt in. c. eos. de sentẽ. excõ. li. vj. Sis tamen cautus. quia qñ potest haberi copia episcopi comode. nõ debet se simplex sacerdos etiam in articulo mort᷑ intromittere de casibus reseruatis ſm Inno. Similiter nec in hoc articulo absoluas excõmunicatos ꝑ ꝓcessum curie ⁊ Sixtinã quam habes in fi. huius operis. nisi cum modificatione ibi posita. aliter absoluens esset excõmunicatus excõmunicatiõe papali: cum multis alijs penis. Articulus mortis intelligit᷑ non solum de ꝑiculo mortis ꝓpter infirmitatẽ. sed etiã si sit in periculo quocũꝙ vicino morti. puta quia timet hostem vl' predonẽ vel crudelitatẽ hominis potentis. vel si esset trãsiturus per loca ꝑiculosa. ſm Inno. ⁊ Ho. Idem dic de eo qui tenetur in vinculis. Hoc tamẽ casu vel simili iniũget absoluens excõmunicato. ꝙ impedimẽto cessante: se illi repñsentet a quo fuerat absoluendus. mandatũ eius sup hoc humiliter recepturus. de sen. excõ. ea noscit᷑.

An autez transfretare volens possit absolui a simplici sacerdote? Dic ſm Tan. et Berñ. ꝙ aut imminet periculũ mortis. puta naufragium. ⁊ tunc licet ꝯfiteri. aut non ĩminet ꝑiculum. Et tunc nõ licet absoluere ab excõmunicatione vel alio peccato. Non eñ intrando mare semꝑ ĩminet ꝑiculuz mortis. q̃d si sic esset. nullus trãsfretaret.

Sed quid de obsessis? Potest dici ſm Ho. ꝙ aut obsessus impugnat᷑ cum machinis. balistis et armis. ⁊ tunc potest absolui. Si vo nõ impugnat᷑ sed stant aduersarij in campis alonge. et non põt absolui. Et intelligit᷑ de iuste pugnante: quia si obsessus se iniuste defenderet: tanꝙ rebellis. absolui non posset. hec Hir. lib. j. ti. xv. Addit tamen ꝙ si iste iniuste obsessus iuste penitet: ⁊ secure exire nõ potest. ꝙ ex quo imminet sibi ꝑiculũ mortis absolui

potest. dūmodo nihil faciat quod sibi imputari possit.

Quid autē de pregnāte.dum est ꝓpe partū.an absolui possit? Dic per predicta ꝙ si possit haberi comode licentia episcopi.illa haberi debet.sin aūt ꝯsideranda est qualitas hui⁹ mulieris fm docto. an videlꝫ sit fortis ꝯplexionis vel debilis. et an sit solita parere cum magnis dolorib⁹ vel paruis.Et fm hoc iudicabit discret⁹ iudex.an absolui debeat vel ne. Sed tñ nō obstantib⁹ ꝑdictis. potest dici. ꝙ talis mulier in tali casu possit absolui.q² accidit in puncto qđ nō ꝓuenit in anno. Posset eñ accidere ꝙ haberet duos fetus in vtero. aut maioris quātitatis vł huiusmodi. licꝫ al's multotiens sine dolorib⁹ peperisset: vt sepe accidit de facto.

An autē laico in articulo mortis liceat cōfiteri. Rñ. de hoc habes duas glo.singulares. scꝫ in.c. pastoralis.de offi.or.⁊ in.c.a nobis.el.ij.de sen.ex. quas Panor.in dicto.c.a nobis.approbat quo ad absolutionē ab excōicatione. licet quo ad peccata secus sit. Et de quo dicto Panor.facit magnū festum.Et dicit ꝙ ille glo.sunt magni effectus quia heres nō cōpellet̃ ampli⁹ ꝑ absolutione ire ad papam vel ad eum a quo defunct⁹ viuens erat absoluēdus.Et nota hoc:quia est magne vtilitatis. Et glo.in dicto.c.a nobis.⁊ Panor.vocant istam absolutionē factā a laico.in hoc casu.remissionem potius ꝙ̃ absolutionē. Idem tenet Ar.f. q̇ vocat huiusmodi absolutionē recōciliationē. Predicta tñ vera.vbi desit copia sacerdot̃.

An autē liceat laico tempore necessitat̃ cōferre sacramentū eucharistie.vt puta:decidit quis et nō repit̃ p̄sbyter. nūquid possit laicus capere eucharistiā de ecclesia ⁊ exhibere infirmo? quidā vt refert Inno.dicunt ꝙ sic. sed collec.post Ho.firmare videt̃ nedū laico.licꝫ istud sacramentū attētare:sed nec etiam diacono. De diacono tamē vide.j.Diaconus.

Quid autē de extrema vnctione? Et licꝫ quidā dicāt.ꝙ laicus possit illā cōferre tpe necessitat̃ cōiter tñ hoc non tenet̃.

Absolutio.ij.s.percu-

a tientiū clericos. Iniicientes man⁹ violentas in clericum: religiosum masculū vel feminā: vel cōuersum: vel cōuersam sunt excōmunicati: vt in.c.si quis suadente.xvij.q.iiij. ⁊ in c.non dubium.de sen.excō.dum tamē sint religionis approbate fm Ho. Idem dic de ꝑcutiente nouicium religionis approbate per.c.religioso.de sentē.excō.li.vj.

Quid autem de conuersis ecclesiarum secularium? Hosti.in dicto.c.non dubiū.distinguit.ꝙ aut isti conuersi retinent sibi aliquā ꝓprietatem.et tunc non gaudent hoc priuilegio. Aut dedicarūt se ⁊ sua ⁊ incedunt tonsorati vel mutarūt habitū interessendo horis diuinis.⁊ tales gaudēt hoc priuilegio. Idem Panor.ibi dicens ꝙ pro hoc optime facit.c.vt ꝑuilegia.de priuił.vbi oblati qui nō obtulerūt se ⁊ sua:nō gaudent ꝑuilegio illoꝝ quibus se obtulerūt.imo plus dicit ibi Panor.ꝙ tales etiā nō gaudent priuilegio fori:sed debēt cōueniri corā iudice seculari. q² nihil hic interuenit qđ eos debeat eximere a foro seculari. lꝫ largo modo sint ꝑsone ecclesiastice. Et refert se panor.ad nota. ꝑ eum in.c.ij.de fo.cōpe.vbi dicit ꝙ solenniter penitentes nō gaudent priuilegio fori.nec etiā heremite.lꝫ glo.in.c.qui vere.xvj.q.j.⁊ glo.in.c.aliud xj.q.j.dicunt ꝯtrarium.Ratio est fm eum:q² hic nō interuenit aliquis act⁹ q̇ habeat istos eximere a iurisditione imꝑatoris: q̇ est duplex. scꝫ receptio ordinis:⁊ ꝯuersio ad aliquā de religionib⁹ approbatis:vt in.c.fi.de re.do. Sicut eñ tales ex vtero matris ꝓcesserūt laici. Ita et in eodem statu censendi sunt. Idem tenet Lau.et Io.de ligna. Sed opinionē glo. sequit̃ Inno.⁊ Archi. Et dicit panor.ꝙ opinio Lau.et Io.de lig. videt̃ verior.licꝫ alia equior.imo pl⁹ dicit Panor.ꝙ iesuati q̇ incedunt discalciati ⁊ portant capuciū non debēt gaudere priuilegio:q² nō sunt clerici.quia ordinē non recipiūt:nec ꝓfitent̃ tria substantialia.imo nulliū imo putat eos peccare mortalit̃.cum veniant contra ꝯstitutionē dicto.c.fi. Hec panor.Et si p̄dicti non gaudent priuilegio fori.min⁹ gaudebunt priuilegio canonis.cū primū difficili⁹ ꝓdat̃.

Quid autem de fratribus tercij ordinis sancti Francisci? Dic ꝙ gaudent priuilegio tam fori ꝙ̃ canonis.saltem ex priuilegio Sixti.quod incipit. Sacrosancta.

An autē legati possint absoluere excōmunicatos ꝓ iniectione manuū violenta in clericū? Rñ. tres sunt species legatoꝝ.prout notat̃ per Panor. ⁊ glo.in.c.excōmunicatis.de offi.le. Quidā dicūtur de latere.⁊ hi sunt cardinales. Secūdi sunt cōmunes ꝑsone. Tercij vo dicunt̃ legati rōne dignitatis vel locales seu nati. q² nascunt̃ in illa dignitate eo ip̄o ꝙ ꝓmouent̃ in illā. Primi legati postꝙ̃ egrediunt̃ vrbē.donec in vrbē reuertant̃ beneficia absolutiōis quibuscūqꝫ possunt impendere ꝓ iniectione manuū violenta in clericū.siue tales sint de ꝓuincia sibi decreta ꝙ̃ extra tā subditis ꝙ̃ extraneis. Et etiā a quacunqꝫ iniuria etiā quo ad mutilationē seu interfectionē clerico:uꝫ. per.c.ad eminentiā de sen.ex. qđ loquit̃ indistincte. et hoc tenet Ho.ibi.que opinio cōiter approbat̃.prout dicit Panor.ibidem hoc intellige: nisi sit reuocatus nam si esset reuocatus nō posset aliquid de legatione attingere: q² incōtinenti desinit esse legatus. imo panor in dicto.c.excōmunicatis.dicit ꝙ tūc nec insignia legatiōis debet exercere. Item spec.t. de lega.dicit ꝙ in loco vbi est papa nō debet legatus aliūde veniens exercere in aliquo dignitatem suā. Et fm aliquos hoc casu nec absoluere. Nec etiam debet vti insignijs:nec populo benedicere. Intellige solenniter. Et Panor. dicit ꝙ sepe fuit interrogatus.nūquid legatus destinatus ad certam ꝓuinciam possit exercere ⁊ vti insignijs legationis in itinere: anteꝙ̃ ingrediat̃ ꝓuinciam sibi decretam:⁊ ꝙ possit facit.l.j.et.ij.ff.de offi.ꝓcon. vbi dicitur.ꝙ ꝓconsul potest extra ꝓuinciam sibi decretam iurisditionem volūtariam exercere: ⁊ vti insignijs. Secus ergo cōtentiosam: ⁊ sic dū

sunt extra terminos sue legationis non poterunt ea que requirunt cause cognitionē. Legati vero pape equiparant proconsulibus et presidibus: vt in .c.ij. de offi. le. li. vj. Limita tamen quod dictū est de absolutione propter iniectionem manuū: non extendendum ad alias absolutiones reseruatas pape nisi hoc eis fuerit cōcessum in speciali: quia in istis exorbitantibus et prohibitis non fit extensio de vno casu ad aliū: etiā per maioritatē rationis: vt in .c. quod translationē. de offi. le. Secūdo vero legati. scilicet rōne psone possunt absoluere subditos existētes in prouincia. Item secūdo extra prouinciam nō possunt extraneos absoluere. Et iste casus ē clarus. Itez ē tercius casus clarus: quod aliūde venientes. s. extraneos nō possunt absoluere etiaz in prouincia. Sunt aliq casus dubij. Primus an possint absoluere subditos extra prouinciā? Panor. in dicto .c. excōmunicatis. dicit cōmuniter doc. tenere quod extra prouinciam neminem possint absoluere. et Joh. an. dicit ita seruari de facto. Secūdus casus dubius est. nūquid isti possint subditos extra prouinciaz absoluere: cum licentia iudicis prouincie illius vel diocesis? Et videtur quod sic. quia cōtentiosam iurisditionē quis exercere potest in subditos extra territorium suum cum licentia iudicis illius territorij. Hosti. dicit hoc esse equū. Sed quia hec potestas datur legatis ista cum limitatione non videtur quod debeāt isti legati excedere formam eis prefixā per dictum c. excōmunicat. de quo dicto Panor. ibi facit magnū festum: dicens nota singulariter hoc dictū quod potestas collata alicui in certo loco ex priuilegio nō potest exerceri etiā in subditos in alio loco. licz cōsentiat dominus territorij. secus in iurisditione cōpetente de iure cōmuni. Tercius casus dubius ē nūquid legatus possit absoluere suos subditos: q incurrunt alibi excōmunicationē? Hosti. videtur tenere quod non. per tex. in dicto .c. excōmunicatis. dum dicit aliunde cōtingat accedere. Quidam tamē tenent contrariū. quod putat Panor. verius vt quemadmodū potest subditos delinquētes extra territorium punire: vt in .c. cum cōtingat. de fo. cōpe. Ita et absoluere facit: quia de delicto cōmisso extra prouinciam potest proprius sacerdos absoluere parochianū suum. Et sic dicto .c. excōmunicat. Intelligitur de nō subditis venientibus aliunde. Quartus casus dubius. Nūquid si nō subditi venirēt ad prouinciam legati et incurrerent ibi excōmunicationem. an possint absolui a legato? Ho. tenet quod sic. quia isti non dicūtur aliunde accedere: cum nō veniāt excōmunicati. Et ad hoc facit notabile dictum abbatis in dicto .c. excōmunicatis. ar. dicitur. quod scholaris veniens ad studiū excōmunicatus non potest absolui ab episcopo loci illius studij. licz esset casus a quo potuisset absolui a proprio episcopo. secus si incurrisset ibi excōmunicationem. Ex quo posset notabiliter elici quod potestas que cōtrahitur ratione domicilij non extenditur ad prius cōmissa. Quod tamē dictū nō admittit generaliter Panor. Et bñ dicit panor. quod hoc dictū nō admittitur generaliter. Nam contrarium dictum est supra. Absolutio .i.

An autē legatus possit absoluere excōmunicatum a se in sua prouincia postq̄ egressus est prouinciam? Glo. in .c. nouit. de offi. le. dicit quod non. quia exeundo prouinciam priuatus est dignitate. ff. de offi. psi. l. iij. et statim expirat iurisditio. Hoc verū sm Jnc. quādo exijt prouinciā et animo non redeundi. Et hoc vbi hec absolutio requireret cause cognitionē. secus si nō requirit cause cognitionē et in foro penitētiali poterit absoluere.

An autē legati respectu psone possint absoluē excōmunicatos pro enormi iniuria? Rñ. Archi. f. dat regulam quod per solum summū pontificē vel legatum de latere tales possint absolui qñ iniuria est enormissima: puta qñ est processum ad homicidiū vel mutilationē mēbri. Panor. tamē in .c. quod de his. de sen. ex. per tex. illum qui nō distinguit intē enormē vel mediocrem: satis innuit quod a qualibet iniuria legatus absoluere potest etiā pro homicidio nam dictū generale: generaliter debet intelligi ac etiam eadē ratione: quia loquitur generaliter de legatis intelligemus de vtroque: ad hoc dictum .c. quod translationē: et .c. excōmunicatis. que loquūtur indistincte. Tercij vero legati neminē possunt absoluere: nec in prouincia nec extra: nec subditū nec extraneū. Ratio est: quia legatus ratione loci est ppetuus. vnde si isti possent absoluere excōmunicatos. clerici illorū locorū perderent priuilegiū quod habent ex .c. si quis. xvij. q. iiij. quia nunquā percussores eorum tenerent ire ad curiā. cum haberent superiorem qui eos absolueret. Hec tamē limita in istis et in precedentibus: vt procedant in casibus reseruatis pape: sed in casibus in quibus episcopi locorū possunt absoluere: etiam isti legati absoluere poterūt cum sint ibi ordinarij.

Queritur quot sint species iniurie? Rñ. sm Jo. an. et Panor. in .c. peruenit. de sen. ex. quod sunt tres quo ad propositum nostrum. scilicet leuis. mediocris. et enormis. Pro leui iniuria quilibet episcopus pōt absoluere iure suo. auctoritate dicti .c. peruenit. Pro mediocri vero non potest episcopus absoluere nisi priuilegiatos. Pro iniuria vero enormi episcopus regulariter nō absoluit nisi in necessitate: et vbi specifice sibi cōmittitur. Et que dicatur iniuria leuis: q mediocris: et que enormis: potest dici sm aster. Leuis est. si quis ponat manū super clericum malo animo: vel accipiat eum per vestes vel per habenas vel per manū: vel brachium. Et hoc intelligi potest vbi superior vel par est is qui huiusmodi intulit. Idez Hosti. Leuis etiam iniuria sm Panor. est iudicanda arbitrio boni viri ex varijs circūstātijs psonarum: locorū et temporū. Si enī clerico ministranti solēniter in altari publice manus quis iniecerit leuiter. non iudicaretur leuis que alias leuis esset. Et quedam est leuis contra puerum: vel in dorso vel cum manu vel baculo in occulto: q grauis esset contra senem: vel in capite: aut facie: vel cum pugno: vel cum ense: vel in manifesto. Quedam etiā iniurie sunt quasi medie inter leues et graues: quarū etiaz qualitas ex circūstantijs varijs ē pensanda. Grauis autē dicitur sm Ho. Monal. et Rod. qñ vulnus quod est illatū requirit medicantē

cirugie: vel emplastroꝝ ꝛ huiusmodi. Et ad p̄dicta vide tex. aureū. Insti. de iniurijs. §. atrox. vbi dicit̃ Atrox iniuria extimatur: vel ex facto veluti si q̄s ab aliq̄ vulnerat⁹ fuerit vł̄ fustib⁹ cesus. Vel ex loco; veluti si cui ī theatro vł̄ ī foro vel ī ꝯspectu p̄toris iniuria facta sit. Vel ex p̄sona veluti si magistrat⁹ iniuriā passus sit: vł̄ si senatori a b humili p̄sona iniuria facta sit. Aut parēti patronoq̧ fiat a liberis vel libertis. Nōnunq̄ etiā loc⁹ vulneris atrocem iniuriā facit: veluti si in oculo, quis percussus fuerit. hec ibi. Et glo. in v̄. in oculo. dicit: vel ore. Et panor. in. c. cum illoꝝ. de sentē. excō. elicit hanc regulam singularem q̄ excessus notori⁹ dicitur enormis ratione notorietatis. nam percussus in platea vel theatro seu in ecclesia dicit̃ atrociter iniuriatus, per dictū. §. atrox. Et ideo tene menti q̄ ep̄us a talib⁹ iniurijs notorijs absoluere nō potest: quia nō possunt dici leues: ex quo sunt notorie. Ast eñ. etiā facit regulā q̄ vbi ex tali iniectiōne manuū in clericū generat̃ scandalum, tunc lz al's sit leuis iniuria efficitur grauis et sic episcopus absoluere non poterit et de hoc videt̃ casus in dicto c. cum illoꝝ. Idem potest dici de iniuria facta in claustro: vel cimiterio eadem rōne. Et sic quelibet iniuria al's leuis; ibi facta reputabit̃ grauis. Idez dicendum s̄m Ho. quotiēs inferior ꝛ subditus ī superiorē manus iniecerit. Idem de monacho: q̄ absente abbate percussit vicarium abbatis. Idē dic de similib⁹. Ho. tamē circa p̄dicta dat regulam q̄ iudiciū de leui iniuria; vel enormi est toti arbitrio ep̄i cōmittēdū. Caueat tn̄ sibi de arbitrio tēperato.

Sunt casus s̄m Host. in quib⁹ iniciens manus in clericos citra sedem apostolicaz potest absolui. Prim⁹ est in articulo mortis. xvij. q. iiij. si q̄s tamē iniūgendū est ei q̄ si euaserit sedi apostolice se rep̄sentet; vel ei qui possit eum absoluere, mandatū eius super hoc receptur⁹. extra eo. c. quod de his. Et idem in casib⁹ sequētibus, remoto impedimento. p̄terq̄ in puero. vt extra de sen. excō. de cetero. et. c. ea nosci. et. c. q̄uis. et. c. fi. Et si cessante impedimēto non se p̄sentat: incidit in candē sententiā extra de sen. ex. c. eos. li. vj. Et intellige in eādem. scz specie: nō numero. ꝛ erit eiusdē nature sicut prima. Vtputa si erat ab homīe: erit ab homine. Si a iure erit a iure; cuz suismet appendicijs et conditionib⁹.

Quid autē si sedes ap̄lica vacat. an talis absolutus poterit differre donec fuerit ꝓuisum de pastore? R̄n̄. Panor. in dicto. c. qđ de his. dicit q̄ nō q: sede vacante semp est penitētiari⁹ qui gerit vices pape. ꝛ sic tenet̃ se p̄sentare penitētiario. al's incurrit eandem sententiam excōicationis. Querit etiā Panor. de notabili. q̄stiōe ꝛ quotidiana ī dicto. c. de cetero. vtꝝ ille tex. ꝛ siles habeāt locum in excōmunicatiōe lata ob aliā causam q̄ ꝓpter iniectionē manuū vt non valens ire ad papam possit absolui ab episcopo? Et dicit Inno. tenere q̄ sic. Et addit Panor. q̄ hoc hodie. p̄bat̃ clare in dicto c. eos. Idē tenet Geḿi. Idem Jo. an. ꝛ videt̃ cōmunis opinio. Licz idē panor. videat̃ tenere contrariū in. d. c. q̄uis. Fallit tamē in casib⁹ in quib⁹ nullus absoluere potest nisi in articulo mortis. de quib⁹ dicet̃. j. in tractatu excōicationū. Et in hoc ꝯfessores aperiant oculos.

An autē legati dum sunt in via possint absoluere huiusmodi qui habent se apostolico ꝯspectui p̄sentare. Et an huiusmodi p̄sentatio possit fieri p̄ ꝓcuratorem ꝛ multa alia; vide. j. excōmunicatiōe xxxvij. Secūd⁹ casus est qn̄ q̄s habet inimicicias capitales; vel al's iustas excusatiōes ꝓpter q̄s non potest se sedi ap̄lice p̄sentare. vt. c. de cetero. et. c. ea nosci. et. c. qđ de his. eo. ti. Et panor. in dicto. c. de cetero. dicit q̄ non ponderat̃ quis fuerit cā inimicicie. Satis est eñ hunc habere iustam causaz nō eūdi: qđ nota. Et nota aliud dictū singulare eiusdem in. d. c. qđ de his. q̄ legitimū impedimētum nō eūdi est. si nō possit subire laborē eūdi ad curiā. Et ex hoc tex. no. q̄ detent⁹ infirmitate. licz nō sit in p̄iculo mortis. potest absolui ab inferiore Satis est eñ hunc teneri tali impedimēto q̄ non possit ire. Et ideo dicit Ar. si quis detineret̃ terciana vł̄ quartana vel podagra vel huiusmodi, ita q̄ non possit ire. poterit absolui ab ep̄o. Et de huiusmodi excusatiōe stabit̃ arbitrio boni viri. ar. de offi. dele. de causis. Tercius est in ostiario qui p̄textu officij clericū nō grauiter lesit. de sen. ex. si vo. el. j. Et nota ex hoc tex. in ver. nō grauiter; q̄ necesse est dare iniuriam mediā inter leuem ꝛ grauē. Nā vides hic. q̄ si iste ostiarius grauiter percussisset. non potuisset absolui nisi a solo papa. Si autez percussisset leuiter potuisset absolui a b episcopo iure suo. non solum iste hoc casu sed etiā quilibet alius. Et ideo si iste absoluit tanq̄ p̄sona priuilegiata. necesse est dicere q̄ vltra iniuriā leuē aliquid ꝯtulerit. et sic dabitur iniuria mediocris a qua dūtaxat absoluetur iste ꝛ alie p̄sone priuilegiate. vt dictū ē. Quartus in officiali. Sed ꝓ declaratiōe huius casus. sciendū q̄ iste casus habet̃ in. d. c. si vo. §. officialis. ꝛ ꝯtinet duos casus. Primus est. Officialis ꝓ iniectione manuū in clericū. nō potest sine mandato romani pontificis beneficiū absolutiōis ꝓmereri. quia nulli laico sup̄ clericum tanta datur potestas. Et hic est primus casus. Sequit̃. nisi forte turbā arcendo irruentē. nō ex deliberatiōe sed fortuito casu clericū ledat. ꝛ hic est secūdus. Et q̄ ad primū casum ꝯcludit Panor. ibi. q̄ officialis laicus iniciēs manū in clericū deliberate nō potest ab ep̄o absolui. q: videt̃ delictū nō leue. cū nō solū inferat iniuriā. imo vsurpat sibi iurisdictiōez in clericū. Et sic tam ex tex. q̄ ex dictis panor. habes q̄ iste officialis iniciēs manū deliberate in clericū quātūcūq̧ leuiter. malo aīo iudicat̃ iniuria grauis. ꝛ sic nullo modo ab episcopo poterit absolui. Sequit̃ secūdus casus. ibi. nisi forte turbā arcēdo ꝛc. Et glo. ibi. in v̄bo. casu fortuito. dicit tunc eñ nō imputat̃. ꝛ sic p̄ glo. q̄ cōiter approbat̃ iste officialis arcendo turbā. nō ex deliberatiōe. sed casu fortuito clericū ledēdo nō ē excōicat⁹. In p̄mo āt casu. lz sit excōicat⁹. nō tn̄ p̄t absolui ab ep̄o. Et p̄ ꝯñs necesse est dicere. q̄ iste officialis non ꝯputet̃

inter ꝑsonas priuilegiatas. imo est peioris cōditionis ꝙ̄ alie ꝑsone priuate etiā nō priuilegiate ꝙ̄ saltem a leui iniuria possunt absolui iure cōi a suis epis. Iste aūt officialis. nō dico ab iniuria mediocri; verūetiā nec a leui absolui pōt. Quid ergo dicem⁹ cū oēs ferē canoniste ꝙ̄ sūmiste ponāt hūc officialē inter ꝑsonas priuilegiatas? ꝓdicta multū vigent. ⁊ cōsultus cū aliquibꝫ ꝑitis necesse ē distinguere de isto officiali. Nā officialis ꝙ̄tū ad ꝓpositū ptinet. vno mō accipit̄ ꝓ iudice vel appitore fm glo. ibi: qui appitor fm grāmaticos dicit̄ ille ꝗ cogit venire reos ad iudiciū. Et hoc mō sumēdo officialem. dico ꝙ talis nō est ꝑsona priuilegiata; imo nec etiā a leui iniuria pōt absolui ab epo: qḋ est notandū. Alio mō pōt sumi officialis ꝓut ad ꝓpositū pertinet ꝓ deputato ad arcendū turbā: ⁊ sic ad textū licitā. et hoc casu iste officialis inter ꝑsonas priuilegiatas ꝯputabit̄. ⁊ sic etiā a mediocri iniuria poterit absolui ab epo: sicut ⁊ ostiarius. imo fortius cū difficili⁹ euitet ꝑcussiones arcēs turbam ꝙ̄ ostiarius. Et hūc intellectū sentit glo. in. c. siqs. xvij. q. iiij. Et hec nota: q: noua. Quint⁹ si sit mulier; nec distingui debet vtrū sit fortis vel debilis. vidua: vel maritata cuiuscūqꝫ status sit fm Panor. in. c. mulieres. de sen. excō. vbi de hoc tex. Et ratio: q: ꝑiculosum est mulieribꝫ itinerare: ⁊ immiscere se cetibꝫ virorū. Et hoc habet laudabilis consuetudo quā papa scit et tolerat. nec distingui dꝫ circa eas inter atrocē ⁊ nō atrocē iniuriā fm ꝺꝺ. Sextus si sit senex aut valitudinari⁹: extra eo. c. ea noscitur. Qui aūt dicant̄ senes. Jo. ꝺ sansonia dicit ꝙ quo ad generatiōꝫ legalē: ⁊ quo ad potestatē adoptādi dicit̄ senex maior. lx. annis. ff. de adop. l. si paterfa. Alio mō dicit̄ senex quo ad excusationē munerū ꝑsonaliū: maior. lxx. annis. C. qui eta. l. fi. li. x. iuncta. l. ij. §. fi. ff. de decu. ergo maior. lxx. annis excusabit̄ ab oneribꝫ ⁊ muneribus: etiam excusabit̄ ab onere itineris: etiāꝫ si sit fortis ad ambulandū ꝓpter ꝑiculum mortis q: mors senibꝫ est in ianuis. Et fm glo. in ꝓhemio sexti a. lxx. annis vltra non dicitur esse in senectute quis: sed in senio. quod est aliarū etatum terminus. et post dictā etatē debet dici magis decrepit⁹ ꝙ̄ senex.

Quid autē sit valitudo? glo. in dicta. l. si paterfa. dat differentiā inter morbū ⁊ valitudinē: quia morbus est tēporalis. valitudo aūt ꝑpetua.

Septimus si sit membris destitutus: ita ꝙ ad sedem apostolicam non possit accedere dicto. c. ea noscitur.

Qui autē dicant̄ mēbris destituti? Panor. ibi dicit ꝙ claudi. ceci. ⁊ alij multifarie impediti ī mēbris. omnes eīm tales dicūtur miserabiles ꝑsone. Et gaudēt hoc priuilegio.

Octau⁹ si sit infirm⁹. ⁊ Dir. hoc intelligit: siue sit infirmus incurabilit̄: vel de cui⁹ morte dubitet̄ vel morbus longus: vt dictū est ṡ. Et istis iniungendū est ꝙ si euaserint ꝙ debeāt se sedi apostolice ꝑntare. nō aūt ꝓ absolutiōe obtinenda: q: iam sunt absoluti. nisi fuerint negligētes: vt in. c. eos. eo. ti. li. vi.

Nonus in pauꝑe. c. qḋ de his: ⁊ c. ꝗuis. eo. ti. Sed circa hoc panor. in dicto. c. ea noscit̄. de mēte Jo. an. dicit ꝙ pauꝑ mēdicans al's potens ad eūdum: tenet̄ ire ad curiam. si al's mendicādo potest sibi ꝓspicere; sicut et in loco in quo manet. Si vo est pauꝑ nō mēdicans nō habēs vnde viuat: nisi ex artificio suo qḋ exercere nō pōt in itinere. tunc habēt locum dicta capitula qḋ de his. ⁊ ꝗuis. Ex quo eīm non est solitus mēdicare sed ex artificio viuere: nō tenet̄ ꝓ absolutiōe habenda mendicare. imo plus dicit Jo. an. ꝙ si solitus mēdicare ex mēdicitate ꝓspiciebat sibi ⁊ vxori. ⁊ itinerando non posset ꝓspicere vxori; tūc nō tenet̄ ire.

Decimus si regularis verberat regularē: vt. c. monachi. et. c. cū illorū. eo. ti. ⁊ panor. in dicto. c. cū illorū. dicit ex illo tex. abbatē posse absoluere suos monachos ab excōicatione inflicta pro violenta manuū iniectiōe in monachū: siue inciderint ī excōmunicationē post ingressuꝫ religiōis: siue ante. dūmodo excessus nō sit enormis.

Vndecim⁹ in his qui nō sunt sui iuris: sicut filiusfa. ⁊ serui. extra eo. mulieres. ⁊ c. relatū. Et de filiofa. glo. in dicto. c. mulieres. ⁊ Inno. intelligūt si sunt impuberes. al's aūt si sunt adulti. licꝫ sint in patria potestate; mittendi sunt ad curiā: q: in hoc sunt sui iuris: quia possunt ire quo volūt. Hosti. videt̄ tenere ꝯtrarium. Sed Jo. an. cōcordando distinguit. ꝙ aut filius existens in potestate patris tenet familiam de per se. puta vxorem et liberos. ⁊ tunc ꝓcedit opinio glo. Aut est ī familia paterna ⁊ tunc ꝓcedit opinio Hosti. Panor. autēꝫ in dicto. c. mulieres. dicit ꝙ sibi non placet indistincte opinio Jo. an. quia licꝫ filiusfa. sit extra familiam patris. tamē ex quo non est sui iuris tenet̄ assistere ⁊ obedire patri ⁊ eīcomoda patrie potestatis exhibere. Vnde idem putat ī filio; quod ⁊ in seruo ex benigna interꝑtatione iuris. hec Panor. Et dictū Panor. posset verificari quādo talis filius existēs extra familiam patris necesse haberet prouidere ipsi patri: al's non. Quo vo ad seruos: dic ꝙ si seruus percutit clericum excōmunicatus est. dicto. c. relatum. et ire debet pro absolutione ad sedē apostolicam. nisi hoc fecerit in fraudeꝫ domini sui: vt se subtrahat ab obsequio domini: aut ipse dominus propter hoc sine culpa sua graue damnū incurrat. His enim duobus casibus absolui potest ab episcopo loci: si lesio fuit etiam mediocris. Secus si enormis. Et intellige fm Panor. de seruis christianis. nam si essent infideles; non essent capaces excōmunicationis: vt in. c. gaudemus. de diuor. Iteꝫ intellige de seruis: qui sunt seruilis cōditionis non de famulis seruientibꝫ: q: de his nō inuenit̄ in re cautum.

An autem idem dicendum sit de viro: si ī fraudem vxoris hoc faciat ⁊ in liberto qui tenetur prestare opas? Glo. ī dicto. c. relatū. Rn̄. ꝙ hoc nō credit cū hoc nō inueniat̄ in iure cautum. Et hoc edictū: vt omnes ad curiā mittantur: qui expresse non excipiuntur: prohibitorium est. Et hoc cōmuniter tenetur a docto. fm Panor. ibi. Et licet

hoc casu mulier priuetur viro suo sine culpa sua, non tamen sine causa. licz Ho. fuerit in contraria opinione. qui facit vnam regulam generalem de filiofa. pubere et impubere. de seruo et liberto. et etiam de viro qui verberat clericum in fraudē vxoris; vt oēs isti nō teneant ire.

Duodecimus de his qui sunt magne potentie, et ita delicati q laborem eundi ad curiam nequeunt sustinere, papa est consulendus. dicto .c. mulieres. Glo. ibi dicit. q ad arbitrium episcopi est referendum. Et si videbitur episcopo q laborem eundi nequeant sustinere; propter periculum more. illos absoluere poterit recepta sufficiēti cautione; q parebunt mandato ecclesie. Si vo periculum non timetur. consulatur papa anteq̄ absoluantur. hec glo.

Terciusdecimus in impubere. extra eo. c. j. etiam si post pubertatē postulat se absolui. extra eo. ca. ii. Et hoc si est doli capax. al's non incideret in excōmunicationem. Et panor. in dicto. c. ii. elicit ex illo tex. vnam regulam; q beneficium semel indultum minori: ex quo cepit habere locum. non extinguit per superuenientiam maioris etatis. Et facit ad questionē. Nūquid impubes factus pubes possit testificari de his que vidit in pupillari etate? Rñ. glo. in. l. iij. §. l. Julia. ff. de testi. et glo. in. l. notionem. ff. de ver. signi. et glo. in. l. ad testiū. ff. de testa. cōcludunt q sic. Et hoc nisi lex ad substantiam negocij exigeret certum numerum testium: vt in testamento. vbi tempore testamenti exiguntur idonei testes vt valeat; et sic vt sit solenne. Secus vbi vt veritas inquiratur. Bar. autez in dicto. §. lege dicit hoc verum. dum tamen excessisset infantiā. al's secus.

Quartusdecimus de clericis qui communiter viuunt; vt de vita et hone. cleri. quoniā. quod cōmuniter exponitur; quādo simul viuūt in aliquo collegio. et ibi Panor. dicit q istud priuilegiū operatur vt isti clerici possint absolui ab episcopo; cuz iniuria est mediocris. Idem in religiosis. vt extra eo. monachi. sed monachi possunt absolui p suuz abbatem. vbi vo iniuria sit atrox; nec isti; nec illi absoluuntur nisi a solo papa; vt in dicto capitulo; quoniam.

Quintusdecimus in moniali; extra eo. de monialibus. et Panor. ibi notat; episcopum posse absoluere indistincte moniales; quantūcunq excessus sit enormis; ex quo papa non reseruat sibi casum enormitatis. Rō est; ne moniales habeāt materiam inuerecūde inmiscendi se cetibus virorum. In monachis vo excipit iniuria enormis; vt in. c. cum illorū. extra eo.

An autem episcopus possit absoluere exemptas? Glo. in dicto. c. de monialibus. dicit q sic. et tam exemptas q̄ non exemptas absoluet; auctoritate pape sibi per hanc decre. indulta tanq̄ delegato ad hoc. Et Panor. ibi dicit; q hanc glo. sequūtur cōmuniter docto. Sed Panor. dicit immanere dubiū. quid in istis sororibus sancti Francisci. et aliorum mendicātium; cum habeant generalem supra se, habentem quasi episcopalem potestatem super eas. nūquid possint ab eo absolui? Solutio. videtur forte dicenduz q non; quia hoc tm̄ indultum fuit episcopis ob reuerentiam ordinis episcopalis. ergo non licet inferioribus hoc attentare. quod videtur satis dubitabile. Hec Panor. tamē quo ad moniales sancte Clare fratrum minorum aliud est dicenduz hodie per priuilegia sua. et a solis suis visitatoribus possunt absolui nec episcopi in aliquo possunt se intromittere.

Sextusdecimus in hospitalarijs sancti Jo. hierosolymitani hos absoluet suus prior; si est sacerdos. nisi excessus fuerit enormis. extra eo. canonica. Nota etiam fm Host. ibi; q templarij non gaudent hoc priuilegio quia licz ius cōmune debeat extendi per identitatē rationis. secus est in iure priuilegiato. licz glo. tenuerit cōtrarium in dicto. c. cum illorum.

Septimusdecimus in his qui clericis nō enormē sed modicā et leuem iniuriam irrogarūt. extra eo. peruenit.

Sed nūquid illi qui possunt absoluere ab excōmunicatione pro violenta manuuz iniectione. possint huiusmodi absolutiones al's cōmittere? Rñ. glo. in. c. eis quibus. de offi. ordi. dicit; q illis quibus ex officio. scz ordinario competit in certis casibus illos absoluere; qui pro violenta manuuz iniectione sunt excōmunicati. licz alijs huiusmodi absolutionem cōmittere. cum viderint expedire dicto. c. eis.

Sed quibus cōuenit hoc ex officio? Rñ. fm Hos. ibidem. hoc conuenit legatis ex officio legationis. extra de offi. le. q̄d translationē. Conuenit etiam illis; quibus hoc pmittitur ex priuilegio ppecto ratione dignitatis; vt Archi. Boñ. cui ratione dignitatis cōcessum est priuilegiū absoluendi excōmunicatos in studio Boñ. cōmorantes; et delinquētes ibidem. Item episcopis in certis casibus; vt dictum est supra. Item abbatibus. extra eo. cum illorum. omnes iste psone pdicte cum viderint expedire possunt super his auctoritate dicti canonis. scz eis quibus ordinario iure cōpetit. vices suas pmittere. Et idem dicendū est de alijs excōmunicatiōibus. scz q illi qui ordinario iure; vel delegato a principe possunt ab eis absoluere. possunt alijs vices suas cōmittere cum viderint expedire. dūmodo delegatus habeat iurisditiōez. Si vo sit alicui concessum ex priuilegio speciali q absoluere possit. talis cōmittere non potest; quia certum ministeriū sibi cōmittit in hac pte. nō aūt iurisditio. extra de offi. dele. quoniā. hec glo. in dicto. c. eis. Ide in Ho.

Absolutio.iiij. scilz regularium.

a

Regularis si pcusserit regularē eiusdē claustri. ab abbate vel al's a plato pprio pōt absolui. Et in sum. cōfe. habetur q inter pdictos platos pputandi sunt priores cōuentuales fratrū pdicatorum. et Guardiani minorum et omnes priores cōuentuales cuiuscūqz ordinis sint qui non habent supra se maiorem in eodem conuētu. Secus de prioribus triū vel quatuor regularium

qui ꝑ volūtate sui superioris: preficiunt ⁊ amonētur. Et istud priuilegiū extendit ad fratres: ⁊ magistrū hospitalis hierosolymitani: si tamē p̄sbyter est. alias nō: extra eo. canonica. Et s̄z Ar. intelligit de regularibus siue sint monachi vl' canonici. Et si non sufficit prudentia abbatis est discretio epi adhibenda. Et hec intelligenda sunt nisi excessus sit difficilis ⁊ enormis: vt si ad mutilationē mēbri vel ad effusionem sanguinis ex vulnere sit ꝑcessū vel si i ep̄m vel abbatē sit manus iniecta. Et ex ꝓprio significato. iste terminꝰ. effusio. significat habundantiam.

Secūdo si regularis percutit regularē alterꝰ claustri: s̄m Ho. prelatus ꝓprius absoluet. ⁊ p̄latus percussi aduocatur. nō vt absoluat: sed verbe rabit pcussorem in satisfactionē. ex quo monachꝰ non habet vnde soluat. lic3. d. An. dicat q̄ vterq3 abbas vocatur ad absoluendū. Sed panor. in. c. cum illorū. eo. ti. dicit. q̄ sibi placet ratio Ho. q̄a non videt rationē: quare alienꝰ abbas vocetur in absolutionē nō subditi.

Quid autē si regularis pcutit regularem extra claustrū: nūquid possit p abbatem absolui? Ho. tenet q̄ non: sed debet absolui ab episcopo. Et si sunt sub diuersis episcopis debēt cōuenire episcopi illorum episcopatuū: vel vnus cōmittere alteri ꝑut de abbatib' dicit in. §. si vo. in dicto. c. cum illorum. mouet per tex. in. c. monachi. eo. ti. et dicto. c. cum illorū. vbi fit mentio d' claustro. Secus ergo si extra claustrū. nam tūc violatur iurisditio epi. ⁊ ordo ecclesiasticus cōfundit: si sua iurisditio vnicuiq3 nō seruat. xj. q. j. c. peruenit. Sed panor. in. d. c. cū illoꝝ. dicit q̄ abbas ⁊ cōiter doct. tenent oppositū: nam in. §. si vo. d. c. cum illoꝝ. nihil dicitur de claustro. Ad iura vo facientia mentionē de claustro: supplendū est maxime. in hoc tamen dubio dicit Jo. an. q̄ñq3 fecisse seruari qd episcopꝰ cōmisit abbati.

Quid si p̄latus non est sacerdos: vel excōicatꝰ vel mortuus vel huiusmodi. Ho. dicit q̄ ad diocesanum recurrendum est: quod intelligendū est s̄m v̄v̄. et Ar. tā3 de exēptis q̄3 nō exemptis: siue sint monasteria viroꝝ siue mulierū.

Quid si regularis percutit clericum secularem eiusdem diocesis vel alterius? Respōdeo. q̄ suus prelatus eum absoluet: in eo casu in quo secularis clericus percutiens clericum seculare absolui pōt ab ep̄o extra. c. religioso. li. vj. ⁊ glo. in v̄. eo casu dicit. puta: quia leuiter percussit: vel est debilis: vel delicatus ⁊c̄.

Absolutio.iiij.

a Quo ad satisfaciendū. Sciendū q̄ absoluti a sententia canonis vl' hominis cū nequeūt recurrere ad illū a quo fuerāt absoluēdi ꝑpter periculum mortis: vel aliud impedimētū3 si cessante periculo: vel impedimēto: se nō p̄n̄tāt illi a quo debebāt absolui: recepturi mādatū eius ⁊ satisfacturi vt oportet. reincidūt i eandē sentētiā. Et eodē mō reincidunt absoluti a sede apostolica vel eius legatis: q̄bus iniūgit: vt ordinario vel alteri se presentent pro penitentia. et q̄ iniuriatis satisfaciant. et hoc faciant q̄cītius comode poterunt. extra eo. eos. lib. vj.

Propter violentam manuū iniectionē in clericum satisfactio pecuniaria fieri solet: que quidē applicabit monasterio si manus iniecta fuit i monachum. ar. xij. q. j. non dicatis. ⁊ extra d' sta. mo. cum ad monasteriū. Si autem in clericum secularem: satisfactio ip̄i clerico applicabit. nisi in contumeliam ecclesie fuerit pulsatus. nam tunc ecclesia agere potest iniuriarum: vt insti. de iniur. §. q̄ si vsusfructus. Hec Hof. ⁊ Ho.

Excōmunicatus ꝑpter damnum: si satisfacere potest: nō debet absolui nisi satisfaciat. et peccant qui talem absoluūt: sed tamē absolutꝰ est: s̄m. v̄v̄. Si autē emēdam prestare nō potest: debet absolui. recepta idonea cautione q̄ satisfaciet si ad pinguiorem fortunam puenerit. de solu. odoardus. Et hec cautio erit pignoraticia vel fideiussoria: q̄ hec dicit idonea quā si prestare non potest: saltem prestet iuratoriam. absolutio enī nō est neganda. xxvj. q. vj. si p̄sbyter. talis quoq3 ad petitionē aduersarij tenet cedere bonis s̄m. v̄v̄.

Absolutio.v.

a Quo ad modū non potest quis absolui sub conditiōe. puta si satisfecerit: q̄ talis absolutus nō est simpliciter absolutus s̄m v̄v̄. et extra de regu. iu. actus. li. vj. Et s̄m Panor. in. c. de quibus. de bap. intelligit de conditione suspendente actum. puta de futuro. Secus si esset conditio de preterito. que proprie non est conditio: quia non suspendit actum. vtputa baptizo te si non es baptizatus. Item nota s̄m Hen. de Gan. in quotlibeto suo. q̄ prelatus potest cōmittere ea que ad eum pertinent sub hac forma. Cōmitto tibi audire confessiones ⁊ absoluere de talibus casibus: cu3 absens fuero sub tali conditione: q̄ mihi confiteant cum fuero reuersus. quia confessio nihil aliud est q̄3 ligaminis ostensio. Et idem ligamen pluribus potest ostendi. Et tunc nō habet vigorem prima cōfessio nisi sub proposito faciendi secūda3. Sub tali autem forma. Cōmitto tibi audire confessiones ⁊ absoluere sub tali conditione. q̄ non valeat tua absolutio nisi mea subsequat: vel ratam habeam eam. vel quousq3 ego ab illis absoluam. non potest cōmittere nec valet cōmissio. Sic enim committere absolutionem nihil est cōmittere: quia absoluens aut amouit ligamen: aut non. Si sic: nihil remanet ad amouendum et amotum est. siue superior ratum habeat siue non. siue iterato. quātum est de se absoluat: siue non quia qd semel est dissolutum non amplius remanet dissoluendum ab eodem ligamine: maxime cum dissoluendo ligamen destruitur: sicut fit in absolutiōne sacramētali ad modum quo in absolutione excōmunicationis a qua absolutus semel nunq̄ ab illa est absoluendus sed solum a noua: si in illam inciderit. Si autem non amouit ligamen. casus clarus est.

In absolutione a maiori excōmunicatiōe quatuor obseruāda sunt. Primū vt excōmunicat9 iuret prius stare mādatis ecclesie. extra eo. ex tenore Sed hoc iuramentū nō est de substantia absolutionis cōmuniter ẜm doc extra eo. cuz desideres. Unde et si omittatur qd fieri nō debet: non ꝓpter hoc minus tenet absolutio. Porro de pueris an iurare debeāt iudicio epi relinquit. Mulieres autē indubitāter iurare debent. Secūdū vt si excōicatus sit p notoria in aliquē offensa: non absoluat, nisi prius sufficiens emenda prestet. Pro occulta vo offensa: aut p ɔtumacia sufficit iuratoria cautio. Ubi nulle expense petunt. sed vbi expense petuntur. tenēdum est qd dictū est s. Absolutio.iiij. Terciū est vt absoluat p eū q tulit sententiā: vel eius superiorē aut aliū cui ɔmiserit cū psalmo oratione et verberibus. et postea subiūgat. absoluo te. ext eo. a nobis.ij. Quartū vt postmodū excōmunicator faciat illi mandata iusta et rōnabilia: al's posset appellari de ap. vt debit9. In excōicatione vo a minori exprimet excōicatus ꝓprio sacerdoti causam. et sic se faciat absolui. Et intelligit ꝓprius sacerdos parochianus: vel diocesanus: vel ille q de licentia eorū est electus. nec requirit iuratoria cautio: extra eo. nuper.

Que aūt mādata fieri debeāt absoluto q iurauit: dicendū q si erat excōicatus a canone. iniungendū est ei pncipalit: q ɔtra illuz canonē nunq̄ veniet. Et incēdiario. q nunq̄ incēdat. et percussori q nūq̄ pcutiat et sīlia. xxiij. q. viij. pessimā. Aliqñ etiā requirit cautio: qd de cetero talia non faciunt extra de sen. ex. grauē. Similit etiā qñ hñs impedimētū absoluit ab eo: q al's nō posset iniūgendū est vt q̄cito poterit se p̄sentet. Sed si appareret sentētia iniusta nullū mādatū fiet absoluto. extra de sen. excō. sacro.

Defunctus hoc mō absoluet. si est sepultus in cimiterio non exhumabit. Si alibi exhumabit et corpus vel sepulcrū verberabit: vt fit circa viuos vt nota. extra de sen. ex. a nobis. el. ij. Et ad qd valet talis absolutio. vide s. Absolutio. j. in fi.

Absolutio. vj. s. a peccato.

An autẽ indistincte repellat omnis dispensatio. in his penis. Hosti. dicit ꝙ sic: nisi ex magna causa dispenset: vt si est honorabilis ꝑsona quam nõ decet publice penitere. Et vult illam redimere elemosynis: qđ satis est equũ ſm Panor. Sz casu quo taliter delinquens non vult ꝑagere penitentiam ꝑdictam impositaz ab episcopo: nec luere in corpus: debet priuari moriens ecclesiastica sepultura: vt in dicto. c. statuimus. vbi vltra alias penas: etiaz imponit pena pecuniaria: ex quo infert Panor. ꝙ obligatus ad penam pecuniariã ex maleficio. Si est impotẽs ad soluẽdum: debet luere in corpus. Et sic dare finem litibꝫ. Secus vbi est obligatus ex contractu vel quasi: q̃ tũc expectat donec ꝑuenerit ad pinguiorem fortunã vt in. c. odoardus de so. Primũ tamẽ quidã limitãt verũ vbi agitur ratiõe comodi publici. Secus vbi ratione comodi priuati. Quartꝰ est excõicatio maior. ꝓut vult etiã glo. in dicto. c. ij. Idẽ tenet glo. in de. aetdentes de sta. re. Idem glo. in cle. j. de re. do. Idez in cle. vinea de ꝯsang. ꝛ affi. Idem tenet Fede. de se. Idem panor. in multis locis: ꝑsertim in. c. monachi. et. c. mulieres. de sen. excõ. Idez tenet Berengarius in suo opusculo: qui fuit vnus de compositoribus lib. vj. ꝛ dicit ꝙ socij sui idem sentiebant etiaz papa Bonifacius. licz Inno. et Hosti. ꝓut recitat Gir. lib. iij. ti. iiij. dicãt ꝙ papa sibi multos casus reseruauit. Episcopis aũt solum duo casus excõicationũ sunt reseruati. Primus est de iniectione manuũ in clericũ violenter: leuiter tñ. Secũdus est in fratribꝫ minoribꝫ recipientibꝫ fratres de tercio ordine tpe interdicti ad diuina: vt in cle. cũ ex eo. de sen. excõ. Ista tamẽ excõicatio hodie per S. d. Sixtũ papã quartũ est sublata. Et sic tenendo istam opinionẽ: vna sola excõicatio esset reseruata epĩs. In ceteris nõ reseruatis pape: inferiores possunt absoluere. Prima tñ opinio est cõmunior approbata ꝑ tot glo. ꝛ doct. Item declarant ꝙ quinq; sunt casus epãles de ꝯsuetudine approbata. Primus est homicidiũ voluntariũ vel mutilatio mẽbrorũ. Nam ꝓ hoc peccato ab illo videt penitẽtia danda: qui eandẽ debet incendiario dare. ꝛ nec mutilãs; nec mutilationẽ fieri mandans nec ꝯsentiens debet absolui nisi satisfactiõe ꝑmissa xxiij. q. viij. si q̃s mẽbrorũ. Secũdus falsarij. ꝛ falsarius in strictissimo significato: ex quo sumus in materia penali dicit q̃ crimĩe falsi tenet. Qui autẽ teneant crimĩe falsi. dic ſm notata ꝑ doc. in. c. j. de cri. fal. ꝙ nõ solũ dicit ille falsariꝰ qui falsat literas vel scripturas: sed etiã testis falsus. ꝛ tenet de falso: non solum qñ dicit mendaciũ: sed etiã qñ occultauit veritatẽ. Et hoc intellige ſm Panor. ibi qñ interrogat sup aliquo articulo ꝛ dixit se nihil scire vel qñ iurauit dicere purã ꝛ merã veritatẽ: multa subticuit: alˢ secus. Itẽ si testis recepit pecuniam vt nõ diceret testimoniũ vel vt dicat verum testimoniũ. nam punit crimine falsi: vt in. l. j. ff. eo. et ibi Bar. dicit glo. tenere ꝙ si testis accipit pecuniam: vt dicat testimoniũ verum; tenet pena falsi. Sicut dicimus in iudice: qui accepit pecuniaz vt veram sententiã det: vt. l. ij. ff. de cõdi. ob tur. causam. Ratio ſm Bar. est quia testes debẽt facere gratis. Itẽ notarius vel aduocatus vel ꝓcurator q̃ instrumẽta vnius ptis ostendit alteri pti. tenet crimĩe falsi ꝑ. §. qui deposita in. d. l. j. Terciꝰ violatores ecclesiastice libertatis. s. q̃ iniuste ꝑsonas seu res ecclesiasticas grauãt. hodie tamẽ ꝑ processum

curie sunt excõicati. Quartus violatores ecclesiasti
ce immunitatis. hoc est qui in ecclesia siue loco sa-
cro: vel in spacio priuilegiato in circuitu ecclesie ꝓ-
ximum in persona seu rebus offendit. xvij. q. iiij. si
quis inuentus: vel aliter eius immunitatem ledit
Et sic omne sacrilegium videtur casus epalis. Quin
tus sortilegi ꝛ diuinatores. xxvj. q. j c. j. Et no. Pa
nor. in. c. j. de sortil. ꝙ sortilegia oĩno ꝓhibentur. siue
fiant p inuocationem demonum. siue fiant in co-
dicibus. sicut faciunt plerique dicentes versus psal-
terij. Et faciunt illud voluere. siue fiant in tabulis
quia fiunt ibi quedam puncta. Item dicit ꝙ om-
nis diuinatio in quacunque re ꝓhibita est. ꝛ exercē-
tes sortilegia ꝛ diuinationes sunt infames ꝛ repel-
luntur a testimonio. ꝛ ab accusatione. iij. q. v. consti-
tuimus. ꝛ. ij. q. viij. quisquis. Item ꝓhibitum est
subijcere se fortune p[illegible]ma vel ludendo cum taxil
lis: vt extra de sorti[illegible]. de hac materia vide infra
sortilegium. Et nota [illegible]m Pe. de pal. ꝙ ista reserua
tio casuum epalium est de actibus exterioribus cū
effectu ꝛ nõ de interioribus. vnde si quis desidera-
uit vel quesiuit occidere hominem. Istud homici
dium cordis nõ est de casibus reseruatis epis. Di-
cit etiã idem Pe. ꝙ incestus qui cõmittitur a pueris
qui nõ habēt vsũ rõnis: nõ est de reseruatis epis.
q: non p hoc tollitur virginitas nec causatur affinitas.
hec Petrus.

Quero a quibus casibus possunt absoluere fra-
tres priuilegiati. p cle. dudum. de sepult. Et videtur
dicendum ꝙ ordinarij possint sibi retinere quo ad
ꝓdictos solũ casus de iure sibi reseruatos. Et hoc
ptz p. d. cle. dudũ i. §. p huiusmodi. vbi dicit. Per
huiusmodi autem concessionem nequaquam intendi
mus psonis seu fratribus ipsis ad id taliter depu-
tatis potestatem in hoc impendere ampliorem: ꝙ
in eo curatis seu parochialibus sacerdotibus est a
iure concessa. hec ibi. Et nota ibi a iure concessa et
p consequens exceptis casibus de iure: predicti fra
tres ab omnibus alijs absoluere possunt. hoc idez
tenet Panor. in. c. fi. ne cler. vel mo. vbi ponit que-
stionem glo. in. d. cle. dudum. scz an epo restringē-
te potestatem parochialium. videatur p consequen-
tiam restricta potestas fratrũ. ꝛ determinat ibi glo.
ꝙ sic. Sed Panor. tenet oppositum p verba illius
cle. vbi papa dat potestatem fratribus tantã quan-
ta est a iure cõcessa curatis sacerdotibus. vnde põ
dera verbum a iure ꝛ tpus concessionis. Veniunt
ergo oĩes casus ꝓter illos quos ius spãliter reser-
uauit epis. Papa autem nõ habuit ibi respectum
ad constitutiones eporum que variantur fm loca et
tpa: ꝛ in facto consistunt. ar. de consti. c. j. li. vj. Idē
tenet Pir. nec consuetudo que epis aliquos casus
reseruat: dictis fratribus ꝓiudicat. cum consuetudi-
nes ꝓdictas cõtrarie penitus reuocentur p. d. cle. du-
dum in. §. nos ꝛ eñ.

Quid agēdum cum quis habet aliqua peccata
a quibus ille qui confitetur nõ potest absoluere? Rñ.
fm Tho. Sacerdos nõ absoluit aliquem: nisi qui
diuinitus creditur absolutus. Sed postꝙ a deo est
absolutus: tenetur adhuc ecclesie confiteri. ꝛ quia di-
spensatio absolutionis nõ est tota cõmissa minori:
tenetur totũ cõfiteri ei: et ipse debet absoluere ab his
a quibus põt. deinde tenetur remittere eum ad supio-
rem de residuo absoluendum. ꝛ talis supior absol-
uens pficit ꝛ cõfirmat qd̃ ceptum erat. Et sic dicitur
eadem confessio nec dimidiata.

Utrum sacerdos absoluens aliquem de facto a
peccatis a quibus nõ potest eum absoluere de iure:
peccet mortaliter? Rñ. fm Rich. in. iiij. dist. xviij.
ꝙ absoluens. aut hoc facit ex ignorantia iuris. Aut
sciens ius quo hec facere sibi nõ licet. Si scdo mo-
do ꝛ ex deliberatione hoc faciat peccat mortaliter.
Si aũt hoc facit ex ignorãtia iuris. ꝛ si est affectata
adhuc peccat mortaliter. Si autem est ignorantia
crassa: adhuc mortaliter peccat. Sacerdotibus enĩ
officium suum ignorare nõ licet. De sic autem ab-
soluente ꝛ absoluto tali absolutõni innitenti nisi per
ignorantiam inuincibilem seu ꝓbabilez excusentur
dici põt. Si cecus ceco ꝛc. nec ille p ignorantiã ex-
cusatur: qui magis sollicitus est querere cõsilium ꝓ
emptione vnius equi vel vnius bone robe ꝙ pro
salute aĩe sue.

Quid aũt de confessore qui ex verecundia vel fe-
stinatione vel ex ignorantia absoluit vbi nõ potu-
it. Et confessor postea experitur se errasse. nunquid
tenetur hoc penitenti dicere? Rñ. Arch. flo. in sum-
ma ꝙ secularis excusatus est. ꝛ coram deo absolu-
tus interim ꝙ nescit. sed confessor nõ. Quid ergo
faciet? Collatio fuit facta de hoc cum multis nota
bilibus doc. theologie in concilio Basiliensi. Qui
dam dixerunt ꝙ debet auctoritatem a supiori im-
petrare ꝛ si sine magno scandalo fieri potest voca-
re nõ absolutũ ꝛ sibi dicere. ac eum absoluere post
auditum in cõfessione: vel si magnũ scandalum ti
meretur: absentē absoluat. si ab vltima cõfessione spe
ratur adhuc esse in gratia. Aut et alijs placuit si ma-
gnũ timeretur ꝛ notabile scandalũ: summo sacerdo-
ti deo cõmittat: penam solam cõdignã sacerdos ꝓ
negligentia agens ꝓsertim qñ multitudo sic est ne
glecta: vel multi eorum multũ distant a loco vbi re
sidet confessor.

Quid est sentiendũ de illo qui cõfitetur ꝛ cõfessor
eum nõ intelligit: aut ex dormitõe vel impitia lin-
gue: aut ex distractõe nimia vel hmõi? Rñ. Arch.
flo. fm Jo. de cacabag. antiquũ doc. ꝙ sacralis ab
solutio ꝓexigit cõfessionez. Confessio. n. importat
oris reuelationē: ꝙ nõ põt esse sine relatõe vnius
et pceptõe alterius. Cum ergo alterũ istorũ. s. pce-
ptio sacerdotis deficiat in casu ꝓdicto: credo de il-
lo peccato nõ esse confessionē ꝛ p ꝓñs nec impendi
absolutionem.

Utrum sacerdos parochialis teneatur audire cõ
fessiones suorũ parochianorũ quotiescunque volue
rint eodē anno cõfiteri? Rñ. fm Rich. in. iiij. dis.
xviij. ꝙ de necessitate nõ tenetur ordinarie sacerdos
audire cõfessiones suorũ parochianorũ: nisi qñ illi
de necessitate tenentur ꝯfiteri: qd̃ est semel in anno. ꝛ
qñ sunt in infirmitate graui cõstituti vel imminet
eis piculũ mortis. Si tñ plures voluerint ꝯfiteri:
ꝛ sacerdos curatus eos absoluere noluerit: tũc libe
re pñt subditi aliũ sacerdotē adire ꝛ tidē cõfiteri: ꝛ
ille põt eos absoluere: nisi papa eorũ sacerdos qui

eos audire noluit ad aliquem determinatū sacerdotem illos miserit. quia si audire nō vult eos. nec ad aliquem sacerdotem mittere: implicite: licentiauit vt illa vice confiteantur cuicunq sacerdoti voluerint.

Quid si confitens sit excōicatus ⁊ non possit absolui a suo confessore nunquid absoluet eum a peccatis. R. quidā dicunt: vt refert Ri. anglicus in suo quolibet. q si nō statim ipm penitentē quin absoluat: nec est in mora petēde absolutionis: nec similiter q negligētior fiat ad petendū absolutionem. poterit eū confessor absoluere a peccatis. Sed contra hoc arguit idem Ri. q cum p excōicationem presertim maiorē: quis sit priuatus pticipatōe sacrorum. non video qualiter excōicato possit absolutionis bñficium impartiri. Licet eīm in contritione ois culpa dimittat. non tñ ois pena. Quia igit excōicatio sepat a pticipatione sacrorum: non video qualiter excōicatus possit esse capax virtutis alicuius sacri. sicut etiā de baptismo qui est ianua sacrorum. q2 igit virtute absolutiōis sacralis aliquid de pena tpali dimittit: in quā virtute contritionis cōmutata est eterna. non video qualiter penaliter sepatus ab efficacia ois sacri possit illud bñficium recipe. Idem tenet Ri. in. iiij. Vbi tenet indubitanter q excōicatus siue iuste: siue iniuste: siue stet per eum q non est ab excōicatione absolutus: siue nō: non pt absolui a peccatis. excōicatōe manēte. Idē tenet Vgo de castronouo. in. iiij. Idem Jo. de noto in. iiij. Idem Monal. in sum. dicens. q licz alia opinio sit benignior. tñ ista est securior. ⁊ q hoc habet generalis consuetudo. Idem Directoria. Idē tenet Arch. flor. Nec cōtritio: nec bona dispositio confitentis aliquid facit ad hoc. quinimmo etiā si esset optime ⁊ summe contritus adhuc excōicatione manēte: non posset absolui a peccatis vt dictū est. Et hoc pueniit ex natura ipsius excōicationis q̄ est tante malignitatis. q nō nisi ea remota. quo ad ecclesiā remitti non psit peccata. ⁊ de hoc videt casus in. c. a vobis el. ij. de sen. ex. vbi habet q licet quis sit deo reconciliatus p contritionē: necesse est tñ vt postmodū reconcilietur ecclesie. q̄ reconciliatio nullo modo fieri pt regulariter nisi p confessionez ⁊ absolutionē prius a censura si qua erat. Nec ob. qđ dr q excōicatus pluribus excōicationibus potest absolui ab vna altera manente: extra de sen. ex. cuz p ca. ergo est pticeps absolutionis. Dico q hoc argumentum nihil facit ad ppositum ⁊ equiuocat de absolutione. q2 licet excōicatus possit absolui ab excōicatione altera manente: non sic est de peccatis. q2 absolutio ab excōicatione respicit forum extrinsecum. ⁊ sic pt absolui. Absolutio aūt a peccatis respicit forum pnīe. ⁊ sic non pt absolui a peccatis excōicatione manente. immo Jmola in cle. religiosi: de priuil. dicit q si quis scienter admittit excōicatū ante absolutionē ad sacrm pnīe incurrit excōicationem minorez ex participio. Et multi confessores non ignari solent excōicatum p prius absoluere si possunt anteq̄ eum audiāt de peccatis. Et hoc videt laudabile.

Quid si vnus audit confessionē. sicut faciebant aliqui fatui monachi: sciētes q absoluere non poterant. remittebāt curato. vt absolueret de casibus q̄s non audierat. R. Directoria q hoc fieri non pt.

Quero: pone q duorū p̄sbyterorū: quorū vterq est p̄sbyter insolidum eiusdem parochie. vnus a casu vel a pposito audiat confessionē alicuius parochiani sui confitētis socio suo qui morit facta cōfessione anteq̄ absoluat penitentē. nūquid ille qui sic audiuit eius confessionē poterit eum absoluere. R. q nō. Ad sacrm eñ pnīe. necessaria est intentio. ⁊ ex pte confitētis ⁊ ex pte absoluētis. Cum ergo confitēs vni: nullo modo intēdat confiteri alteri. alter nullo modo pōt eum absoluere vel ligare p confessione facta alteri.

Si eps cōmittit vicario suo vel alteri. ⁊ in mandato aliquid exprssit de his q̄ requirūt spāle mādatum secuta generali clausula. ⁊ oīa alia q̄ p nos possumus etiā si mandatū exigunt spāle sm Ho. satis videt q talis etiā possit spālia ad instar pcuratoris. Secus si de spālibus non fuisset ibi aliquid exp̄ssum p regulā. In generali de re. iur. li. vj. et p. c. ij. de pe. ⁊ re. eo. li. qđ tñ videt intelligēdū quantū est de virtute verborū ⁊ in foro contētioso. num in foro cōsciē si aliter constaret de intentōe cōferētis auctatem. q ille intēderit hoc etiā si non exp̄ssisset aliquid. In generali concessione intelligerent spālia. xxij. q. v. humane aures. Et hoc idez dici pt de auctate data ab epō confessoribus. q2 dicēdo: do vobis auctatem meā in confessionibus. non intelligit pter hoc concessisse casus suos. nisi aliter cōstaret q p hec verba generalia intēdat casus suos cōcedere. Sed dicēdo istū vel illū ⁊ oēs alios meos casus tunc intelligit totū dedisse. Item nota sm Arch. flor. q ex hoc q papa dederit alicui licentiā q possit sibi eligere quēcunq etiā religiosum p audiendo confessiones. vel p p̄dicatione. tñ hoc non pt sine licentia suorū p̄latorum: extra de iude. q̄ sit. Si tñ in dicto casu audiret religiosus confessionē sine licentia sui p̄lati simplr: teneret absolutio. Ita q nō esset reiterāda talis confessio licet male faceret. Idē Pe. de pal.

Vtrum officialis epī habeat auctatem in penitentijs casuū epalium. R. sm Host. q non. nisi exp̄sse pateat q hoc voluerit epus. Et si habet. ⁊ non est sacerdos: dz ulteri delegare. Et sm Panor. in cle. j. de priuil. iste officialis epī hz solū iurisdictionē in foro ptentioso. nec dz se impedire in spūalibus vt in. c. lz de offi. vi. li. vj. hoc intellige: vt dictū est nisi aliud ex gra habuerit ab epō. Secus tñ videt dicendū de vicario generali epī in spūalibus. exp̄ienta teste. de his vicarijs. vide. j. c. vicarius.

In articulo mortis omnibus sacerdotibus de oībus peccatis ⁊ sententijs concedit absolutio. Vide s. de hoc diffuse. Absolutio primo in fi.

Quid si aliquis excōicatus in q̄ indicia fuerunt pnīe manifesta. nec p eum stetit quominus recōciliaret. nō suscepto bñficio absolutōis decessit an p absoluto ab ecclia sit hñdus. R. q tali defuncto bñficiū absolutōis impēdat. Sic tñ vt illi mortuis absolutio a sede apłica requirat: qui eum viueret ab ea fuerat absoluendus.

Confessor.ij. De eius scientia.

c Tria fm al. debent esse in ꝯfessore. s. scientia discernendi inter peccata. Inq̄sitio de eis cauta ꝛ discreta penitētie seu satisfactiōis iniunctio: nec sacerdos tenet̄ scire discernere nisi in cōmuni; que. s. sint capitalia: et q̄ mortalia cōmunia: ꝛ q̄ venialia ex genere. Et sciens hec sufficiēs reputat̄ pro tp̄is hui⁹ necessitate ad ꝯfessiōes audiendas. Est tn̄ piculosum audire ꝯfessiones non habēn cōpetentē noticiā casuum pape ꝛ ep̄oꝝ: vt in cle. religiosi de priuil'. Quo v̄o ad casus ep̄ales synodales vel archiep̄ales non sic tenet̄ scire fm Dir. li. iij. ti. ij. vbi dicit ꝙ religiosus ꝓbabilit̄ pōt ignorare talia statuta: q2 in facto ꝯsistunt: ꝛ maxime cū talis non teneat̄ ire ad cōcilia ep̄alia vel archiep̄alia. Ideo excusat̄ fm v̄v. Ad hoc etiaz fortius obligat̄ q̄ se offert sponte tali officio: vel se ingerit. Talis eñ̄ tenet̄ de omni exacta diligētia. ar. ff. depo. l. j. §. sepe. vbi dicit̄ ꝙ qui obtulit se deposito tenet̄ etiā de leuissima cu'pa. vbi al's non teneretur nisi de dolo ꝛ lata culpa. Qui aūt nō ingerit se: sed requisit⁹ exercet ex charitate: satis videt̄ ꝙ non teneat̄ nisi inquātū scit vł potest comode scire. Et q2 hic agit̄ ad merā vtilitatē alterius: sicut ꝛ de deposito. Si q̄s v̄o ꝯfessor dubitat de sua ꝑpetenti pitia ꝑ scientiā seu expientiā vel etiā dubitat si alius pitior reperiat̄ qui hoc possit ꝛ velit: excusatur obedientia prelati. xxiij. q. j. quid culpat̄. Itē in ꝯfessore requirit̄ ꝯscientia magis q̄ scientia. de pe. di. vj. qui vult. Et ideo existens in mortali audiendo ꝯfessiones mortaliter peccat: fm quosdaz. Nam fm Tho. ꝛ Al. existēs in mortali q̄ñcūq; ī aliquo actu exhibet se vt ministrū eccl'ie mortalit̄ peccat: ꝛ totiēs mortalit̄ peccat quotiēs hmōi actū facit. hoc tñ̄ intellige: nisi ī tali actu saltem cōterat̄. Secus tñ̄ in sacramēto eucharistie vbi vltra cōtritionē requirit̄ ꝯfessio regulariter quo ad suscipientē. Idem posset dici in suscipiente alia sacramēta: vt sufficiat ꝯtritio. In administrātē aūt huiusmodi sacramēta cū solēnitate forte aliud esset dicendū.

Sed an possit fieri cōfessio existenti in peccato mortali? Rñ. fm Tho. ꝙ licz subditus teneatur recipere sacramēta a ministro ecclesie etiā existēn ī mortali quousq; ab ecclesia tolerat̄: quia adhuc ei obligat̄. tamen excepto casu necessitatis non foret tutum huiusmodi inducere ad executionē alicu⁹ spectantis ad suum ordinem: durante cōscientia ꝙ dictus minister sit in mortali; quam cōscientiā potest deponere: quia in instanti potest ex diuina gratia se emendare. tamē hoc modificatū est ꝑ cōstitutionē basiliēsem: quā habes infra Excōmunicatio. vj.

An interrogatiōes sint faciende in cōfessione? Rñdeo fm Ray. ꝙ sic: dūmodo discrete fiant de pe. dist. v. c. j. ꝛ di. vj. qui vult. Et debēt interrogationes esse pncipaliter de. vij. vicijs capitalib9: de articulis fidei: de p̄ceptis decalogi. de sacramētis ecclesie ꝛ de circūstantijs eoꝝ: que sunt. Quis: q̄d vbi: ꝑ quos: quotiēs: cur: quō: q̄ñ. Et si ꝯfessor scit vel habet ꝓbabilem opinionē de aliquib9 peccatis que penitens nō ꝯfitetur debet ei ad memoriā reducere: quia timere potest ꝙ cōfitens super hoc laboret crassa ignorātia vel ꝙ non adhibuerit debitam diligentiā.

Sz q̄d si ꝯfessori occurrit aliq̄d de quo dubitat q̄d agere debeat? Rñ. ꝯsulat pitos.

Quid si sacerdos habeat al' quos parochianos surdos: cecos: mutos: vel furiosos: vel demoniacos ꝛ silēs quos scit esse in peccato mortali. Quid faciet? Rñdeo fm Ray. debet facere posse suum vt inducat eos ad penitētiā fm ꝙ est possibile: ꝙ si nō pōt: oret ꝛ faciet orari ꝓ eis.

Vtrū sacerdos possit absoluere illam cum qua peccauit? Rñdeo fm v̄v. nō debet: q2 tollit̄ erubescentia. Si tamē absoluit. tenet absolutio. Nec obstat ꝙ ep̄us non potest dispensare in symonia cum eo cōmissa: q2 dispensatio est dignitatis absolutio necessitatis. Et ideo nō tā facile amittit quis potestatē absoluēdi sicut dispēsandi.

Vtrū sacerdos debeat p̄mo absoluere q̄ꝫ penitentiā imponere. Dic fm glo. in cle. dudum de sepul. ꝙ p̄mo audiat̄ ꝯfessio. secūdo imponat̄ penitentia. tercio fiat absolutio. Nō ergo p̄cedat absolutio impositionē penitētie: vt sic absolutionē precedat cōtritio cordis: cōfessio oris: satisfactio opis saltem in ꝓposito. hec ibi. Et hoc regulariter fiendum. Si tamē q̄s post absolutionē anteq̄ꝫ diuertat ad extraneos act⁹ imponeret penitētiā posset excusari. nā q̄d fit in cōtinēti: videt̄ inesse.

Confirmatio sacramē

c ti. Vtrū sacr̄m ꝯfirmatiōis sit de necessitate salutis? Rñ. fm Ri. in iiij. dist. vij. ꝙ susceptio sacramēti ꝯfirmationis paruulis baptizatis nō est necessaria ad salutē. sic intelligēdo ꝙ sine eius susceptiōe saluari non possint. Sic etiam loquēdo de necessario nō est necessaria per se adultis hui⁹ sacri susceptio q̄uis eis valeat ad maiorē victoriē pfectiōꝫ. Cōtempt⁹ tñ̄ hui⁹ sacri ī adultis nisi peniteāt ē dānabilis. tūc aūt ꝯtēptores reputari debēt q̄ñ hūta bona ꝛ sufficiēti opportunitate suscipiēdi hoc sacr̄m: ip̄m suscipere renuūt ac notabiliter negligunt.

Que sunt de suba ꝯfirmatiōis? Rñ. fm pe. v. Duo ex p̄te ip̄i⁹ sacri. s. materia chrismatis et forma v̄boꝝ. Duo ex p̄te ministri. s. dignitas pōtificalis ꝛ intētio. Vnū ex p̄te suscipiētis. s. ꝙ chrismet̄ ī fronte. Nā q2 ī ꝯfirmatiōe ꝯfert̄ audacia sp̄ūalis euidenti⁹ fit in fronte. Chrisma aūt dicit̄ oleū cū balsamo ab ep̄o sanctificatū.

Quis est minister ꝯfirmatiōis? Rñ. sol⁹ ep̄us de ꝯse. di. v. man⁹: ꝛ c. nouissime: ꝛ c. vt ieiuni.

Sz nūq̄d papa pōt cōmittē alteri? Rñ. p anor. in. c. quāto ꝺ ꝯsue. dicit ꝙ nō solū sacerdoti: hoc: sꝫ et simplici clerico dūmō hēat istud sacr̄m p̄t ꝯmittē. Et ī hac opiniōe residꝫ glo. in. ꝺ. c. q̄ꝫto. Alij q̄ꝫtñ̄ dicūt ꝙ etiā laico p̄t h⁹ papa demādare. dū mō laic⁹ recepit istō sacr̄m. Et hāc opi. vi approbare glo. ī ꝺ. c. man⁹. In eoꝝ apponit̄ regulā di. ꝙ ex delegatiōe pape q̄libꝫ p̄t cōferre sacr̄m q̄d ip̄e recepit. Et sic laico hūit h⁹mōi sacr̄m papa cōmittere posset.

Communior tñ opinio videt vt laico hoc demandare non possit: quia ex hoc denigraretur status ecclesie qd papa facere nõ potest .j.q.vij. Et si illa.

Sz dubium est qd in collatione ordinum glo. in.d.c.manus. vt velle idem qd dictũ est de confirmatione. Sz collec.dicit q collatoz minoꝝ ordinũ possit papa delegare simplici sacerdoti. Secus in collatione sacroꝝ. q: sacri ordines hñt act9 r exercitiũ in confectione eucharistie. nam vt dicit glo.in.c.pue nit.xcv.di.non põt papa pmittere nõ sacerdoti vt cõficiat corpus xpi: q: xpc hoc pmisit soli pzsbyteris. Jdco idem dõm in pposito vt sicut in confectione eucharistie papa non disponit ɔ̃ dispositiõez xpi. ita nec in ordinatione ministroꝝ ipsi9 sacramẽti. Sz panor. putat vt sacerdoti hoc possit delegare indistincte q: lz de sacro eucharistie sit dispositũ institutione diuina q̃ hẽat illud administrare: hoc tñ non est dispositum in collatõe ordinum. nam olim pzesbyteri in cõmuni regebãt ecclias r ordinabãt sacerdotes. vñ queadmodũ olĩ poterãt: ita vĩ q papa possit hoc pcedere sacerdoti: maxime delegando. cum nihil exerceat delegat9 noĩe pprio. vt in.c.sane de off.dele. Quin imo dico q minoꝝ ordinũ collationem possit papa sacerdotib9 pprio iure pcedere. Nam sacerdos põt hodie pferre pmã tonsuraz. dũmodo hẽat subiectum vt notat. Ho.in.c.cum contingat de eta.r q̃. Per inferiorem aũt platum a papa non põt fieri ista delegatio non pontificib9. q: non pñt isti disponere ɔ̃ statutũ r ordinatõz ecclesie. Hoc pbat in.c.aqua.de ɔ̃se.ec. Et vide glo. in.d.c.puenit q̃ ponit notabilem regulaz q nihil est ep̃us: qd sit iurisdictionis qd non sit delegabile p eum. Secus in ɔ̃petentib9 rõne ordinis ep̃alis. vt notat glo.in.d.c.quanto.

An aũt ea que sunt ordinis ep̃alis possint p inferiores pscribi: Rñ. Panor.in.d.c.quanto. facit regulaz singularem: q ea que sunt ordinis ep̃alis non pñt acq̃ri p inferiorẽ ex ɔ̃suetudine quantũcunq vetustissima. Hinc dicit Jo.an.in.c.ij.de pben.li.vj. q quantocũq tpe lait9 exerceat actũ spũalem: nunq tñ põt illum actũ pscribere. Maz possessio tanti tpis cui9 initij non est memoria hz vim tituli: qñ dat capacitas in exercente. al's non. Sec9 in ɔ̃petentib9 xpo rõne iurisdictionis vel dignitatis ep̃alis. Nam illa pñt pscribi p inferiorez clericum: vt in.c.audita. r.c.cum olim de pscrip. r.c.accedentib9 de ex.prela.

Que aũt ptineant ad iurisditõz. Glo.in.c.transmissam de elec.dicit q sunt. vt iudicare. excõmunicare. cogere iuramenta recipe a vasallis. ɔ̃firmare. inuestire. beneficia ɔ̃ferre: r similia. r hec oĩa in ɔ̃firmatione ɔ̃seq̃t elect9. Ea vo que sunt ordinis: est. clericos ordinare. chrisma ɔ̃ficere. deponere clericoꝝ. benedicere vgines r ecclias r altaria r similia: ɔ̃feruntur in ɔ̃secratõe ep̃ali. Et glo. in.d.c.puenit dicit q int ea que sunt iurisditionis sunt aliq̃ que non pñt demandari. nisi eis q̃ ad minus eo ordine ea pñt exercere. vt deponere. vel degradare clericum. extra de sen.ex. vniuersitatis.

Sed queritur presupposita validitate delegationis. si delegans postea pbibet. nunq̃d imprimatur caracter ex sacramento habito ɔ̃ interdictum delegantis? Dic q aut pbibitio habenti ptãtem hñt sine alr̃ex delegatione. Et tunc glo. dicit r bene q post pbibitionẽ nihil confert. Et idem tenet glo. in.d.c.manus: r est cõmunis opinio. Et pbat ratione. quia sublata ptãte delegata nulla ptãs remanet in ipso delegato. vt in.c.sup questionũ de offi.dele.

Sed dubium est. qd si pbibitio fiat epo p romanum pontificem: num qd conferet sacramentum post pbibitionem. Jnno. refert quosdam tenere q non. q: licet papa non possit tollere sacramentum baptismi. vel alia necessaria: põt tñ circa illa disponere. vel dando formam. vel disponendo de psonis a q̃b9 r q̃b9 cõferenda sint. vt no.in.c.j.de baptismo. Nam pape est obediendum in istis spiritualib9 r concernentib9 piculum anime: nisi talia reperiant exp̃sse interdicta: vel sint ɔ̃ fidẽ. Et non hanc regulam quam videt seq̃ Ho.in.c.quanto de transla.pla. Jpse tñ Jnno. ɔ̃cludendo dicit q aut papa facit legem p quam tollit ptãtem epõ r nihil ageret ep̃us postea ɔ̃ferendo. aut simpliciter pbibet ep̃is ne faciant. r tunc pbibitio non impediret impressionem caracteris. Dicit tamen Jnno. notabile vbum oblimoni nunq tradendũ q sine causa rãonabili non est papa sustinendus attentando ista vel similia ɔ̃ vniuersalem ecclesiam. Et pondera ex his vbis duo. Pmo q presumit in papa causa rationabilis si vult venire ɔ̃ vniuersalem statum ecclie: sz oportet q causa sit alijs nota. Secundo pondera q non dicit papaz non posse: sz eum non sustinendum. quasi dicat q ecclia vniuersalis dz resistere pape. tamen ecclesia non resistente: videt actus valere. Et panor. reddit rationem huius distinctionis Jnno. Naz in faciendo legem r auferendo p legem ptãtem ep̃is: nihil potestatis quo ad actum pbibitum remanet ipsis episcopis. Sed quando simplr̃ pbibet: non tollit potestatem: sz interdicit exercitium merito hoc casu imprimit caracter non obstante pbibitione pape quia simplex pbibitio non impedit impressionem caracteris in habente ptãtem etiam si in pbibitione apponat clausula decreti irritans. hec panor.

Que sit forma confirmationis? Rñ. forma est hec. Consigno te signo crucis: et confirmo te chrismate salutis. Jn nomine patris r filij r spiritus sancti Amen.

Utrum in sacramento confirmationis conferatur grã? Rñ. Fm Tho. grã ɔ̃fert non solum cõmuniter: sicut in quolibet sacro ɔ̃fert grã emundans a peccato. vel reliquijs peccati. sz etiaz spũalis grã p quam q̃s deputat ad offiñ sanctitatis: r ideo efficit ad xp̃m confitẽdum. vnde r de grato facit magis gratum.

Quib9 debeat hoc sacm̃ ɔ̃ferri? Rñ. oĩb9 xpianis nam r pueris ɔ̃ueniens ɔ̃fert: q: min9 hñt fictiõis. r viris r mulierib9 q̃b9 cõis est pugna spũalis. Jtem muris: q: lz non vbo: signo eñ pñt cõfiteri. Jtem morientib9 q̃b9 lz subtrahat pugna. tamen pergunt ad pmium militantium. Et iõ ɔ̃ueniens

accipiunt xpiane milicie signum.

Utrū cōfirmatio possit iterari. Rū. fm theo. nō pōt. eo q imp̄mat effectū indelebilē de ↄse. di. v. dicnū. ꝛ. c. de homine.

Utrū cōfirmatio cōferri debeat ieiunis ꝛ a ieiunis. Rū. sic. ꝓpter reuerentiā sacri de cōse. di. v. vt epi. ꝛ. c. vt ieiuni. nī in necessitate. melius esset confirmari post prandium q̄ si epo discedente ꝛ hmōi quis nō possit confirmari.

Consecratio. j. ecclesie

vel reconciliatio eius. Ecclesia a solo epo potest ↄsecrari de cōse. di. j. nemo. Nec ꝗ pōt alteri delegare: nisi epo: sicut nec reconciliatione extra de ↄse. et. aqua. Et pōt cōsecrari tam diebus dominicis q̄ p̄uatis extra eo. tua. Nec dꝫ cōsecrari sine missa de cōse. di. j. c. ij. Non tamē est de substātia fm Ber. ꝛ Ho in. c. qd̄ sicut de elec. q̄ dicunt q missa dꝫ fm ecclesiā romanā dici a cōsecrante. nī si aliter fieret: teneret.

Presumit ecclesia cōsecrata fm Inno. q̄n apparet de hoc aliqua scriptura vel instrumentū dotationis. vel in libris ecclesie vel in colūna vel in diuersis. quod idem est. vel in tabula marmorea ꝛ sic. vel etiā si appareat vnus testis de visu vel auditu fm quosdā. Nā hoc casu cū non tractetur de p̄iudicio alterius. sufficiunt tales probationes. Et sic fac regulā q sculptura in loco lapideo facta. vel vnus testis facit fidē. vbi non agit de p̄iudicio alterius.

Tres sunt casus in quibꝰ ecclesia cōsecrata debꝫ reconsecrari. Primus si parietes ecclesie sunt combusti vel dirupti. seu notabiliter decrustati in toto vel maiori pte. Secus si solū fuerit tectū crustium. extra eo. ligneis. Ratio fm panor. in. c. ꝓposuisti. eo. ti. quia ↄsecratio ecclesie cōsistit in exteriori pte. scʒ in delinitio seu inunctio cū crucibꝰ in ipsis parietibus ecclesie in supficie muri. vnde violat ipsa cōsecratio ex cōbustione parietuʒ. licet parietes nō corruant. de ↄse. dis. j. ecclesijs. Secūdꝰ si parietes in toto: vel maiori pte corruerūt. Si vo parietes successiue fuerint reparati. ecclesia eadeʒ intelligit fm quosdā. ꝛ nō indiget reconsecratione. Sicut dicitur de naui: cuiꝰ vna ps deficit ꝛ reficit cras: vna ps corruit. et cras reficit. et sic successiue reficit tota. Et tn̄ eadē nauis dr̄. vt in. l. qd̄ in rez dñio. Et idē dicit populus licet aliqui moriantur. ꝛ aliqui de nouo nascant. vt in. l. ꝓponebat. ff. de iudi. Sed Inno. sup Rubrica eo. ti. refert alios tenere q indigeat reconsecratione. Et hanc partē putat panor. veriorē. nam in istis sp̄ualibus consideramus veritatē ꝛ nō fictionem. Sed in veritate non est illa ecclesia. ex quo ex toto vel maiori parte de nouo: licet successiue: est refecta. nam negari nō potest: quin cōsecratio que cōsistebat in antiquis parietibus sit sublata. Et iura cōtraria loquunt de fictione. Nec ob. si dicat. q ex quo fuit refecta prius minor pars: maior pars traxit minorē partē ad naturam suā. Sicut de aqua benedicta ꝛ oleo consecrato. dico q hoc non ꝓcedit in istis que cōmixtionē nō confundunt. Tercius est quādo dubitatur an ecclesia fuerit consecrata. nec apparet aliqua ꝓbatio. de his q̄ dicta sunt s̄. Hi tres casus notant in glo. d. c. ꝓposuisti.

Sunt ꝛ alij casus in quibꝰ ecclesia nō debet recōsecrari: sꝫ recōciliari. Primꝰ ꝓpter homicidiū cōmissum in ecclesia. d. c. ꝓposuisti. Et qr tex. simpliciter facit mentionē de homicidio. ꝛ in hoc nō requirit sanguinis effusionē. Ideo sufficit homicidium esse sine sanguinis effusione vt qr fuit laqueo suspēsus vel strangulatus vel simile. Et hoc tenet glo. in. c. vnico. eo. ti. li. vj.

Quid si in ecclesia fiat homicidiū casuale. vtputa. homo cecidit de tecto ecclesie ꝛ mortuus est. vel aliqs se defendēdo occidit inuasorē. Rū. panor. in. d. c. ꝓposuisti dicit q non indiget reconciliatione. quia textꝰ ibi intelligit de homicidio violento: seu iniurioso.

Quid si occidatur sanctꝰ vir in ecclesia. nunqd reconciliabitur. Respon. glo. in. d. c. vnico. dicit q sic. quia iura indistincte loquuntur. ꝛ sceleratius est iustum occidere q̄ iniustum. Et licet ecclesia in dicto casu sit sanctificata: ex sanguinis effusi passione. ex ipsius tn̄ effusi actione bene polluit. Iuxta illud. Actio displicuit: passio grata fuit. locū tn̄ sanguinis nō lauabunt.

Quid si quis occidat extra ecclesiam vel vulneretur. ꝛ post intrat cymiterium vel ecclesiam ꝛ ibi sanguinem spargat. Respon. glo. in. d. c. vnico. dicit q non reconciliabitur: licet sanguis defluat ad terram. Secus fm Directoriam si sanguinis effusio facta fuerit violenter in ecclesia vel cymiterio. licet sanguinis non fluat ad terram. vtputa colligitur cum scutella.

Quid autē si supra tectū ecclesie. puta homo sagitta interficit. Rūdet glo. vbi supra fm Hug. q nō est facienda reconciliatio. quia extra ecclesiā videtur factum.

Quid si fiat vulnus in ecclesia vel cymiterio sine sanguinis effusione: an reconciliabit. Dic fm Panor. in. d. c. ꝓposuisti. ꝛ glo. in. d. c. vnico q sic p tex. d. c. ꝓposuisti. vbi dicitur q ꝓpter homicidia ꝛ vulnera reconciliabit ecclesia. ꝛ nō dicit: an in eis fuerit sanguis effusio vel ne. licet Panor. dicat q vulnera nō fiant sine sanguinis effusione. Et ideo alia iura faciunt mentionez de sanguinis effusione. vt extra eo. c. fi. ꝛ. d. c. vnico. Ex quo panorm. infert duo. Primo q ꝓpter extractionem modici sanguinis non polluit ecclesia. qd̄ denotat verbū. effusio nam illud verbū abundantiā significat. Et hoc nota bis ad statuta que quandoqꝫ requirunt sanguinis effusionē. Secundo infert q ex alia iniuria corporali citra sanguinis effusionē non polluit ecclesia. vt necessario indigeat reconciliatiōne. Scd̄s casus ꝓpter adulteriū vel seminis effusionē. extra de adul. c. significasti. ꝛ de conse. dist. j. ecclesijs. Et intelligitur tn̄ de semine humano siue sit catholicꝰ vel paganus.

Quid si est occultū. Rū. q ad hoc vt reconcilietur ex p̄dicto casu fm Asten. requirit q effusio sit notoria: magna ꝛ fornicaria. Ideo dixi. notoria. qꝛ si esset occulta. non oportet reconciliari fm Jo. an.

in .d.c. vnico. quia ecclesia nō iudicat de occultis. sed tūc: qñ est manifesta vel de ea fama publica. alis oporteret epos cōtinuo discurrere. Ideo etiaz dixi. magna: quia ppter modicā humectationem nō esset reconciliāda. Ideo autē addidi: fornicaria. quia si vir somniando: vel vxorē cognoscendo effundat semen: non ppter hoc est reconciliāda fm Joan. & Hug. in .d.c. ecclesijs. licet glo. in .d.c. vnico teneat contrariū tamē pma opinio videtur cōmunior. Ad hoc facit de homine dormiente in ecclesia si ei accidat pollutio: etiā si esset manifesta non debet reconciliari ecclesia. & tamen si homo ex pposito pcuraret hmōi emissionē: si esset manifestum indigeret recōciliatione fm Hostiensē. Unde hoc. non nisi ex hoc. quia pmū fuit sine peccato. secundū cum peccato. Modo ad ppositum q vxor reddat debitū viro in ecclesia: vel exigat. de se non est peccatū. maxime credo q ecclesia nō indigeret reconciliatione in dicto casu: si iam iminēte necessitate vxor redderet debitū viro: vel econtra in ecclesia. puta erant longo tempore reclusi. & exire nō poterant. Itē reconciliāda est ecclesia ppter vicium sodomiticū. Tercius si excōmunicatus fuit in ecclesia sepultus extra eo. consuluisti. & ista corpora si discerni possunt sunt exhumanda & extra ecclesiaz & cymiteriū eiicienda extra de sepul. sacris. Idem etiā si in ea fuit sepultus paganus vel infidelis. tūc enī corpora nō solū sunt exhumanda & eiicienda. sed & parietes radendi & tigna. Idē fm Jo. an. in .d.c. cōsuluisti qñ fuit sepultus excōmunicatus. Idē Ho. Sed pdicta quo ad rasionē parietū non placent Panor. quia si raderent parietes violaret consecratio ecclesie. & sic esset reconsecranda: & nō recōciliāda. Nec ob. caplm. ecclesiā de cōse. dis. j. quia loquit in ecclesia nondū consecrata. & tunc seruari potest qd dicit Joh. an. Quartus casus: si ecclesia: vel altare vel cymiteriū ab epō publice excōmunicato consecrent vel benedicant polluta sunt. nec ante reconciliationē celebrari debet. nec aliqs sepeliri. ar. d.c. consuluisti vbi hoc Ho. & Panor. reddit rationē. quia si sepultura corporis excōmunicati polluit ipm locū. fortius qñ ipsa consecratio transit p manū notorie excōmunicati. Et in hoc facit regulam q omnia q consistunt in exterioribus benedictionibus & cōsecrationibus nō debent exerceri per fideles si gesta sunt p notorie excōmunicatū ante reconciliationē. Secus in corpore christi & alijs sacramentis. nam illa sunt verissima in se. nec indigent reconciliatione. licet excōicatus confecerit.

Quid de muliere pgnāte mortua. Ber. & Hos. dicunt q sepeliet in ecclesia. quia fetus est ps ventris de conse. dis. iiij. si qua. Ho. autē distīguit. q aut certū est q fetus mortuus est. & tunc nō incidetur mulier. sed cū partu sepeliet. Nec obstant iura q volunt q paganus nō sepeliat in cymiterio. quia intelligunt quādo paganus separatus est ab vtero matris xpiane vel in vtero matris pagane ibi sepultus fuit. Secus si in vtero matris xpiane. quia nec comode discerni potest. Et ideo non est exhumandus. Si aūt certū est q puer viuit vel dubitatur. tūc oīno incidat. ff. de mor. infe. l. ij. Idē Dur.

Sed qs potest ecclesiā reconciliare. Dic q epūs ppriꝰ p se vel p aliū epm. & pōt vnus aquā benedicere. & alius reconciliare. Per simplices vo sacerdotes non potest; etiam si sit consuetudo extra eo. aqua.

An autē papa possit cōmittere reconciliationē simplici sacerdoti. Rñ glo. in .d.c. aqua. & Panor. ibi dicunt q sic. Et idē dicendū fm Panor. in omnibus que sunt iuris epāli s ex dispositione humana. quia in illis papa habet plenitudinē potestat. vt in .c. pposuit de cōce. p. Sed ea q ex dispositōne diuina sunt tributa certo ordini nō possunt cōmitti illū ordinē non habenti etiā p papā vt vult glo. in .c. puenit. xcv. di. Et nota hanc regulā. De hoc vide supra .e. primo.

Quid si quis celebrat in ecclesia seminis vel sanguinis effusione polluta: an efficiatur irregularis. Rñ. q etiā si sciens in ea celebrat: nō est ppter hoc irregularis de sen. ex. is q li. vj.

Quid fiet si ecclesia nō cōsecrata fuerit sanguis vel seminis effusione polluta. Rñ. fm Panor. in c. si. eo. ti. q organa clericoꝝ ibi suspendunt. Ita q nedū missa. sed nullū officiū debet ibi celebrari ante reconciliationē: que fieri potest p simplicē sacerdotem: lauando ecclesiam aqua exorcizata que etiā fit p simplicē sacerdotē. & non cū aqua benedicta cū vino & cinere: cū qua reconciliat ecclesia cōsecrata. & non requirit psentia epi. quia si exigeret psentia epi: nō posset immediate reconciliari. & tñ tex. dicit q qcitius pōt: consecret. Eadē rōne posset dici: q nō requirat licentia epi p tex. ibi q debeat ptinus lauari. qd non fieret si oporteret mandatuz episcopi expectare.

Ecclesia pcipue consecrata vel oratoria: monasteria vel hmōi non debent cōuerti ad secularē habitationē & phanos vsus. xix. q. iij. que semel. & c. quoniā & extra de re. do. ad hec. Ex quo infert ibi Panor. q malefaciunt illi q ex vestibus sacris: vetustate consumptis faciunt vittas p dominabus seu bursas: seu quid simile. Et vide tex. in .c. ad nuptiarum. de conse. dis. j. vbi dicit q vestes ecclesie non debent accomodari ad ornatuz nuptiaꝝ. nec ad aliū vsum mundanum. Et ex illo tex. colligit ibi glo. q ex veste dominic non debet fieri capsula. seu aliud vestimentū ecclesie. licet contrariū obseruetur. Et ideo papa Sixtus quartus dedit licentiā vt ex vestibus mulierū et seculariū possint fieri ornamenta & paramēta ecclesie. Nota etiam p vt habetur. de conse. di. j. c. ligna. q ligna ecclesie cū fuerint vetustate consumpta nō debent reponi in loco indecenti. vt puta in coqna vel latrina. nec etiā in pastinandis vineis. sed in loco honesto. vt in claustro vel refectorio vel hmōi vel igni cōburēda: nec ad laicoꝝ opera debent admitti.

Consecratio .ij. scz altaris.

Alia est consecratio ecclesie alia altaris. Et ideo vna sine alia fieri potest extra eo. e. j.

Altaria sine reliquijs consecrari non debent de conse. di. j. placuit. & c. nō oportet. Et potest epūs in

eadem ecclesia simul plura altaria cõsecrare. extra eo. cum sis.

An autem deficientibus reliquijs possit apponi corpus xpi Jo.an.d.c.placuit dicit q sic. Mag. dicit non esse de substãtia cõsecrationis. vt reliquie apponant. ea.di.c.nullus. Ho.in sum. refert consuluisse Inno.sup isto dicto Jo. An licite ponatur corpus xpi loco reliquiarum. Et dicit Inno. rñdisse de assistentiũ consilio q nõ. Rõ est fm Jo.an.quia corpus xpi est cibus anime de conse.dist.ij. panis. nec debet cõseruari nisi causa infirmorum vel ex alia causa necessaria. vt in.c.j.de cu.en. Fertur tñ q leo papa deficientibus reliquijs dedit partẽ corporalis z eucharistie in cõsecratione cuiusdã ecclesie.

Altare.an sit reconsecrandũ. Rñ. q sic in quibusdam casibus. Primus si mensa: siue tabula altaris.i.superior ps altaris fuerit mota.i.mutata fm locũ. fm Ho. extra eo.c.j. Et hoc intelligit de tabula affixa. fm Rod. Tabula eñ cõsecrata q non est affixa de loco ad locũ transfert. nec tamen reconsecratur. dũ tamẽ lapis superior nõ separet ab eo cui cõpaginat. vnde si mensa moueat cũ coherentibus sibi nõ oportet propter hoc altare reconsecrari. vt patet in altari portanti de conse.di.j.concedimus. Secundus est si aliquis de lapidibus mensam tangentibus fuerit motus fm Ber. extra eo.c.j. qd intelligit Rod. de lapidibus principalibus. vt si sup quatuor colũnas fundata sit mẽsa altaris. z vna earum fuerit mota. mẽsa nihilominus remanẽte immota. Secus de lapidibus parietis vel de ipso pariete: cui lateraliter compaginatũ est altare in quibusdã ecclesijs. quia propter motionẽ illius parietis vel lapidũ eius non reconsecrabit altare: si maneat immotũ. Tertius est si mensa fuerit enormiter fracta extra e. qd in dubijs.i. vltra medietatẽ fm Jo. vnde necesse ẽ fm Ho. q appareat deformitas. z putat q sit ad arbitriũ epi redigenda. vel etiã fm Rod. si in cornibus fuerit fracta. cũ soleat ibi fieri pcipue consecratio altaris. Quartus est si lapis ille qui continet sigillum: siue reliquias. qui etiã dicit sigillũ altaris quia cũ eo reliquie sigillant: moueat vel frangatur vel enormiter diminuat. vnde si in altari viatico lapis continens sigillũ reliquiarum moueat: altare reconsecrabitur fm Inno. z Host. extra eo.c.j. Si vo altare viaticũ extrahat cũ non adhereat ligno: sed lapidi ipsa consecratio. non credit Inno. illud esse reconsecrandũ. Nota etiã fm Inno. q in altari est quoddã foramen vbi reliquie ponunt: z illud qñq fit in parte superiori. qñq in latere altaris. Si fiat primo modo: clauditur quãdoq paruo lapide. quãdoq tabula magna altaris. Si secũdo modo clauditur tñ lapide paruo. vnde siue ille paruus lapis: siue tabula magna moueat: reconsecrari debz altare. Nota etiã si reliquie sublate sint z sunt sublate cum mense motione: debet reconsecrari altare Si autẽ sine eius motione: non debet reconsecrari de cõse.di.j.de fabrica in tex. z in glo. Quintus est quando tantũ additur altari q amittit formã quã habebat. quia forma dat esse rei. Vide tamẽ quod notat Panor.in.c.ad hec.e.ti. q quoddã est altare portatile qd portatur de loco ad locum z est paruus lapis continens in se foramen cũ cõsecratione z sigillo supposito. z istud non execrat nisi moueat istud sigillum cõtinens cõsecrationẽ. Aliud vo est altare stabile. qd est firmum in loco. z istud execrat multis modis. Primo vbicunq violatur locus cõsecrationis. puta: quia cecidit aliquis de lapidibus tangentibus ipsam cõsecrationẽ: vel motũ est ipsum sigillum vel si tota mensa est mota. licet ibi non sit foramen cõsecrationis. Ratio quia qũ altare est firmũ nõ consecrat solũ tabula sz totũ altare. vnde si patitur enormẽ lesionẽ amittit formã suã. z dr execratũ ideo debet denuo cõsecrari.

Quero pro declaratione pdictorum: nunqd altare viaticũ sit execratũ. si lapis remoueat a ligno. nam sepe altare viaticum fit ex lapide paruo inserto in ligno. Rñ. Ab. prout refert Panor.in.c.ligneis.eo.ti. dicit q nõ. Et credit Panor. quod velit arguere a simili. nam sicut corruente tecto ecclesie remanentibus parietibus nõ fit reconsecratio. Ita sublata illa tabula a ligno cui inherebat lapis. nõ debet fieri reconsecratio. Jo.an. hoc fatet si sepulcrũ sit in ipso lapide. Secus autẽ si in ligno esset sepulcrũ seu foramẽ z ibi esset cõsecratio. z lapis esset loco sigilli. Et hoc est indubitatũ. nã tunc violatur consecratio. Sed Panor. dubitat etiã in priori casu: ponendo q altare recipiat formã suã ex ligno z lapide. puta. quia lapis est ita paruus q p se non sufficeret ad formã altaris viatici. nã licet consecratio sit in ipso lapide tamen sublato ligno verum est dicere q ipsum altare patitur enormẽ fracturã. z sic perdit suam formam. Idẽ dicendum de altari firmo. si ibi adesset lignum dans formam altari. Sextus casus est quando dubitatur. vtrum consecratum sit de conse. distinc.j. ecclesie.

Altaria in quibus degradati z hmõi celebrauerũt nõ debent propter hoc reconsecrari. nec reconciliari. cũ hoc nõ sit iure cautũ.

Vtrũ in locis nõ consecratis possit celebrari cũ altari viatico. Rñ. Inno.in.c.j.e.ti. dicit q sic. Dicit enĩ locũ esse consecratũ exquo est ibi altare viaticum consecratũ per episcopũ. z sic non ob.c.missarum de conse.di.j. Sed panor. sup Rubrica.eo.ti. dicit Archi. post aliquos antiquos tenere contrarium in.d.c.missarum. vbi dicit q nisi in ecclesijs cõsecratis nõ potest celebrari etiã cum altari viatico: nisi concurrat licentia episcopi. in locis autem non consecratis z sine altari viatico non sufficit licentia episcopi. Et hanc opinionẽ Panor. credit veriorẽ. pro hoc tex.in.c.fi. de priuil.li.vj. vbi de gratia est concessum episcopis vt possint celebrare vel facere coram se celebrari in itinere super altari viatico. Si enĩ hoc liceret de iure cõmuni prout sensit Inno. frustra concederetur priuilegium. Ad idem.c.vnicuiq. z.c.si quis de conse.di.j. Vbi dicit q in oratorijs priuatis nõ debet celebrari sine licentia episcopi. Vide tamẽ Ri.in.iiij.di.xiij. q in casu magne necessitatis iura permittunt celebrari in loco nõ sacro. si tamen tabula sit consecrata. ceteraq ad illud officium ptinentia ibi affuerint. sicut cũ ecclesie prime fuerint incense. vel cum homines sunt in itinere. z ecclesia defuerit. vt de conse.di.j.c.conce-

dimus quibus casibus exceptis non licz celebrare in loco nō sacro nisi de consensu epī per dictum.c. missarum. Nulla autē necessitate licet celebrare in mari vel sup flumē. Et fm Pe. de pal'. extra ecclesiam sine necessitate nunq̄ licet celebrare sine licentia epī. Sed nō habentibꝫ capellas licet potius celebrare in campo vel in domibꝫ priuatis. dūmodo oīa necessaria hēant. Et hoc vbi licētia epī haberi nō possit. Et ideo a pncipio si comode licentia haberi potest ab epō peti debet. In exercitu etiā xp̄ianorum idē fiendū.

Consecratio.iij. scilicz

cymiterij. Alia est ꝯsecratio ecclesie. Alia cymiterij.

Cymiteriū pollutum esse censetur quādo ecclesia est polluta effusione sanguinis vel seminis. dūmo si sit contiguum ipsi ecclesie. ꝛ anteq̄ reconciliatum sit. non debet in eo aliquis sepeliri. Secus si cymiterium ipsum esset remotum ab ecclesia. Sed econtra polluto cymiterio non est polluta ecclesia. ne minus dignū trahere videatur maius. Et non est cymiteriū vnū: ȝ plura qñ paries est in medio. licet sit ibi porta in pariete.

Sed ge. in.c. vnico.e.ti.li.vj. querit. pone q̄ sint duo cymiteria. ꝛ sit paries in medio ꝛ porta in pariete. ꝛ in porta fit iniuriosa sanguinis effusio. queritur an vtrūq̄ cymiteriū sit interdictū. Potest dici q̄ aut est cōmissa in porta. ȝ ex parte magis adherente vni. Et tunc illud est violatum. put dicit de hermofrodito. ff. de sta. ho. queritur. Aut facta fuit in medio porte. ꝛ tunc cōsideramus cuius causa fuerit factus paries ꝛ porta. vt dicit Jo. an. Aut est dubiū: quia non potest apparere cuꝰ causa sint facta. ꝛ tunc cū participet de vtroq̄. dicimꝰ vtrūq̄ violatum. Ita dicemus hic. Et in dubio videntur apposita vt faciant duo cymiteria p̄ncipaliter. nō autem accessione vt vult dictus tex. Et per p̄missa idem dicit si in porta ecclesie fiat talis iniuria. Jo. an. ꝛ Jo. de Imola dicunt q̄ forte istud vltimū dictum est verum: quādo intra clausurā ostij versus ecclesiam facta est pollutio. Secus si ex pte que est versus locū extra ecclesiam.

Si in cymiterio corpora fidelium defunctoꝝ sepulta sunt ab excōicatis: scismaticis: vel infidelibꝫ ꝛ hmōi. non ꝓpter hoc debēt exhumari. De sacra. nō itera. a nobis.

Cymiteria nō consecrata: in quibꝫ corpora paganorum vel hereticoꝝ vel excōmunicatoꝝ sepulta sunt. non debent cōsecrari de conse. di. j. ecclesia. Sed corpora ibi sepulta debent inde p̄us eici. ꝛ parietes ꝛ tigna radi. Et tunc si apta fuerint poterūt consecrari. d.c. ecclesiam. Si autem consecrata fuerint p̄us eodē modo corpora p̄dicta inde eicienda sunt si discerni possunt. alīs non. extra de sepul. sacris. ꝛ ipsa cimiteria reconcilianda sunt. Sicut de ecclesijs dictū est. Sed in ecclesia consecrata parietes nullo modo radendi sunt. vt dictum est, su pra. consecratio p̄mo. Quia tunc esset reconsecranda ꝛ nō reconcilianda.

Corpora sanctoꝝ nemo p̄sumat transferre sine licentia principis vel episcopi de conse. di. j. corpora. vbi dicit glo. q̄ per principem intelligit papa. Et hoc veꝝ si corpora tradita sunt perpetue sepulture. alīs sine auctoritate alicuius possunt trāsferri fm glo. ibi. Idē videt ꝛ de ossibꝫ alioꝝ fideliū. ff. de re. ꝛ sump. fu. l. ossa.

Consecratio.iiij. scz vestium.

stium. pallarum. ꝛ vasoꝝ. Vestes sacerdotum ꝛ ministroꝝ. palle altaris. ꝛ vasa sacra. ꝛ oīa similia nō debent conuerti ad vsus laicos. Sȝ si q̄ sunt vetustate ꝯsumpta cōburi debēt. ꝛ cineres ī ecclesia reponi. xix. q. iij. q̄ semel. ꝛ.c. qm̄ de conse. di. j. altaris.

An autē simplices sacerdotes possunt benedicere vestes sacerdotales. ꝛ alia ornamenta ecclesie. vel altaris. Respō. Archi. in.c. degradatio. de pe. li. vj. Et multi alij in de. attendentes de sta. mo. dicunt q̄ non. Tamen p. S. d. Sixtum pp̄ā quartum indultum est vt simplices sacerdotes ordinis minorum possint benedicere queciinq̄ ornamenta ecclesie vel altaris. ꝛ vestes sacerdotales et alia. excepto corporali. Nota fm Pe. de pal'. put recitat Arch. flo. in sum. q̄ de longo manipulo licet facere stolam vel ecōuerso. ꝛ de breui stola facere manipulum vel cingulum. quia omnis hec vna benedictione consecrant. Et cum casula. i. planeta est dupla. cum possit esse simpla. ꝛ super qualibet partem fit benedictio. in celebrando vti potest ex vtraq̄ parte. Et si vna pars amoueat ab alia remanet benedicta. ꝛ potest in ea celebrari. Et simili de dupla stola. Item fm eundē Pe. quādo vestimenta reparant ꝓpter paupertatē videt distinguendum q̄ aut tanta pars amota fuit: q̄ sine illa non benediceretur vel celebraretur vt tota manica vel pars superior. ꝛ tunc desinit esse benedicta. Si autē modica particula. cuius defectus: nec benedictionem impediret: nec celebrationē. tunc licet celebrare. nec est hoc simile. sicut de oleo benedicto.

Vtrum negociando liceat aliquid carius vendere: q sit emptum. Rū. Fm Thomaz. vbi supra nihil prohibet lucrum ordinari ad aliquem finez necessarium vel honestum. Et sic negociatio licita reddetur. Sicut cum aliquis lucrum moderatum quod negociando querit: ordinat ad domus sue sustentatōnem: vel ad subueniendum indigētibus. Aut etiam cum aliquis negociatōni intendit propter publicam vtilitatem. ne scilicet res necessarie ad vitam: patrie desint: et lucru m expetit: non quasi finem: sed quasi stipendium sui laboris vt de hoc dictum est supra. Auaricia. Et sic potest q̄s carius vendere q̄ emit. hoc tamen non potest regulariter. nisi fuerit mutatum precium ratōne fori. temporis: vel loci. vt notat Pe. de ancha in. c. j. de vsu. in. vj. Et inter mutatōnes fori videntur expresse comprehendi: si quis emerit merces ī magna quantitate: et minutim vendat. Solent enim res in magna quantitate communiter meliori foro vendi. Et pro hoc videtur facere quod dicit Crisosto. q quicunq rem comparat. vt integrā et immutatam vendendo lucretur: ille est mercator qui de templo dei eijcit. Tamen ad hoc rūdet Astesi. fm Alexan. angli. q facienda est vis in hoc q dicit rem integram et immutatam. Loquitur enim de illo qui in negociando intendit lucrum tanq̄ finem vltimum et cupit sine labore et sollicitudine et auaricia diuitias congregare. Vnde predictuz verbum non habet locum in eo qui negociatur pter propriam necessitatem: vel reipublice vtilitatem: vel proximi pietatem. nec etiam in eo qui vēdit rem immutatam q̄tum ad substantiam: immutatam tamen q̄tum ad locū: quia talis ratione laboris et periculi: vel expensarum famulorum: vel apothece et huiusmodi: licite potest querere mercedem. nec etiam habet locum in eo qui in emendo considerat empte rei periculum in seruando: quia potest deteriorari et cremari: vel furto perdi: tantum potest mercedem querere ratōne incertitudinis euent⁹ futuri et susceptionis periculi. Vnde in emendo non est certus. vt integram et immutatam vendendo lucretur. Et plus dicit archi. f. Pone mercator emit aliquid pro decem. et in eadē

ciuitate vel domo absq vlla traiectione mercium. vel modica: et sine aliqua melioratiōe rei empte et huiusmodi: vendit pro. xij. An hoc liceat. Respōdit q sic dummodo iustum precium non excedat.

Item pone. vis mihi librum vendere p decem et ego nō intendo emere: nisi parus inueniā q emat a me pro. xij. et postq̄ vendidi alteri. emo a te: et do tibi decem: et teneo duos. An possim: et cū teneor. Respondet Ar. f. q iustum precium rerū non consistit in indiuisibili: licet in quadam latitudine vt dictum est. Ideo si emens librum pro decē. eūdem vendit pro duodecim. Iusto tamē precio: vt quotidie contingit. non videtur condemnandus quinimo si alias non erat empturus: nisi primo certificatus de lucrando duo fuisset: dūmodo: vt dictum est: iustum preciū nō excedat de industria videtur laudandus.

Pone. dedisti mihi librum vel vestem vt venderem pro decem vendidi pro duodecim. An possim tenere illa duo: vel debeā tibi: vel emptori reddere. Respondit q̄ supra q vendēti sufficere debz lucruz quod inde consequitur. puta vnū pro libra. vnde iste medius vendens: cum purum ministeriuz gerat primi tradentis qui sibi constituit certā mercedem pro labore suo: quicquid superuendit: totū tradere debet primo vendenti: et non ementi: nisi forte plus iusto precio vendidisset. quia tunc restituere tenetur emptori. et non primo venditori.

Vtrum venditio reddatur iniusta propter defectum rei vendite: vel etiam propter latentē eius bonitatem. Respondeo fm Tho. scda scde. qōne lxxvij. Circa rem que venditur triplex defect⁹ cōsiderari potest. Primus quidem fm speciem rei: vt puta. si venditur auricalcum pro auro: aut vinum mixtum aqua pro puro. Secundus defect⁹ est fm quantitatez ponderis vel mensure: vt si quis vtatur scienter. deficienti pondere vel mensura. Tercius est ex parte qualitatis puta si animal infirmum vendatur quasi sanum. In his tribus casibus: si quis venditor scienter offenderit fraudez cōmittit. et illicita est venditio: et ad restitutionem tenetur. Si vero eo ignorante aliquis predictorum defectuum in re vendita fuerit: venditor quidem non peccauit. tamen cum ad eius noticiam peruenerit: tenetur damnuz recompensare emptori. Et ex his patet q illicitum est vendere aurum vel argentum alchimicum pro vero: quia non est adeo purum sicut verum: nec habet omnino easdem proprietates: sicut proprietatem letificandi cor q valet contra certas infirmitates et huiusmodi. Si autem per alchimiam fieret verum aurum: non esset illicitum vendere pro vero. quia nihil prohibet artem vti aliquibus naturalibus causis ad producendos naturales et veros effectus. vt dicit August. in libro de trini. Vide de hoc Panor. in. c. ex tenore. de sor. vbi fm Oldra. concludit. q scientia alchimie nō ē prohibita. et dicit q in hoc vna species non transmutatur in aliam diuersam: cum omnia metalla procedant ex eodem fonte et vno principio. videlz ex sulphure et argento viuo. Sz vbi

est melior influentia astrorum: ibi producuntur metallum preciosius vnde per influentiam astrorum et cum lapidibus et cum herbis quibus insunt multe virtutes pōt naturaliter vna species metalli cōuerti in aliā magis preciosaz.

Et circa defectum mensure queritur. an excusentur tabernarij dantes mensuras vini diminutas. scz vsqz ad collum dolij vel alterius mensure cum hoc sit de more tabernariorū. R̄n̄. archi. f. dicit q̄ non excusantur. q: ementes decipiunt: cum intēdant recipere plenam mensuram. et pt̄ra voluntatem ipsorum diminuunt. Nec cōsuetudo excusat q̄ dicenda est corruptela. nisi hoc faciant: vt se seruēt indemnes: vel cum aliquo lucro et rationabili: vel quia alr̄ nō lucrarent si plenas mensuras darent. quia oporteret precium augere: in quo nō inuenirent emptores: vel paucos. Sed verte casuz. quid de mulieribus que fm morē patrie dant lanam vel linum ad nendū vel filandū: et cōputant filatū ad rationez. xiij. vnciarum pro lib. quando hoc scit qui laborat illa filando. si non soluit de. xiij. vncijs nisi pro vna libr. Respondit qui sup̄. q̄ proprie hō nō est fraus: quia non decipitur cum sciat sic debere solui. et sic intelligitur pactum inicum a principio sibi datur opus. Scienti eñ et cōsentienti nō fit iniuria q̄uis turpis videat mos.

Circa defectum qualitatis queritur. quid si q̄s vendat equum: et p⁹ paucos dies moritur. an vendens teneatur restituere preciuz? R̄n̄. Panor. in c. iniustum. de rerum pmuta. post Cy. dicit q̄ aut morbus notus erat vtriqz. et non cōpetit aliquod remediuz. quia scienti rc. Aut vterqz ignorabat et competit actio quanti minoris: nō aute ad totum dannū. Aut sciebat alter tm̄. Et si emptor sibi imputetur: ratōne predicta. Si venditor tenetur ad omne interesse: quod inde passus est emptor: non solum ad preciuz. vt i. l. Julian⁹. ff. de act. emp. nisi interuenisset pactū: vt nō teneret.

Sed quid si emptor fuit minus diligens? R̄n̄. Cy. q̄ nihilominus tenetur venditor: q: licet emptor fuisset in quadam culpa vel negligentia: tamē venditor fuit in dolo. q: nō patefecit vicium. et dolus p̄ponderat culpe. vt in. l. Item si obstetrix. ff. ad l. aquil. Jo. an. tamen post alios dicit q̄ si equ⁹ vēditus infra triduū moritur: et repentur habere cor marcidum: presumendum est illum morbum tempe venditōnis habuisse. et hoc presumitur ex paruitate temporis. De eo autez qui vendit equū pro morboso et vmbroso et alijs defectib⁹. vide s̄. Arbiter.

Quero de. q. quotidiana. Vendidi tibi fundū expressis cōfinibus et declarata mensura terre. puta dixi q̄ erat duorum modiorum: nunc autem reperitur in maiori quantitate. an id quod plus est cedat venditori: vel emptori? Oldra. concludit q̄ q̄nqz loquens vtitur terminis denotantibus certum numerum vel mensuram. et agit ad supplementum quando. s. exprimit conceptum suum: incipiendo a numero vel mensura. Quandoqz vtitur terminis denotantibus speciem: seu corpus: licet adijciat certum numerum vel mensuraz. Et tūc illud quod est plus cedit emptori: quia hoc casu: numerus: vel mensura videtur adiunctus loco demonstratōnis que licet sit falsa: nō viciat nec minuit id cui adijcitur. vt. l. falsa demonstratō. ff. de cōdi. et demō. Exemplum secundi. vendo tibi talē fundum: sic cōfinatuz: qui est trium modiorum. Exemplum primi. vt vendo tibi terram quatuor modiorū in talibus confinibus. hec Panor. in. c. per tuas. de dona. vel dic clarius q̄ aut preciuz taxatur per modia. et tunc emptor non plus poterit habere. Secus si precium nō taxatur per modia. q: tūc totū habebit.

Vtrū venditor teneatur dicere vicium rei vēdite? R̄n̄. fm Tho. vbi s̄. venditor qui rem viciosam exponit vendendam: ex hoc ipso dat emptori damni vel periculi occasionem. Damni quidem: si propter huiusmodi vicium res sit minoris precij. et ipse de precio nihil minuit. Periculi autem: si propter huiusmodi vicium: vsus rei redditur impedit⁹ vel noxius. puta si quis alicui vendat equū claudicantem pro veloci: vel domum ruinosam pro firma: vel cibum corruptū aut venenosum pro bono. vnde si huiusmodi vicia sint occulta: et venditor non detegat est dolosa et illicita venditio. et venditor tenetur ad damni recompensatōnez. Si vo vicium sit manifestū. puta cuz equus sit monoculus: vel vsus rei et si non competat vni: potest cōpetere alij. et venditor propter huiusmodi vicium subtrahat de precio q̄ntum oportet: non tenet ad manifestandum vicium rei. quia forte propter huiusmodi vicium emptor vellet plus subtrahi q̄ esset subtrahendū. vnde venditor pōt licite vicium rei subticere. Idem dicenduz est: si quis habeat librum venalem: sed corruptum. non tenetur dicere eius vicium: dūmodo subtrahat de p̄cio pp̄ter hmōi viciū: vt dictū est.

Quid si aliquis portans merces ad locum: vndescit multos sequi se cum similibus qd̄ si diceret. non posset suas adeo care vendere. R̄n̄. fm Thomam vbi s̄. Venditor qui vendit rem fm preciū quod inuenit: non videtur contra iusticiam facere: si qd̄ futurum est nō dicit. Si tamen diceret: vl̄ de precio subtraheret: abundantioris esset virtutis: q̄uis ad hoc non videatur teneri ex debito iusticie.

Pone. quis intendens nocere alij: scribit literas dirigendam alicui suo amico: admonens vt emat multum de aliquo mercimonio: vt aromatibus: lana et huiusmodi. quia erunt cara in futuruz: qd̄ nouit esse falsum. et permittit sibi cadere literaz in aliquo certo loco: vbi frequēter aliquis: quez odio habet conuersatur. vt eaz inueniat legat: et talia emat: et multum inde perdat. et totum hoc sequitur. Respondet Archi. florenti. q̄ talis mortaliter peccat intendens proximo suo nocere. non tamē tenetur satisfacere de damno. quia non dedit occasionem damni efficaciter. extra de iniuri. si culpa. non enim ita leuiter debuit credere. Et sibi imputet leuitatem suam. licet aliqui alij teneant q̄ talis

teneatur restituere. vt recitat sanctus Bernardi. in tractatu restitutionum.

Sed verte casum de quodam casu qui accidit venetijs. Cum quidaz magnus mercator literas accepisset a partibus orientis: vt emeret aromata multa: quia futurum erat vt precium eorum multum cresceret: quia inde transmitti non poterant ab illis partibus. Ille plectam literam dilacerauit et in terram frusta proiecit: nihil alicui dicens intendens illud facere: de quo cautus reddebatur. Sed alius tenuis mercator litere illius frusta collegit: et insimul suis partibus coaptauit et legit. Quo facto: cum hoc a nullo sciretur: accessit ad omnes apothecas: que habebant huiusmodi venalia. et certo precio emit. Cumque mercator magnus iret ad emendum: inuenit omnia vendita. Interrogat de persona emptoris: miratur nesciens factum: sed demum percepit. Sicque lucrum magnuz quod ille sperabat ex huiusmodi emptione: alius sua industria sibi procurauit sine iniuria eius: nec sibi in aliquo tenebatur. An autem in dicto casu ille recolligens frusta literarum: et postea leges peccauerit mortaliter? Respondet quod si. quod si talis legat vt sciat secreta eius: curiositas est. Si vt sibi prouideat: prouidentia humana est: nec peccatum. Cuilibet enim licituz est sibi accipere rem que habetur pro derelicta: cuiusmodi est talis litera.

Quid de mercatoribus qui inter se conueniunt: vt certo precio vendant: vel quod vnus solus tales merces vendat. Respondeo. secundum Hosti. pactum illicitum est. Et similiter si quis a ciuitate impetret vt sibi soli vendere liceat. quod si quis huiusmodi officium exerceat: debz secundum leges suis bonis expoliari: et exilio perpetuo damnari. Similiter et concedentes puniuntur. i. officiales qui predicta concedunt vel non puniunt. C. de mono. l. vnica. vbi Azo per illam. l. conducit prohibitum esse: ne quis exerceat monopolium. i. singularem negociationez quod accidit: cum aliqui inter se paciscuntur ne aliquem instruant in arte sua: nisi filios et nepotes: vel cum aliquo modo per pactum id facere nituntur: nisi soli commodum alicuius artis vel negociationis faciant. Dicitur monopolium a monos quod est vnum: et pola quod est venditio: vel a monos quod est vnus. et polis quod est ciuitas. Inde monopolium id est vnica negociatio in ciuitate. et pro hoc vetita. Ideo monopolus dicitur qui solus vult esse in ciuitate venditor: vel emptor. Prohibetur etiam illud pactum: quod inter se faciunt vendentes vel negociatores: nisi certo precio vendant. Idem in balneatoribus: si conueniant ne aliter balneent: quam cum ea mercede: quam statuunt. Idem in locatoribus rerum vel operarum suarum: maxime in scriptoribus si paciscuntur: ne opus ab altero inchoatum: alius consumet. Debz igitur esse cuilibet libera facultas in emendo et vendendo: vel locando et conducendo. et circa precium et circa mercedem. Sed nec ordini ciuitatis grandia precia licet statuere vel taxare. ff. ad. l. Juliam. de anno. l. vltimo. hec Azo. Item postquam exposuit quis frumentum vel aliam rem venalem in foro: potest compelli. vt amplius illam rem ad domum portare non possit: quousque illam vendat. l. nemo la secunda. C. de iudeis. Item pro fertilitate in communi habenda et caristia vitanda. potest statui quod quilibet mercator teneatur ire vel mittere ad alienas partes ad emendum granum in communi vendendum. et quilibet potest compelli ad hoc mutuare pecuniam. l. vnica. C. vt ne. li. in compera. spe. se. ex. libro. x. et ibi glo. Item potest statui ne quis vltra indigentiam suam emat: ne alijs res cariores vel incommoditatem habendi reddat. l. j. C. de epi. audi.

Quid de his qui quouis modo faciunt vt annona carius vendatur. puta: impediendo: vel impediri faciendo: vel detinendo naues: vel nautas annonam conducentes. Dic quod tenentur ad restitutionem. vt ponant eam in bono foro: ac si ille naues venissent. et grauiter puniuntur. scilicet pena. xx. aureorum. l. ij. ff. ad l. Jul. de anno. et etiam corporaliter. l. annonaz. ff. de extraor. cri. Idem in illo qui facit munitionem bladorum: vt emendo omnem quantitatem bladorum que inueniri possit. et conseruando: vt temporibus minus fructuosis carius vendi possit. dicta. l. annonaz. A rusticis autem blada ad ciuitatem conducentibus bene licet emere in grosso: ad hunc finem: ne ipsi diu stantes ad vendendum ad minutum: subducantur ab operibus rusticalibus. l. ij. ff. de nundi. Et non solum est prohibita congregatio grani: vt postea carius vendatur: sed etiam de quibuscunque speciebus: vel materialibus pertinentibus ad victum: vel ad quemcunque vsum: per ipsos solum vendendis in caristiam reipublice. vt dicta. l. vnica. Qui ergo dat arras in emptionem omnium aromatum ciuitatis: vt ipse postea carius vendat: cum presenserit naues conducentes fore summersas dicitur facere monopolion. et incidit in dictam penam dicte. l. vnice. Et tales tempore necessitatis et caristie possunt cogi: vt etiam minus iusto precio vendant. l. ij. § . cum in eadem. ff. ad. l. ro. de iac.

Quid de illis qui nec vendere: nec emere nouerunt: nisi cum mendacijs periurijs et iuramentis. Respondeo. secundum Ray. quotiens causa decipiendi periurant: vel mentiuntur scienter: peccant mortaliter. et tenentur ad restitutionem. si iniustum deceperunt proximum. Et dicit glos. Ray. non distinguitur vtrum deceperit in modico: vel in magno. hoc tamen intellige quo ad periuria et iuramenta: quia falsum scienter iurauit. Quo vero ad mendacia sine iuramento distingue. quia si in modico lesit proximum quem in multo non lesisset mortale non debet indicari. Si autem in multo proximum damnificauit: vel in modico cum praua intentione. puta: quia etiam in multo lesisset si potuisset: tunc in vtroque casu mortale est. Si autem quis ignoranter dicit falsuz: credens dicere verum: vel etiam si dicit scienter non intendens nocere proximo: sed se indemnem conseruare: nec propter hoc rem amplius debito supervendit: tale mendacium potest dici veniale. Et de huiusmodi iuramentis vide infra iurare.

Vtrum liber homo, vel prauus filius possit vendi

di? R\~n. nõ. nisi solum: q pater potest vendere filium necessitate famis vrgente. l. j. et. ij. C. de pat. qui fi. di. Ita tamē q si restituat emptori precium: siue a filio: siue ab alio quocunq3: et quandocunq3 ipse in ingenuitatem perueniat. In nullo autez alio casu licet patri filium vendere. Matri vo etiā vrgente necessitate famis. nõ licet vendere filiuz nec etiam maritus eo casu potest vendere vxorem: q vxor non est ita in potestate viri: sicut filius in potestate patris. Item liber homo efficitur seruus si patiatur se vendi ad precium participandum. in. in. de iur. perso. §. seruu. Addit etiā archi. f. q christiani non possunt redigi in seruitutem ratōe belli: vel etiam capti non possunt licite emi in seruos vel empti vendi: et ab alijs emi. Sed bene infideles rediguntur in seruitutem. 7 emi possunt 7 vendi: capti in bello iusto q si postea efficiant xp̄iani. nõ tamen liberant ex hoc a seruitute q̄uis sit piuz hoc facere.

Vtrum vasa sacra possint vendi? R\~n. pp̄ter necessitatem possunt vendi in eadem forma alteri ecclesie. l. sancimus. la prima. C. de sa. san. ec. Sz 9fracta possunt vendi cuicunq3. de 9se. di. j. ligna. 3. q. ij. hoc ius.

Munitas ecclesie.j.

Quā emunitatē habet ecclesia consecrata? Respon. fm Ray. habet primo. vt nullus inde per vim extrahatur nisi i casibus q̄s habes infra. c. proximo. Itez ea que in ecclesia posita sunt: nec per vim nec per furtum sunt auferēda. Aliter sacrilegium committitur. xvij. questiōe. iiij. quisquis. Item q nullus mortuus in ecclesia sepeliatur. nisi episcopi: abbates: aut digni presbyteri. Aut etiaz fideles laici. xiij. q. ij. nullus. Quod intelligunt quidam de laicis qui miracula faciunt vel de fideli in dignitate 9stituto: sicut comite 7 rege fm Hosti. qui dicit. q sic de facto seruatur. licz glo. ibi intelligat generaliter de omni fideli laico. i. de omni christiano. Sed primū videt 9sonum textui. Si eni voluisset intelligere de omni xp̄iano: nõ erat necessarium exprimere ep̄os: abbates: 7 alios. Item q in seculare habitaculum decetero nõ 9uertatur: de conse. di. j. ligna. 7 extra de re. do. ad hec. Item nec vasa ecclesiastica. nec cortine. nec cetera ornamenta debent polui conuiuijs nuptiaz vel alijs secularibus vsibus. Dicit tamen gl. Ray. q si legatus apostolice sedis: vel episcopus: vel archiep̄s reciperet ab ep̄o: vel monasterio bene posset ornari domus ecclesiastica in qua reciperet cortinis 7 ornamentis ecclesie. Item nõ possint vendi propter aliquam necessitatem. vt in autenti. de alie. et emphi. §. et quoniam. col. ix. Item q in ea: placita secularia non sunt facienda. et omnis sententia: 7 processus omnis iudicis secularis ip̄o facto corruit. de īmu. ec. decet. li. vj.

An autem in domo ecclesie insi late teneant. Respon. Panormita. in. c. primo. extra eo. dicit q licet iudex non debeat facere. si tamen facit credo valere processum. quia cuz dicta constitutio sit penalis non debet extendi. Et intelligo q in domo ecclesie non debet iudex secularis ius reddere: q̄n do propria auctoritate: quasi ex iure publico eligit ibi mansionem. Secus autem puto vbi haberet illam domum conductam ab ecclesia vel grat 9cessam.

Quid de 9tractibus initis in ecclesia. nunquid valebunt? R\~n. glo. in dicto. c. decet. q non debēt fieri. 7 qui faciunt peccant. tamen 9tractus tenēt. nam cum tñ p̄cessus 7 sententias iudicum irritet 7 penalis sit 9stitutio: penam non extendā. Item non fiant ibi plamenta. 7 gl. ibi dicit. q hoc est 9tra vniuersitates italie: que frequenter faciunt in ecclesijs taliz plamenta. Itez p̄hibet ne in ecclijs et cimiterijs fiant sediciones: condamatōnes: impetus vniuersitatum. et quarum libet societatum contentiones: negociationes. et precipue nundinarum aut forma cuiuscunq3: tum illius: ac strepitus iudiciorum secularium. Et glo. in verbo secularium dicit ecclesiastica ergo iudicia ibi tractari possunt.

Quid autem de vendentibus candelas in ecclesia? Archi. f. dicit. q clerici vel religiosi qui hoc faciunt principaliter ad satisfaciendum deuotōni fidelium excusari possunt. Si aūt ad cupiditatez et lucrum principaliter non vident posse excusari a lucro eis prohibito talis negociatōnis. Et p̄cipue in tali loco. Sicut nec sacerdotes veteris testamēti: in his que vendebant in templo. Et in casu predicto q̄uis 9sulendum sit q lucrum factuz in huiusmodi pauperibus erogetur: non tamen hoc videtur esse de necessitate. Et ratio est: quia datio et receptio pecunie in huiusmodi: de se nõ ē prohibita. Sed actus negociandi. non simpliciter: sz in tali loco: tempe: persona vel fine. licet aliqui 9trariū dicant. Non tamen inuenio aliquod ius: vl doc. solennez hoc expresse dicentē. s. q de necessitate sit pauperibus dandū.

Vtrum ecclesia non consecrata habeat predictas emunitates? Respon. Panormita. in. c. ecclesie. eo. tit. dicit q sic. de quo vide supra. Absolutio primo. Idem dic de ecclesia interdicta: vt gaudeat priuilegio eodem. Idem de cimiterio. Item laici in choro essent non debent. tñ Panor. in. c. j. de vi. 7 ho. cle. dicit q hoc nõ est priuilegiū clericorū: sz vt psallentes nõ impediant.

An aūt priuata oratoria gaudeant eadē īmunitate. vide s. Absolutio primo.

Quid si possessio aliqua siue domus tenebatur albergum facere alicui: et ipsa postea peruenit ad ecclesiam? Respon. fm Hostien. ecclesia tenebit aut rei seruitium exhibere aut ipsam possessionez vendere.

Que emunitas personarum ecclesie. et quam emunitatatem habeat ecclesia circa res temporales. et quā emunitatē habeant p̄dia ecclesie. videbitur in locis suis.

Que pena violantium emunitatez ecclesie? Respon. fm Gof. Qui aliquo modo ecclesias violāt: seu p̄sonas: seu ab ipsis rapiunt violenter: seu vsurpant bona ipsarum: sacrilegium committūt. 7 excommunicandi sunt. in certis vo casibus sunt ip-

so iure: vt incendiarius et effractor ecclesie. vt dem est. §. Absolutio primo. Violator vero ecclesiastice libertatis excõicatus est ipso iure.

Quando aũt dicatur fieri ꝯtra libertatem ecclesie. Dic quotiens tollitur: vel minuitur libertas ecclesie: etiam particularis. quando vz libertas talis non est minus ecclesie particularis: sed est etiaz generalis aliarum. vt in. c. j. e. ti. li. vj. Et hoc ex pz ꝙ qui turbat iurisditõez vnius ordinarij ecclesiastici turbat libertatem ecclesie et dicitur facere iniuriaz ecclesie vniuersali. Et ex his decidit alia questio: q̃ fuit de facto de quodaz statuto quo cauebatur ꝙ nullus presumeret allegare ꝙ prepositus prat. ecclesie non haberet iurisditõnem quasi episcopalẽ in loco. Dicitur ꝙ est ꝯtra libertatem ecclesie. nam per tale statutum violatur libertas episcopi dioc. qui in spirituali iurisdictione fundat intentionem de iure communi in tota diocesi. xxv. di. perlectis. Est enim violatio libertatis ecclesiastice: si laici disponunt auctorizabiliter in aliquo de rebus ecclesie. vt in. c. bene. xcvj. di. et e. ecclesia sancte Marie. de ꝯst. Et sic ꝯsuluit Lap. de casti.

Sed quid si ecclesie particulari: vel alicui speciali ordini competit aliquod particulare priuilegium. et istud violetur? Pone exemplum de priuilegio cisterciensis. de quo de rescrip. cum ordinem. vnde si aliq̃s delegatus apostolicus vrget cistercienses ad respondendum coram se per rescriptum non faciens de eoꝝ ordine mentionem. An faciat ꝯtra libertatem ecclesie? Rñ. ꝙ non. Naz hoc casu oportet ꝙ citatus alleget priuilegiũ suum. forte enim negabit esse cisterciensem. Et est verũ sic intellectum: quod tenet docere de his que sunt facti. Et hoc nisi sit notoriũ. de hoc tamen vide. j. Exẽptus. Et ex p̃dictis ꝯcludo ꝙ sit ꝯtra libertatez ecclesie quandocunq; violatur priuilegium ꝯcessũ super generali libertate ecclesie. Et hoc siue violet quo ad omnes ecclesias siue clericos: siue quo ad vnam ecclesiam vel clericum: quia omnes ecclesie sunt vna. xxiiij. q. j. loquitur. Secus de libertate particularis ecclesie. id est non competenti generali ecclesie.

Emunitas.ij. scz ꝯfugientiũ ad ecclesiam.

Nullus ad ecclesiam ꝯfugiens inde per vim extrahi debet: preterq̃ in quibusdam casibus. Primo si ille qui ꝯfugit ad ecclesiam sit publicus latro. Publicus latro ſm panor. in. c. inter alia. extra eo. dicitur qui palam et publice furatur vt sunt isti pirrate: vel qui publice stant in stratis vel qui stant in arce: vel castris. et derobant transeuntes. Scḋo si sit nocturn⁹ populator agrorum: qui dr ille: qui obsidet stratam publicam derobando transeuntes. Et differt a publico: q: iste clandestine furat: et in nocte segetes destruit dũz i nocte se abscondit et iacet et latet: vl' quia p̃ter homicidia et rapinas que facit in stratis combutit et destruit agros illoꝝ qui ei non seruiũt. Isti aũt duo casus ꝓprie excipiunt ſm Jo. an. q: de aliis p̃sumitur ꝙ non insidiose hoc fecerint. hoc est ꝙ non ex proposito prius deliberato: sicut in istis p̃sumit. Et licet leges plures ꝑsonas excipiant: per ius canonicum in hac parte legibus derogatũ est. vt in dicto. c. inter alia.

Quid si quis in ecclesia ꝯmisit maleficiũ. sperans se ab ecclesia defendi. qḋ semꝑ p̃sumit nisi ꝯtrariũ ꝓbet. An debeat ꝑ ecclesiã defendi? Rñ. Panor. in. c. immunitatẽ. extra eo. dicit ꝙ nõ. Et dicit ꝙ ille tex. loquit de delicto in eccl'ia ꝯmisso. dictũ vero c. inter alia. loquit gnãliter de delicto extra ecclesiaz cõmisso.

Quid aũt si delinquẽns in ecclesia: ibi non deliquit eo animo vt defenderet ab eccl'ia. nunq̃d excludet ab hac emunitate? Rñ. Jo. dic ꝙ p̃sumptio iuris et de iure videt ꝯtra delinquentẽ in ecclesia. tñ ꝯcludit ꝙ si posset ꝯstare ꝙ nõ ex ꝓposito ꝓpt immunitas: s; vero nouiter orta homicidiũ ibi ꝯmiserit: q: tũc hebit hanc emunitatẽ. Et p̃sumit ille anim⁹: ex q̃ nõ hãbat cum offenso inimicitias. Et cũ hoc dicto transeunt cõiter doc.

Quid si nõ homicidiũ vel membroꝝ mutilatõnem: s; alia delicta in eccl'ia q̃s ꝯmisit. Nunq̃d habebit hãc emunitatẽ? Rñ. panor. in. d. c. immunitatem. dicit ꝙ in omissis delictis grauibus locum hz. d. c. imunitatez. ita ꝙ nõ gaudebit emunitate: tum ꝓpter identitatẽ ratõnis tũ ꝓpter rõnes que ponũtur: q̃ sunt gnãles ad oĩa delicta: saltẽ enormia.

Quid si stans extra cimiteriũ trahit eũ qui stat intus ꝑ ꝑtem mantelli: q̃ manet externus. An dicat offendere eccl'ie immunitatẽ? Rñ. Din. in. c. si. e. t. tenet ꝙ sic. Nã et q̃ trahẽt clericũ sic incidẽt in canonẽ. Sec⁹ tñ ſm Gof. si volentẽ de loco immunitatis trahat cũ ad mortẽ: vl' aliã penã corporalẽ ꝯdẽnat. Rõ q: canon solã violentiã ꝯdemnat. Sz volenti nõ fit iniuria &c. Idem panor.

Quid si extrãs in loco immunitatis ꝑcutiat e nominter existem extra illũ locũ. An h̃eat locũ. d. c. si. Rñ. panor. in. d. c. fi. dic se credere ꝙ sic. q: delictũ fuit principiatũ in eccl'ia. l; alibi ꝯsummatũ.

Pone. aliq̃s cepit aliquẽ ꝑ ꝑsonam in platea et portauit eũ extra plateã. et ibi ꝑcussit eũ. An puniatur tanq̃ ꝑcutiẽs in platea. Rñ. Bar. in. l. qḋ ait. ff. de adul. ꝯcludit ꝙ nõ. et ibi dic ꝙ qñq; inspicit initiũ quo ad locũ. et q̃ ad temp⁹. et qñq; inspicit finis. nam qñ initiũ et finis sunt illicita: tũc inspicimus finem. et hoc fauore rei. ne de vtroq; puniat. Sed qñ principiũ est licitum et habet causam licitam: tunc illud principiũ inspicimus. pro hoc facit optime. l. qui eũ maior. ff. de bo. li. Et ꝑ hoc soluit p̃dicta questio. et hec sequens. Pone aliq̃s insiliauit aliquem in platea. et fugauit eũ vsq; extra plateam. et ibi eum ꝑcussit. Non videtur eum ꝑcutere in platea. Sed pone alium casum. Statuto cauet ꝙ quis possit offendere alium ingredientem in possessionem suam: et in ipsa possessione sine pena. Modo aggredior vnum ingredientem in possessionem meam. et eum fugientez ꝑsequor extra possessionem meam. et ibi eũ ꝑcutio. Certe licite ꝑcutio: seu occido. Cui⁹ ratio est: q: initiũ fuit licitum. tene menti p̃dicta. hec Bar. in. dicta. l. qḋ ait. vbi etiam ex illa. l. infert. ꝙ in maleficiis dicit

incōtinenti fieri: quod fit vno impetu licet duret per horas illa rixa.

Quid de eo qui existens in ecclesia mandauit delictum alibi comitti. vel econtra existens extra ecclesiam mandauit delictuz ī ecclesia ɔmitti. An gaudeat immunitate secuto delicto ad ecclesiā cōfugiens. hec questio dependet ab illa. vbi dicatur delinquere mandator. an in loco vbi mandauit. an in eo vbi delictū fuit consummatuz. Tex. in c. pastoralis. de re iudi. iuncta glo. videtur innuere. ꝙ videtꝰ delictū ɔmittere vbi fuit secutum.

An autem confugiens ad ecclesiam exceptis p̄dictis casibus consequatur prorsus remissionē delicti. Rñ. Panor. in dicto. c. inter alia. dicit ꝙ nō. Sed consequitur principaliter duo. Primo vt inde non possit trahi violenter. Secundo vt nō possit amplius de illo delicto damnari ad mortem: vl' ad aliam penam corporis afflictiuam. Potest ergo damnari pecunialiter: vel aliter ꝙ in personaz. Ad hoc. c. constituimus. xvij. q. iiij. vbi dicitur ꝙ fugientes ad ecclesiam sunt ab omni tormentorū genere securi. Contra eos tamen etiam dum sunt in ecclesia: potest agi non solum ciuiliter: sed etiam criminaliter ſm Panormitanum ibi. dummodo non sequatur pena corporis afflictiua. potest ergo puniri ad omnem penam preter corporalem. ꝛ si non potest satisfacere: seruiet in perpetuū quē lesit. Sed qualiter mandabitur executioni illa pena et quomodo procedetur contra istum existentē in ecclesia. Dic ꝙ potest exire ecclesiam: naz ex solo confugere ad ecclesiam consequitur emunitatē vt in dicto. c. constituimus. et vbi timeretur de violentia: debent prelati recipere cautionem idoneam: vel iuratoriam: de vita eiusq; membris saluādis. Si vo nullo modo vult exire de ecclesia forte timens tyrannidem iudicis secularis: dic ꝙ nullo modo debet extrahi per iudicem vel alium. per tex. qui innuit: ꝙ nullo modo extrahi debet. tamē si ipse non vult comparere: potest constituere ꝓcuratorem.

An autem hec immunitas sit concessa clericis et religiosis: vt non possint per iudicem propriuz in ecclesia arceri: seu violenter extrahi. Respondit Panor. in dicto. c. inter alia. dicit ꝙ salua meliori deliberatione: hec immunitas non habet locum in eis: si iudex ecclesiasticus causa discipline vult eos in ecclesia arcere vl' extrahere vt duci faciat ad carcerem. hoc probatur apertissima ratione: ꝓsertim in religiosis: qui raro aut nunꝗ̄ exeunt claustrum monasterij. nam ſm regulam eorum et intra ɔmunia: possunt per eorum superiores in monasterio arceri: verberari ꝛ incarcerari. Et si opus est de monasterio expelli: ꝛ in alijs monasterijs arctioribus intrudi. vt in. c. vniuersitatis. de sentent. excom.

Quid si quis cōmisit maleficium in vna ecclesia nunquid defendetur confugiens ad aliā. Respon. ſm vv. ꝙ non. quia cum vna sit ecclesia ī toto orbe licet multe sint particulares ecclesie qui in vnam faciūt vnū: facit et omnibus. licet forte de cōsuetudine apud aliquos aliter obseruetꝰ: forte putantes ꝙ sicut minor vtitꝰ priuilegio suo ɔtra aliuz minorē. Ita vna ecclesia ɔtra aliā.

An aūt ɔfugiens ad ecclesiā ꝓ debito gaudeat hac immunitate. Rñ. Panor. vbi ŝ. dicit ꝙ sic ꝑ text. ibi. vbi ꝓhibetꝰ generaliter extrahi de ecclesia inuitus. Et circa hanc materiā. cum querit an ecclesia p̄stet immunitatē ɔfugientibꝰ ad eaz. Panor. vbi ŝ. post Cy. in l. p̄nti. C. de his qui ad ec. ɔfug. distinguit. ꝙ aut ille qui ɔfugit ad ecclesiā non est catholicus: ꝛ sic nō iuuatur ꝑ ecclesiā. vt. l. j. C. de his qui ad ec. ɔfu. Aut est catholicus. Et tūc. aut deliquit in ecclesia. aut extra. Si in ecclesia: tūc nō iuuatꝰ nisi vt ŝ. dictuz est. Aut deliquit extra ecclesiam: et tūc. an liber vel seruus. Si seruus. aut fugitꝰ ꝓpter magnā atrocitatem dn̄i: qui ad mortem eius satagit: ꝛ tūc habet locū insti. de his qui sunt sui vel ali. iur. hoc est ꝙ pinguiꝰ succurritur seruis ꝗ̄ dicatꝰ in dicto. c. inter alia. Nam nō redditꝰ dn̄o sicut dicitur in. d. c. inter. Sed ex quo eius seuicia est intolerabilis: est cogendus seruū vendere. Expedit enim republice ne quis re sua male vtatur. Aut fugit ꝓpter dominū modicā seuiciam. Et tūc hz qd̄ dicitur in. d. c. inter. s. ꝙ prestita a domino cautione de impunitate: si non velit exire: inuitus extrahitꝰ. Aut fugit sine aliqua domini seuicia. Et tūc. aut sine delicto. Et idem dicendum vt supra dictum est nunc. Aut propter delictum. Et si modicum deliquit ɔtra dominum: vt quia forte surripuit vnam mensuram vini: vel quid simile. Et tunc habet locum ꝙ dictuz est. Aut fugit seruus propter delictum non facile. Et tunc aut timet puniri a domino suo aut ab alio. Si timet a domino puniri fiet sibi restitutio prestita cautione de impunitate. de qua in dicto. c. inter. Si vo timet puniri ab alio. puta: a iudice. Et tunc idem dicendū est in eo quod in libero. Aut queritur ꝺ libero homine. et tunc aut fugit propter debitum. aut propter delictum. Si propter debitum. aut fugit ꝓpter debitum tributorum. aut propter aliud debitum. Si propter tributum scilicet debitum principi Pe. vt refert Cynus videtur in hoc dicere ꝙ debitores tributorum non extrahuntur de ecclesia: sed ibi citabuntur. et si defendunt se: bene quidem. Alioquin procedetur ad missionem in possessionem bonorum. Et ita intelligitur autenticū. de manda. princi. § publicorum. col'. tercia. quod Panormita placet: quia non potuit imperator ꝑ ius suum nouissimuz preiudicare immunitati ecclesie per canones concesse. Aut fugit propter aliud debitum. Et tunc ſm omnes non debet extrahi inuitus. Si autez liber homo fugit propter delictum. Dic vt dictū est ŝ.

Quid autem si de facto fugiens ad ecclesiaz fuit inde per violentiam extractꝰ indebite. Respō. Panormita. vbi supra ſm Bartolum in dicta. l. presenti. putat ꝙ de iure petere possit vt restituatur pristine libertati: cum ea sit de facto priuatus. hoc apertissime probatur in. c. miror. xvij. q̄. iiij. vbi dicitur. ꝙ ecclesia debet excommunicatione compellere extrahentem ad restitutionem: ac etiam interdicere: ne a tota domo sua recipiantur

oblationes. et hoc procedit etiā in extrahente seruum. nec euitat dominus restitutionē. licet nunc velit prestare iuramentū de impunitate. debet enī immune ecclesie satisfieri. nam iuramentū dꝫ pstari an extractionē ꝛ nō postea.

Quis autē prouidebit ei de expensis. R. Panor. vbi s. post Archi. et Hg. distinguit ꝙ aut ille habet ꝓpriū. ꝛ tunc faciet sibi expensas. Aut nihil habet. ꝛ debet laborare et victū manibus querere. Aut neutrum potest. et tunc ecclesia prouidebit ei tanꝗ pauperi. Et talis nō solū nō est extrahendus sed nec molestandus: nec vestis: nec victualia denegari. d. l. presenti. Hanc autē libertatē habet ꝯfugiens ad ecclesiam. ꝛ non tm̄ intra ecclesiā. sed etiā ex infra. xxx. passus. xvij. q. iiij. quisquis. et. c. diffiniuit. Et si est ecclesia maior etiā īfra. xl. passus xvij. q. iiij. sicut antiquitus. vt ad requisita naturē debitis exeat locis. Ita tamen ꝙ nō accedat ad alias domos. s. extraneas. vt in. d. c. diffiniuit. Hoc ꝯo priuilegiū. xxx. passuū: nō habent capelle que sunt infra ambitū muroꝝ in castris. vt in dicto. c. quisquis. Et hoc ꝓpter paruitatē loci. Passus autē sm̄ Isidoꝝ. vt dicit glo. in. d. c. sicut. est mensura. v. pedū. pes aūt est mensura. xvi. digitoꝝ.

An defendetur ꝯfugiens ad pallatium episcopi. Inno. refert quosdam tenere ꝙ sic per. d. c. constituimus. et glo. ibi idem tenet: etiam si dom⁹ episcopi sit extra illos passus. quod placet panor. naꝫ videmus in simili ꝙ familia episcopi gaudet priuilegio fori.

Quid si quis ꝯfugiendo ad ecclesiam obuiauit sacerdoti portanti corpus christi ꝛ ei adhereat. nunquid defendetur? Respon. sm̄ Hostiē. sic: quis non sit iure expressum: tamen quilibet catholicus hoc sentire debet. Si enī statua pfecti saluat: multo magis corpus xp̄i. Non sic tamen saluat damnatus ad mortem recipiens corpus xp̄i. quia nihilominus occiditur. licet Host. putet rationabiliter illa die iusticiam differendā. Ratio autē sm̄ Ho. est quia fugiens ad ecclesiam: ad eam liber venit: et ideo rationabile est ꝙ ecclesia eum in illa libertate defendat in qua ipsum inuenit. Corpus autem xp̄i datur ducto in carcerem. Ideo libertatē: quaꝫ in eo non inuenit: nō defendit: sed eum in captiuitate relinquit.

Quid si excōicatus vel hereticus ad ecclesiā cōfugerit: nunquid defendetur. Quidam credunt ꝙ non. cum sit extra ecclesiam numero et merito. Item quia sm̄ Hg. omēs excōmunicati dicūtur nō catholici. i. heretici: et omēs non excōmunicati catholici. ix. q. i. c. nos. Et hoc nota pro intellectu quando quis dicat catholicus: vt multotiens dicitur in priuilegijs ordinis. ꝙ fratres possint recipere ordines a quocunqꝫ episcopo catholico.

An imminente persecutiōe hostili: homines cuꝫ familijs ꝛ rebus possint se in ecclesijs recipere. R. ecclesie cum omnibus ornamentis debent teneri munde; nec debent ibi fieri conuiuia vel homines iacere: aut suppellectilia sua mittere nisi ꝓpter hostiles incursus aut incendia repētina. aut alias necessitates vrgentes. Sic tamen ꝙ necessitate cessāte inde res in loca sua pristina reportentur. ex. de cle. euch. relinqui. di. xlij. c. pe. ꝛ vltimo.

An in ecclesia possint fieri ꝓpugnacula ꝛ inde pugnari ꝯtra hostes. Rn̄. sm̄ Ray. non debet ecclesia incastellari vel muniri. Ita ꝙ inde fiat guerra. vel recipiantur qui guerram faciunt. ꝛ ꝑcipue predones. Aliter ꝓpter metū paganorū: hereticorum piratarum. seu predonum potest muniri et possunt ibi habere recursum non solū clerici: sed etiaꝫ laici ꝛ defendere ecclesiam ꝛ que in ea sunt. ar. dicti capli relinqui. xxiij. q. vj. si res. et. c. hi qui. Ita tamē ꝙ cessante necessitate incastellatio cesset. Dicit tamen Host. ꝙ ista incastellatiō debet fieri auctoritate episcopi.

An autē liceat erigere noua castra. Rn̄. sm̄ Inno. in. c. pisanis. de resti. spo. ꝙ sicut non licet noua castra facere cum alterius iniuria et emulatiōe ff. de ope. pub. l. opus. Ita nec incastellare vetera: vel inhabitata Sed panor. ibi credit dictum Inno. esse intelligendum in possessore iniusto seu tyranno. Si autem possessor est iustus. tunc distinguendum: quia aut vult reficere antiqua edificia vel inhabitare de nouo castra inhabitata: ad iniuriam vel emulationem alterius. Et ꝓcedit dictuꝫ Inno. quia non licet vti etiam re propria ad iniuriam vel emulationeꝫ alterius: vt alteri noceat: et sibi non prosit. Aut hoc non facit ad iniuriam alterius: sed ad conseruatiōnem vel augmentuꝫ patrimonij: vel honoris sui. ꝛ tunc putat hoc licere. nec posse per alium prohiberi. etiam si alijs inferātur timor seu damnum. ad hoc tex. optimus in. l. si in meo. ff. de aqua plu. ar. ꝛ in. c. cum ecclesia vulterana. de elec. et in. c. consuluit. de iudeis. vbi patet ꝙ prohibitus ꝯstruere de nouo: non ꝓhibetur reficere antiquuꝫ edificium in pristinā formā. nec hoc casu posset allegari prescriptio etiam si longissimo tempore non refecerit: vel non inhabitauerit. quia cum ille sit actus mere facultatis ꝛ nihil posituue actum sit in sui iuris preiudicium: non currit ꝑscriptio. vt in. c. Iohes. de def. coniu. vide de hoc. s. Consuetudo. in fi.

Enormia. vide s. Absolō. secundo.

Episcopus.

Vtrū ep̄alis dignitas liberet a ꝯditiōne seruili vel ascripticia. Rn̄. ab vtraqꝫ liberat etiā dignitas sacerdotal. dis. liij. si seru⁹. ī n̄cta glo. Multo fortius curiali. Verūtamē nec seru⁹. nec ascriptici⁹. nec curialis debēt ordinari: nisi pri⁹ fuerint a seruili: vel ascripticia: vel curiali absoluti. ꝛ ab alijs irregularitatibꝫ sint immunes.

Vtrum episcopus possit dispensare in omni crimine vbi expresse a iure nō ꝓhibet. Ista qō est cottidiana ꝛ dubitabilis ꝓpter varietatē doc. Sꝫ panor. in. c. at si clerici. de iudi. distinguit. Aut crimen nunquid ep̄s possit dispensare ꝯ canonē superioris aut ꝯtra canonem ꝓprium. Primo casu. aut est canon penitentiarius: ꝛ pōt. qꝛ penitentie hodie sūt arbitrarie. vt in. c. deus qui. de peū. ꝛ re. nisi casus appareat reseruatus. Si ꝯo est canon penalis et dispositiuus. Si expresse indulget dispensationem inferiori: vel expresse negat casus est planus.

Si vo expresse non indulget: nec expresse negat. Et tunc aut dicit dispensationem posse fieri: licet aliter expresse nō indulgeat. Et potest eps dispensare ar. c. nuper. de sent. exco. Et fuit originale dictū Inno. in c. dilectus. de tem. or. Si ne sit ɔstitutio pape: siue ɔcilij. Naz ex quo dicit posse fieri: respectu pape nō pōt intelligi. Et sic dispēsando: hoc casu facere nō dicit ɔtra ɔcilium: sed potius exequitur concilium: indulgens dispensatōnem. Secus si concilium non indulgeret dispensatōez: sed generaliter loqueretur. Et pro predicta ɔclusione facit. quia dispensatio nō est stricti iuris respectu dispensantis. immo est quid fauorabile. cum sepe dispensatio sit necessaria. vt in. c. vt ɔstitueretur. l. di. Et hoc etiā intelligo verū si ɔstitutio concilij esset canon late snie. Quñq ɔstitutio generaliter loquitur nec ɔmittendo nec vetando dispensatōez. Et tūc in delictis dispensare pōt. In adulterio z minoribus: nisi reperiat ɔhibitam. In maioribo vo non pōt nisi expresse repiatur indultum. In alijs vo a delictis nō dispensat: nisi repiat sibi indultuz. hoc ɔbat in dicto. c. at si. z in. d. c. dilectus. Et cōiter tenet. quia p dispensatōez vulnerantur iura superiōis. xxiij. q. iiij. displicet. Et aduerte ad vnū dictū notabile in hac materia. q nō debem9 arguere in hac facultate dispensandi ab identitate vel maioritate rōnis. vñ licet repiat dispensatio i vno casu. nō eñ debet extendi ad aliū simile vel habentē maiorē rōnis. q materia deuiat z exorbitat a iure ɔmuni. Et hoc tenet Fe. z Jo. an in regula q̄ a iure. de reg. iu. in. vj. Et hoc tene. Contra hoc tamē videt casus expressus in. c. p venerabilē. qui fi. sint le. in ver. qd in maiori ɔcedit. vbi videt tex. singularis z nō alibi. q in materia dispensandi licitū est arguere a maiori. Sed respōderi pōt q ibi papa loquitur allegando. Posset tñ satis eque dici q si casus ɔmissus habet ratōnem ɔmissionis expressam: q tūc extendat vbi reperit eadem ratio. q tūc nō fit extensio: sed potius includitur ex tacita mente ɔmittentis. ar. op. ex notatis per glo. in. c. j. de tem. or. in. vj. et in. c. q̄uis. de elec. li. vj. Predicta tamē limita vt epus non possit dispensare: nisi vbi reperitur ɔmissum: nisi subsit maxima z vrgens causa. Ita reperio tenere dominos de rota. et Bal. in. l. omes populi. ff. de iu. z iur. per tex. notabilez. in. l. si hominem. ff. mādati. qui dicit ex causa epm posse statuere contra iura. Et sic forti9 dispēsare. Sed hoc intelligo quando superuenit noua causa; vel antiqua non verisimiliter cogitata per papam. Et si hoc dictum est verum qd videtur satis ratōnabile. limitat notabiliter istam materiam z materiam statutorū. Secundo membro principali. An episcopus possit dispensare ɔtra propriam ɔstitutionem. Inno. in. d. c. dilectus. dicit q non: quem sequitur Arch. in. c. licet. de elect. li. vj. Contrarium tamen sentit idem Innocen. in. c. cum ad monasterium. de sta. mona. vbi tenet q conditor canonum licet contra suam cōstitutiōnem dispensare: etiam sine causa. Idem Jo. an. Do. an limitat: nisi constitutiō transierit in priuilegium vel contractum. Et sic potest intelligi opinio contraria: vl nisi constitutio esset iurata. quia tunc stante cōstitutione: non potest dispensare: cum seipsum a iuramento absoluere nō possit. Facit quod notat Jo. an. post Hosti. in. c. j. de sup. ne. pre. in. vj. vbi ponit vnum notabile d. cum: limitans predicta q vbi canones imponunt legem ipsis episcopis: nō dispensat: nisi hoc reperiatur concessum. Predicta ergo restringunt ad canones se dirigentes ad subditos.

Quid autem si alicui datur potestas dispensandi cum adultero. Item postea et separatim cuz incestuoso. An possit dispensare cum adultero z incestuoso? Respon. Bart. in. l. stipulationum. de ver. ob. determinat q fm iuris rigorem sub simplicibus non continentur mixta. sed ex benignitate sic. Cum ergo questio nostra loquatur in beneficijs: fiet largissima interpretatio. vt. l. fi. ff. de constit. prin. Itez sub simplicibus continentur mixta causa vitande contrarietatis. vt in dicta l. stipulationum. Item vbi lex hoc exprimeret. Sed extra hos casus dispositio facta de adultero z incestuoso separatim non porrigitur ad simul iuncta. vt. ff. de adul. l. vim passam. §. prescriptione. Idem tenet Bal. insti. de act. Et vide eundem Bal. in dicta. l. omnes populi. vbi dicit q furtum non venit appellatione simplicis. vt stante statuto. q femina contrahat cum consensu propinquorū: non intelligitur de hermofrodita. De hac materia vide. j. Illegitimus.

Episcopus non pōt restituere depositum: siue degradatum sed tm papa. di. l. c. j. et. ij. Nam nec preses prouincie pōt illum restituere quē damnauit. ff. de questi. l. j.

Episcopi et superiores nullam sententiam suspensionis vel interdicti incurrūt ipso iure: nisi de eis expresse dicatur. extra de sen. excom. quia periculosum. li. vj.

Utrum liceat epo ɔpter aliquam ɔsecutionem deserere gregem? Rñ. fm Tho. vbi subditorum salus exigit persone pastoris presentiam: nō debet pastor gregem suum deserere. nec propter aliquod scandalum temporale. nec ɔpter aliquod personale periculū iminens: cum bonus pastor animam suā teneat ponere ɔ ouibus suis. Si vo subditoruz saluti posset sufficienter in absentia pastoris ɔ alium prouideri: tunc licitum est pastori propter aliquod ecclesie cōmodum vel propter persone periculum corporaliter gregem suum deserere. Posset etiam deserere plebem ɔpter ipsius maliciam. vel c. nisi cū pridem. de renun.

Ucharistia. j. cōmuniter.

Que est forma sacri eucharistie. Rñ. fm doct. Forma ɔsecratōnis panis hec ē. Hoc est eñi corp9 meū. Coniunctio aūt. n. nō est de suba forme: tñ apponi dz fm vsum ecclie. qui vsus a beato petro initiū sumpsit. Forma aūt ɔsecratōis sanguinis hec est. Hic ē. n. calix sanguinis mei no. et eter. te. mi. fi. q̄ ɔ vob z ɔ mul. ef. in re. pec. Et fm Ry. in. iiij. di. viij. quibusdā vr q in his vbis cō-

sistat forma ꝯsecratõnis vini. hic est calix sanguis mei. q: in his verbis sufficienter exprimit transsubstantiano vini in sanguinẽ. Alijs aũt videt ꝙ cũ hec verba sequentia vsq; ibi in remissionez peccatorum inclusiue: nõ ꝯstituant nouam oratõnez: ꝫ sunt determinatio p̃dicati: ꝙ sunt de essentia forme ꝯsecratõnis vini. Que autez p̃cedunt ptinent ad sacramenti vsum: seu reuerentiã. Ea etiã q̃ sequunt ad reuerentiã sacramẽti ordinata sunt.

Quid si mutent iste forme. Rñ. non debẽt imitari. aliter non ꝯficeretur: etiaz si eundem sensum habere videant. Similiter non debet aliquid minui. quia si dicat. Hoc est meuz: remanet indeterminatum: quid meum sit. Et si dicat. Hoc est corpus: nõ significat ꝓprium corpus xp̃i.

Quid si aliquid addat qđ significatõez nõ mutet: nec errorem inducat. Dic ꝙ nihilominꝰ fit cõsecratio. vt si dicat. Hoc est corpus meũ dilectum vel sanctũ: tamẽ qui hoc faceret: valde increpandus esset.

Utrum virtute verboꝝ possit sacerdos quantamcũq; materiaz ꝯsecrare. Rñ. fm Tho. in .iiij. di. xj. quantitas magna vel parua nihil ad hoc facit: ꝫ tamen ipsa forma cum ꝓnomine demõstratiuo oñdit ꝙ materia ꝯsecranda dz esse corã sacerdote. vñ sacerdos existens in domo sua nõ posset ꝯsecrare panem qui est in altari: aut etiam in foro: neq; totũ vinum qđ est in celario. Sz quantacunq; sit quantitas panis vel vini: que ꝓponitur corã sacerdote: posset ab ipso ꝯsecrari. Ri. aũt hãc opi. nec approbat nec reprobat.

Quid si alique hostie ex obliuione remanent in altari: aut aliqua pars vini. ⁊ sacerdos ꝯficit. nunquid sunt ꝯsecrate. Rñ. fm Al. in libro de missa: ꝙ non. q: de eis non intendit: q: in hoc sacramento sine intentõne nihil agit: etiam si gutta vini adhereat pedi calicis.

Vcharistia.ij.

Quoad eiꝰ materiam. Que sit materia huius sacramenti. Rñ. fm Ri. in. iiij. di. xj. ꝙ materia ꝯpetens est panis triticeus ⁊ viniz vitis: q: xp̃c de tali pane ⁊ vino ꝯfecit ⁊ ꝯficiendũ instituit.

Utrum possit confici de pane facto de spelta vel farre vel sicali. Quibusdam: vt dicit Ri. videtur ꝙ possit confici de spelta: quia spelta non differt a tritico nisi in accidentibus. Alijs autem videtur ꝙ non: quia ex tritico nunq̃ generat spelta nisi qñq; p degeneratõnem ꝓpter naturam terre. Sed si spelta esset eiusdem speciei cum tritico: posset ex tritico nasci. Idem dicendum de sicali ⁊ farre ꝙ de eis nõ possit ꝯfici: licet ex tritico aliqñ nascatur sicalis p degeneratõez ꝓpter naturaz terre. tñ sunt diuersaꝝ specierum. Et fm Ri. accipitur hic triticum ꝓ frumento duntaxat.

Quid si grana alterius generis admixta sint tritico. Dic fm doct. si tanta est permixtio: ꝙ trahat ad aliam speciem vt qñ appositum est p̃dominãs vel etiam ad speciem mediã: vt qñ est equalis virtutis in vtroq; miscibilium: tũc non põt ꝯfici. quia mutata est species panis triticei. Secus si nõ tanta est additio: quin maneat species panis triticei: q: tũc confici potest.

Quid si panis fieret d aqua rosacea ⁊ huiusmodi. Rñ. fm Ri. vbi s. ꝙ nõ potest ꝯfici: ꝫ dz ꝯfici de aqua naturali. Idem Tho. in .iiij. Alij autẽ dicunt ꝙ põt ꝯfici: q: aqua in pane non remanet: sicut dicimus de aqua q̃ apponit vino: que in vinũ cõuertitur. Et hanc opi. tenet Asten. Sz primam opi. dicit Tho esse ꝓbabiliorem.

Quid cum hostia cõsecranda tamdiu stetit ꝙ incipit corrumpi. Rñ. fm Tho. ꝙ si sit tanta corruptio. ꝙ species panis non remaneat. tunc non põt ex ea cõfici. Si autem specie manẽte sit aliqua dispositio ad corruptiõez: põt ꝯfici. q̃uis grauiter peccet conficiens in tali scienter ꝓpter irreuerẽtiaz sacramenti. ⁊ ꝙ species remaneat põt cognosci ex hoc ꝙ continuitas nõ est soluta: nec alia accidentia oĩno ablata.

Querit Ge. q̄n dicant acq̄rere loca nova. Dic q̄ quo ad casum huiꝰ decretalis: dī de novo fieri: q̄n fit post ipsam decre. Et q̄t modis dicat novū. vide de elec. generali. li. vj. sup verbo de novo. Dicit tn̄ pau. q̄ si domus corruat: cuius tamē solum cōtinue remanet in dominio ipsoꝝ mendicantiū: licet de novo reedificare: nec incurrunt excōicationem. Secus si locus non diruptus desierit esse de ipsoꝝ dominio & habitatione. & postea novo iure acq̄rant illud. quia tūc incurrūt in penā. Et p hoc dici posset de cōventibꝰ antiq̄s in austria. boemia & hmōi. de quibꝰ fratres minores p longa tempora de facto expulsi fuerūt. Qui quidem cōventus nunc inhabitari possunt per fratres p̄dictos sine metu excōmunicationis. quia nunq̄ dicti cōventus desierunt esse de dominio ipsoꝝ fratrū saltem de iure.

Quero an iste tex. h̄eat locū in feminis. Rn̄dit Lap. abb. q̄ sic.

Quero an isti religiosi possint loca acq̄sita post istud capitulū mutare sine licētia pape vel alienare sine metu excōicationis. Rn̄. Lap. quē seq̄tur pe. de an. & Ge. in. d. c. cū ex eo. dicit q̄ loca capta ante cōciliū. de quo in. d. c. cū ex eo: nō pn̄t dimittere. aliter sunt excōicati per. d. cle. cupiētes. Sed capta post illud cōciliū bene pn̄t dimittere. ꝓ hoc facit lr̄a in. d. c. cū ex eo. & in. d. cle. in v̄. hactenus. id est vsq: nūc. q: fm papiā. hactenꝰ p h. aspiratū facit duas ptes. s. hac & tenus. i. vsq: nūc. Et vt recitat Ge. hoc de facto accidit bononie. q: fratres de observātia cep ꝛūt edificare locū sup:a montē sancte marie. sp̄ali licētia pape. Et ceperunt ex pte septētrionali secus viā. Et q: erat ventosus & frigidus: deliberauerūt mutare in eodē loco. ꝫ ex altera pte vie. vt sic mons eos tegeret a vēto australi. Et determinatū fuit q̄ nō hēbat locū dictꝰ tex. q̄ ad mutatōnē. nisi de locis ante istud capl̄m acq̄situs. Et sic nō erat necessaria nova licentia quo ad dimissionē. Licentiā antē q̄ ad habitandū. de novo iam habuerant. Et sic ex predictis infertur: q̄ dictus textus habet locum solum in duobus casi-

bus.scz si loca de nouo ad babitandū recipiātur: vel si babita ante dictū caplm mutent vel aliene(n)tur: etiā si dimittant antiqua loca: ꝓpter alia de nouo ad babitandū querēda. non aūt babet locum cū dimittunt loca acquisita post istud caplm.

Sed pone. Fratres sanen Aug. in ciuitate castelle babebant locū cōtiguū muro ciuitatis. Ciues vt facerent viam p quā possent ire circūcirca muros ciuitatis destruxerūt partē. Et dederunt fratribus aliquas domos ex alio latere. Inter q̄s erat quoddam flumen paruū diuidens cōtentū ab illis domibus. Et dederunt eis licentiā faciendi pontem supra flumen: per quem possent ire in illas domos. Querit an possint? banc.q. format Zapus. Et arguit q̄ nō. per dictū tex. cum ex eo. vbi probibētur acquirere nouas domos ad babitandū. Nam intermediū flumen facit discontinuitatem ad primū locum. Et sic mutationez induat. Contrariū tamē determinat: vt refert Ge. in dicto c. cū ex eo. quia talis acquisitio ꝛ post acq̄sitionem edificatio: est de actibus iam permissis. ff. de proba. ab ea pte. Isti ergo iuri antiquo oportet stare: nisi quatenus ei derogatum est per. d. c. cum ex eo. Sed istud caplm īmutat in duobus casibus tm̄. scz in acquisitiōe babitationis in loco de nouo. ꝛ in mutatione ꝛ translatione ꝛc. Sed casus noster in nullo istorū concluditur ergo ꝛc. Et pro ista parte facit: quia ille qui est probibitus acquirere nouū ius in re: non dicitur venire contra probibitionē: licz post probibitionem augmentet pristinū ius ante probibitionē quesitum: vt est casus in. c. fi. ij. Rū. de cōces. pre. li. vj. Sic est in proposito. Augmentant enī isti primū ius. Et sic debet iudicari istud additamentū nature prioris iuris. Et per p̄dicta videtur posse teneri q̄ augmētantes datia ꝛ gabellas: per boc non dicūtur noua pedagia ponere. pro boc optime facit de. vn(de) e sup. ne. pre. ꝛ. c. consuluit. de iudeis. et. c. p(ro)bibemus. de censi.

Quero an dicti mēdicantes possint capere loca de nouo? Rū. q̄ nō ad babitandū: que sint ꝓpinqua babitationibꝫ bominū: sine licentia sedis aplice: q̄ de ꝯstitutiōe Bonifa. exp̄ssam faciat mētionē. De locis aūt q̄ sunt in beremis vbi non est ꝓpinqua bitatio boīm: secus q: illa de licētia suorū platoꝝ capere ꝛ mutare possunt. d. c. cū ex eo. Et nota q̄ dictū. c. nō ꝓbibet transitū singulorū fratrū de loco ad locum: quia est pmissus ex causa. vt in. c. licz. de re. cū sy. Sed ꝓbibet nouū cōuentum capi: vel locū ad locum mutari. vt dicit Pe. de anco. Et p boc patet q̄ captio domūculaꝝ: vl' mutatio eaꝝ quas mēdicantes capiūt ad babitādum ꝓ trāsitu vel ꝓ infirmaria ꝛ buiusmodi: nō cadit sub dicta ꝓbibitiōe.

An autē legati de latere possint dare banc licētiā. Ge. dicit q̄ nō.

Quadragesimusq̄ntus ꝯtra religiosos qui in p̄dicationibꝫ vel alibi dicūt aliqua ad retrabēdū bomines a solutione decimarū: vt in de. cupiētes de pe. Et nota q̄ vt babeat locum bec pena duo requirūtur. Primo q̄ talia dicant vt retrabāt audientes a solutione decimarum debitarum ecclesijs: secus si dicerent alia intentione; vel si debite non essent ecclesijs: sed alijs quibuscunqꝫ. Secūdum est q̄ ꝓferant obligans ad decimas soluendas. secus si non obligatis. Item nota q̄ in banc penam incidunt si bec verba dicant in sermonibus suis. id est in p̄dicationibꝫ: vel alibi. id est priuatis locutionibꝫ: neqꝫ de. ista babet locum in clericis secularibꝫ: vel laicis q̄ ꝯtrafacerēt.

Quadragesimussextus de religiosis qui confitentibꝫ sibi nō faciant ꝯscientiā de decimis. Nota q̄ p̄dicatores vel cōfessores q̄ nō faciunt ꝯsciētiā de decimis sibi ꝯfitentibus: vel qui negligunt p̄dicare qū fuerint requisiti: non incurrunt excōmunicationē sed suspensionem ab officio p̄dicationis ꝛ cōfessionis. donec ꝯfitentibus ipsis: si boc ipsum eis dicendi comode facultatem babuerint cōscientiam fecerint. Sed si in predicta suspensione p̄sumpserint p̄dicare: ipso facto sententiā excōmunicationis incurrunt; vt in clemē. cupientes. de pe.

Quero q: dicit q̄ tenent facere ꝯscientiā quādo populo p̄dicabunt. An teneant qū decimis p̄dicant? Rū. glo. q̄ nō. Item nota fm zen. q̄ bic nō fit mētio de festo natiuitatis domini ꝓpter celebrationē triū missarū. ꝓpter quod nō est forte comoditas p̄dicandi. Item nō fit mētio de festo pascbe ꝓpter cōmunionē. Sed fit mentio de assumptiōne. ꝛ natiuitate beate Marie. ꝛ natiuitate Jo. baptiste. pentbec. et ascen. dñice. In prima dñica. quarta ꝛ vltima quadragesime. Et boc cū fuerint requisiti ab ecclesiarū rectoribus vel vicarijs: aut loci tenētibꝫ eorūdē.

Sed q̄d si requirunt in alijs tpibus? videt dicēdū q̄ nō teneant p̄dicare: q: bic solūz dicit tex. qū p̄dicant ī istis solēnitatibus.

Quadragesimusseptimꝰ. Officiales cōmunitatum facientes: dictantes; vel scribentes statuta super vsuris soluendis. non repetendis: vel non restituendis: vel iudicantes fm illa: vel non delētes illa si possunt infra tres menses de libris communitatū: vel illa seruātes excōmunicati sunt: vt in cle. ex graui. de vsur.

Quero: nūquid statuentes q̄ sui subditi non possint ꝓ vsuris recipere vltra duos solidos pro libra in anno. Et boc sub pena. x. librarum. Non tamē q̄ faciant vsuram; sed si fecerint nō recipiāt vltra dictā summā. nūquid incidant in sententiā excōmunicatiōis? Rū. Dir. li. iij. dicit q̄ sic. cum quodā modo audaciam ꝛ colorē dent: saltez indirecte ad vsuras exercendas: vt in dicta cle. ex graui. ibi. diuersis coloribus. Et quia denegando de maiori. indirecte videt cōcedere de minori tacite. xxv. dist. qualis. Quod verū est si boc fit in fraudem: vt per boc sic possint vsuras exercere. Secꝰ si nullo mō intēderēt ꝯcedere. licz illud pmitterēt vt maius malū euitetur. Et sic nō solū de maiori summa: sed etiaz de duobus solidis denegare videntur. xiiij. q. iij. c. j. et. xxxj. q. j. c. bac ratione. Et fm banc distinctionem concorda opiniones que videntur contrarie.

q

Quid dicendū de rege Aragonie ⁊ eius officialibus qui leuant magnum tributum a iudeis: vel saracenis propter vsuras quas pmittunt eis exercere ibidem: si repetitiones ab istis iudeis impediant per istos incidet ne ipse rex vel eius officialis in sententiā excōmunicationis? R̄n̄. Directoria vbi s̄. ꝙ sic: q₂ nedum christiani: sed etiam iudei sunt prohibiti vsuras exercere a lege veteri: que iudeis data ē. Idez ⁊ Land. ⁊ ab. in dicta de. ex grau. de hoc vide s̄. Excōicati oc. xxxv.

Quero quid de statuto: quod est bergami ꝙ repetentes vsuras in foro ecclesiastico ꝑ potestatem cogūtur mutuare vsurario tantā pecuniam tanto tempore quāto tempore tenuerāt pecuniā vsurarij? R̄n̄. glo. ꝙ hoc statutum non valet. Et Pau. dicit ꝙ hoc statuentes incidunt in excōmunicationem.

Quadragesimusoctauus religiosi etiā exempti violantes interdictū positum per sedem apostolicam vel ordinariū loci: vel generalem cessationē diuinorū factā ꝑ ꝓuinciale cōcilium: vel eum qui hoc possit: seruata per cathedralē: vel matricē ecclesiam loci: excōmunicati sunt ipso facto. vt in cle. ex frequētib₉. de sen. ex.

Quero an intelligat̄ de interdicto a iure. puta canon ponit interdictum ciuitati que insecuta fuerit episcopum. vt de pe. li. vj. c. felicis. §. ciuitas? R̄n̄. glo. ꝙ sic.

Quero quid si interdictū sit positum a singulari ꝑsona que hoc potest speciali consuetudine? Pau. dicit ꝙ non habet locum hec cle. cum talis non faciat auctoritate apostolica nec sit ordinari? Ex hoc videt̄ ꝙ si ex ꝯsuetudine haberet ordinariam qd̄ etiam potest esse: de fo. compe. cum contingat. locus esset huic cle. Et hoc videt̄ verius. nam tex. non loquit̄ de interdicto lato a diocesano: qa tunc solus episcopus intelligeret̄. de vi. ⁊ hone. c. vnico. li. vj. Sed dicit de interdicto lato ab ordinario. Et sic sufficit ꝙ habeat ordinariam. Idem dic de legato apostolico: ꝙ si habet mandatū pōt Al's secus sicut in delegato. Et sic iste tex. ꝓcedit in interdicto sedis apostolice: vel ordinarij seu delegatoꝝ specialiter ad hoc deputatorū vt interdicant. al's sec⁹. Qn̄ autē dat̄ specialit̄ ad interdicēdum: est potius minister ꝙ delegatus. de offi. dele. c. si. Et ipē ꝯmittēs dicit̄ facere.

Quero que dicatur matrix ecclesia? R̄n̄. glo. in verbo matricem. id est maiorem: vel baptismalem que dicitur matrix: quia sicut mater generat: sic ⁊ ista regenerat per baptismum. Et quia interdicūtur quoq₂ loca non habentia intra se ecclesiam cathedralem habent tamen matricem. Ideo hoc expressit. et dico hoc locum habere etiam cum illa matrix ecclesia religiosis nō obseruantibus subest ꝗtum ad ꝑntationē collationis: vel quia sit ipsoꝝ vicaria: cū hic generaliter loquat̄.

Quid si in loco non sit cathedralis aliqua: vel matrix ecclesia: quia forte ē in alio loco: vel ibi sunt plures equaliter suis parochianis baptismata et alia sacramēta ministrantes? distinguendum est ꝙ si omnes ille seruant locus est huic pene. Si vo alique seruant: alique non. tunc nō est locus huic pene. Sicut esset si in tali loco nō esset nisi vna ecclesia religiosoꝝ. Dicitur autem hic ecclesia cathedralis vel matrix ecclesia muro vel ambitu comprehensa. Et ꝙ ex quo in ecclesia celebrat̄ cōmuniter ianuis apertis ⁊c. siue per prelatū: siue ꝑ capitulū totum: vel partem: siue per aliquos clericos ecclesie. non est locus huic pene: licz pene irregularitatis ⁊ alie de quib₉ infra possent habere locuz ſm̄ Jo. an. Et addit Pau. puto tamen ꝙ si in matrice ecclesia celebrat̄ ab aliquib₉ extraneis: inuitis plano et capitulis: ꝙ non est locus huic pene. Et addit Pau. ꝙ interdicta metropolitana ecclesia nō intelligit̄ interdicta matrix ecclīa ꝓuincie.

Si interdicta ꝓuincia vel vna diocesi in aliquibus ciuitatibus: vel castris. matrix ecclesia seruat interdictum. In aliquibus non dicendum ꝙ in locis: in quibus seruatur locus est huic pene. In alijs non.

Quero qualiter religiosi intelligant̄ scire matricem ecclesiam seruare interdictū. R̄n̄. glo. qn̄ viderint: vel alio corporis sensu perceperint. puta audierint. Al's ꝓbabiliter ignorantes talem obseruantiā non ligantur hac pena. Et nota glosaz in ṽ. obseruare. que dicit nota. quia in non obseruando nō dicit ꝙ se cōforment. addere enī intendit hec cōstitutio. nō diminuere ad obseruantiaz interdictoꝝ. Et ar. a contrario sensu cessat. vbi illius argumenti contrariū reperitur in iure. Item contrarioꝝ non est eadem disciplina: vbi verba ⁊ mens resistunt. Excessus ergo clericorū matricis ecclesie non dabit religiosis materiā delinquēdi. Intelligo autez illos seruare. quādo abstinent animo obseruandi. hec glo. Sed per papā Pium secūdū facta est circa predicta magna restrictio vt patet in extrauaganti que incipit. Sciens inimicus. vbi sic distinguit ꝙ aut interdictum ecclesiasticum emanat a sede apostolica et eius cōmissarijs. Aut ab inferioribus sedibus ⁊ eoꝝ cōmissarijs. Si primū tunc postꝗ̄ vobis qui loca interdicta inhabitatis insinuatio facta ē: ad illius interdicti obseruantiā nulla excusatione aut exceptiōe admissa; etiam si ceteri religiosi; aut seculares ex quacunq₂ causa deficerent: mox astringimini. Si vo interdictū ab inferioribus sedibus emanaret: lz ab illis exempti sitis ad obedientiā tamē interdicti eius obligamini: qn̄ matricē ecclesiaz illud obseruare videritis: cui tunc vos conformari debetis: hec ibi. Et hec extrauagans dirigit̄ fratribus minorib₉. Et qd̄ hic dicit̄ de cōmissarijs inferioꝝ sediū: pōt intelligi qn̄ specialit̄ ad hoc sīt deputati vt interdicant: vt hec dicta nō cōtrarient̄ superi⁹ positis. Et nota ex glo. in ṽ. subiacere. ꝙ si sententia interdicti vere ligat: ⁊ matrix ecclesia illam nō obseruat: religiosi non seruantes: non ligant̄ hac pena: sed alijs que habent̄. de ex. pre. c. vltimo. et de priuil. c. episcopoꝝ. li. vj. de sen. ex. is qui. eo. li. vbi habet̄ ꝙ clerici seculares et etiaz religiosi sunt suspensi. Itē est eis interdictus ingressus ecclesie.

Item sunt irregulares ꝛ ineligibiles actiue ꝛ passiue. Si autem sententia interdicti vere non ligat impediente appellatione: vel alia nullitate: cum matrix ecclesia illam seruat: religiosi ligantur hac pena sed non alijs. Quãdo vero tenet ꝛ seruatur per matricem ecclesiã tunc ligantur vtrique. Quãdo vero non tenet nec seruatur per matricem: tunc neutris ligantur. Sed hec dicta per distinctionẽ Pij facta sunt limitanda.

Quid si episcopus mandat seruari interdictũ et capitulũ mandat contrariũ: Rñ. zen. ꝙ potius obediendum est episcopo.

Quadragesimusnonus casus est de quadam excõicatione que habetur in cle. vnica. de seq. pos. Et quia ista excõicatio nihil vtilitatis ꝯfert ꝯfessoribus Ideo eã sub silẽtio ptranseo.

Quinquagesimus. cõtra accedẽtes ad sepulcrũ dñi etiã ex cã deuotiõis sine licẽtia pape: ꝛ absolutio pape vel suo penitẽtiario reseruatur.

Quinquagesimusprim⁹. Quicunque libellos famosos ĩ vulgari vel litterali sermone: necnõ cantilenas ꝛ riemos edere: aut publicare ꝓsumunt ĩ infamiã ꝛ detractionẽ status ordinis ꝓdicatorũ ꝛ minorũ sunt excõicati. A qua nõ possunt absolui nisi ꝑsonaliter sedi aplice se ꝑsentent. Alexander. in priuilegio. Ex alto.

Quinquagesimussecũdus. ꝯtra symoniacos de quib. s. Symonia. vj.

Sententijs per statuta ordinariorũ quorũcũque nõ ligantur ignorantes: nisi ignorãtia fuerit crassa aut supina. de cõsti. vt animarũ. li. vj. Et glo. ibi in v. statuta. dicit de generalibus ergo statutis canonum vel legum nõ loquitur que ab omnibus sciri ꝛ custodiri debent.

Sed an ꝛ quã ignorãtia excuset: Vide singularia. s. c. Ignorãtia. ꝛ. c. Lex.

Pro declaratiõe ꝑcedentis. §. ꝑmo quero nũquid statutũ certi loci apponens certam penam: afficiat nõ subditos delinquẽtes in loco data sciẽtia statuti. Rñ. glo. in. c. a nobis. el ꝑmo. de sentẽ. excõ. dicit ꝙ nõ subditi ligantur: ex quo delinquũt in loco statuẽtis. Idẽ cõmuniter tenent legiste in l. cũctos populos. de sum. tri. ꝛ fi. catho. Sed panor. ibi post Inno. cõcludit. ꝙ aut querim⁹ de statuto. aut de sententia. ꝑmo casu aut statutũ est aptum cõprehendere subditos ꝛ nõ subditos. vt in exemplo dicto. c. a nobis. vbi sic dicitur quisquis furtum fecerit excõmunicatus sit. Et tunc ꝛ nõ subditi delinquẽtes in territorio ligantur. Nam lex semp loquitur. l. Arriani. C. de here. Ideo incontinenti: cum nõ subditus delinquit efficitur de iurisditiõe statuent: ꝛ ligatur suo statuto. Aut statutum nõ potest cõprehendere nisi nõ subditos: vt quia dicit statutũ archiepi. Quicũque archiepõꝝ fecerit ante se crucem deferri in diocesi vel ꝓuincia mea sit excõicatus. Et tunc ſm Inno. non valet statutum quia archiepus non habet aliquẽ archiepm. in subditũ. Et sic hoc statutum non potest cõprehendere nisi non subditos. Host. hoc impugnat quia ſm opi. Inno. sequeretur ꝙ nõ posset fieri statutũ ꝯtra ꝑegrinos in loco delinquẽtes. Panor. dicit ꝙ iste articulus est satis dubi⁹ ꝛ adheret opi. Hosti. Nã cũ statutũ habeat tractũ ad futurũ: ꝛ sic lex territorij referatur ad tempus habile: videtur statutũ valere: cũ dicat iurisditionẽ in territorio suo. Aut fertur sentẽtia generalis: ꝛ põt habere locum qõ supradictũ ẽ vt tñ extendatur ad subditos sentẽtiantis respectu delicti cõmittẽdi. Pone exemplũ. Epus per sentẽtiã suã generalẽ excõicat oẽs ludẽtes ad azarrũ. An forẽsis sciens hãc sentẽtiã ꝛ ꝯtrafaciens incidat in penam. Et dic ꝙ nõ. Et magna est differentia ſm Panor. inter statutum ꝛ sentẽtiã: q2 sentẽtia assumit vires incõtinenti in eũ cõtra quẽ fertur. vñ habet tñ ꝯprehendere subditos. Secus in statuto cũ habeat actũ successiuũ ꝛ vinculũ sumat tempore delicti. Et addit panor. ꝙ de sentẽtia generali debet intelligi dictũ capitm a nobis. vt puta ꝙ nõ subditi delinquẽtes in loco sentẽtiantis: nõ afficiuntur illa pena. Et nõ de statuto. ꝓ quo tex. ibi pronũciauerit. Nec obstat. c. romana. §. caueãt. de sen. ex. li. vj. vbi habetur ꝙ sentẽtia excõicationis non põt ferri ꝓ futuris culpis nisi subsit aliqua cã de pñti. puta mora. culpa. vel offensa ꝑcesserit ꝛc. vnde Rñ. panor. ꝙ licet non debeat talis sentẽtia sic ferri lata tamen tenet. Et sic si iudex excõicat per modũ sentẽtie iniusta est: nisi cã ꝓpter quam ꝓmulgatur in sentẽtia exprimatur. Potest ergo sic dicere. Cũ in diocesi mea omnes qui sunt fures vel huiusmodi: incorrigibiles sint: nec ꝑdicatio prosit. Et ideo necesse habem⁹ aliud remediũ adhibere. Et ideo quisquis decetero furtum fecerit vel hmõi: excõicationẽ incurrat.

Secũdo quero dato ꝙ nõ subditi delinquẽtes ligẽtur statuto: data sciẽtia statuti. quid de ignorãtibus statutum: Glo. in dicto. c. a nobis. dicit ꝙ si statutũ punit factũ alias damnatũ. ligat etiã ignorãtes. Idem videtur tenere Bar. in dicta. l. cũctos Idem do. An. Cõtrariũ tenet Io. an. in dicto. c. a nobis. ꝛ in dicto. c. vt aiaꝝ. Et videtur ibi tex. pro eo. Nã statutũ ibi excõicabat cõmittẽtes furtum Et tñ nõ ligat ignorãtes quamquam factũ sit alias dãnatũ. Sed panor. in dicto. c. a nobis. dicit ꝙ opinio glo. videtur verior de rigore iuris. licet opinio Io. an. sit equior. Nõ enim licite põt quis allegare ignorãtiam. Cũ scire debebat factũ eẽ damnatũ. Vbi aũt statutũ puniret factũ alias nõ dãnatũ: tũc ꝓbabiliter ignorãtes nõ ligantur. Et ex cõiecturis ꝓbabitur sciã vel ignorãtia. Et in dubio recurretur ad iuramẽtũ isti⁹ delinquẽtis. ar. in. c. si vo. el. ij. de sen. ex.

Tercio quero nũquid subditus statuẽtis delinquẽs extra territoriũ afficiatur pena statuti. Rñ. ꝙ nõ ligetur videtur tex. in dicto. c. vt aiaꝝ. in fi. ubi ex territorij iurisdicẽti nõ paretur impune. Sed Bar. in dicta. l. cũctos. distinguit ꝙ aut statuẽs exꝑsse intẽdebat ligare subditos delinquẽtes etiã extra territoriũ. Et tũc ligantur subditi. Exemplũ. dicit statutũ. Quicũque cõmiserit furtũ: vbicũque sit excõmunicat⁹. aut statutũ ẽ generale. et tũc restringitur ad territoriũ statuẽtis. Sed panor. in. d. c. a nobis. dicit ꝙ multi moderniores legiste in. l. fi. ff. de iuris. om. iu. tenẽt oppositũ. Et hoc credit panor. veri⁹ vt nũquam delinquẽtes extra territoriũ afficiantur statuto.

q: dictũ capitulũ vt aiaӡ. nõ dicit illũ nõ ligari ex defectu volũtatis statuẽtis: sed ponus ex defectu potestatis. vt patet ibi. q: extra territoriũ iusdicẽti ꝛc. Ex hoc quidaӡ dicit. ꝙ si statuto epi caueret ꝙ quicũqз ludẽs ad azarrũ sit excõicatus: ludens in loco exempto intra territoriũ dicti statuẽtis. nõ incurrit excõicationẽ, put tenet Jo. an. in nouella in dicto. c. vt aiarũ. quia fm eum loc⁹ extra diocesim ꝛ loc⁹ exemptus eqꝑanť.

Sed quid si statutũ loquereť p verba specialia. vtputa dicendo: vt nullus cõmittat furtum in aliquo monasterio exempto: vel nõ exempto vl' ꝙ nullus subdit⁹ vadat ad monasteria exempta vel non exempta. Rñ. do. phi. de parusio in dicto. c. vt animarũ. ꝙ ex aliqua causa iusta vel honesta: potest episcopus statuere ꝙ subditi sui nõ vadãt ad tale monasteriũ. etiam exemptũ: vt si sciret illos: vel illas de tali monasterio ad malũ prouocare: vel quid simile.

Et per predicta potest decidi alia questio quotidiana a quo debeat peti licẽtia eundi ad monasteria exempta. An ab episcopo ꝓhibente talem excessum sub pena excõmunicationis: vel ab illis qui habent curam taliũ monasterioꝝ exemptorũ vt ministri minorũ vel ꝓuinciales predicatorũ et huiusmodi. Et dici potest ꝙ in casu quo episcop⁹ facere potest tale statutũ etiam de monasterijs exemptis: petenda est licẽtia a dicto episcopo. Sec⁹ si statutũ epi loquereť generaliter: nõ spẽcificãdo dicta monasteria exempta: q: tũc debet peti licentia ab illis q̃ curã habẽt dictoꝝ monasterioꝝ.

Quero. Episcopus excõmunicat omnes qui furtũ fecerint nõ per viã statuti. de quo dictũ est. supra sufficiẽter: sed per viam sentẽtie. nũquid sb diti eius talia ꝯmittẽtes extra suam diocesim sint excõicati. Hoc. in. c. fi. de fo. cõpe. ꝛ in dicto. c. a nobis. concludũt ꝙ iudex potest excõicare suũ subditũ contumacẽ extra territoriũ. An aũt hoc casu sufficiat sentẽtia generalis. An vo requirať sentẽtia specialis. hoc ẽ ꝙ specifice agatur ꝯtra eũ. Dicunt quidam ꝙ non sufficit sentẽtia generalis: q: sentẽtia generalis fm eos equipať statuto in duobus. Nam sicut statutũ non ligat ignorãtes: nec existẽtes extra territoriũ statuentis. Ita nec sentẽtia generalis vt notat Ge. post lap. ĩ dicto c. vt animarũ. Limitat tamẽ ge. hoc vltimũ verum in sententia generali contra delinquẽtes ĩ futurũ extra diocesim: sed bene ligat eos qui iam deliquerunt ante sententiã: licз extra territoriũ existentes tempore sentẽtie. Sicut ligaret sentẽtia specialis: cum sit eadem ratio vtrobiqз fm lap. hec Ge. Et hoc dictum Ge. aliqui credunt verũ: si subditus haberet noticiã illius sentẽtie. Item ꝙ delictũ fuisset cõmissum ĩ diocesi iudicis domicilij. Nec obstat qδ colligitur ex. c. apostolice. iuncta glo. de cle. ex. ꝙ ignorans potest excõmunicari: quia ille tex. loquitur in sentẽtijs lata specifice ꝯtra aliquẽ: q: tũc etiam data ignorantia ligat. imo plus lata contra non monitum: vel non citatum inducit vinculũ sicut dicunt quidã de Pan. qui excõicauit contumacem absentem. ad hoc glo. in. c. romana. de sen.

excõ. li. vj. Conclude ergo ꝙ si episcopus mãdat generaliter restitui res furtiuas sub pena excõicationis late sentẽtie ꝙ qui cõmisit furtũ extra diocesim: non incidit in penam. Secus si specialiter ageret contra subditũ: etiã ꝓ delicto cõmisso alibi q: ꝯtrafaciẽdo incurrit penã excõicatiõis.

Quid si forensis delinquens in alieno territorio: ꝛ inde recedens: an possit excõmunicari. Dic ꝙ non. nisi fuerit citatione pꝟentus anteqз recederet a iurisditiõe illius territorij. in quo deliquit vel nisi ad requisitionem predicti iudicis iudex sb quo degit ipsum citaret prout de iure tenetur: vt notatur per doct. in. c. fi. de fo. cõpe. vt iret ad respondendũ ꝛ parendũ. qδ si non faceret: posset excõmunicari. licз existeret extra territoriuз. Et hoc verum in illo: qui nõ habet domicilium sub iudice sub quo deliquit. Secus si habet domiciliũ: q2 tunc potest citari et excõmunicari: etiã existendo extra territoriũ fm Panor. ibidem: qui etiaз dicit ꝙ cum subditus ratiõe domicilij est absens: concludit fm cõmunẽ opinionẽ ꝙ põt citari p iudicẽ domicilij quo ad omnes effectus: ꝛ citatio decernitur facta in proprio territorio ipsius iudicis. licз nũcius exequať extra propium territorium: quia illa excusatio nũcij non est iudicialis. Ideo potest exerceri extra ꝓprium territoriũ: licз Pan. de elez in cle. pastoralis. de re iudi. teneat contrariũ. Sз doc. moderni tenent primũ. Sed si post delictum cõmissum recederet: ꝛ alibi caperet domiciliũ: esset secur⁹ dũmõ nõ esset citatiõe pꝟent⁹.

Quid si is qui sententiã generalem ꝓmulgauit moritur: vel amouetur ab officio. nũquid qui postea contrafacit est excõmunicatus. Rñ. Panor. in dicto. c. a nobis. distinguit. An hoc sit per viam statuti. An per viam sentẽtie. Si per viam statuti: cũ statutum sit quedam lex: perpetuo durat: nisi expsse reuoceť. vt in. c. fi. de offi. le. In sentẽtia vo dic concludendo notata in. l. fi. ff. de pe. et in. l. ӡ. C. de postulando. et in. c. vnico de ma. et obe. li. vj. ꝙ aut sentẽtia inijcit vinculuз tempore ꝓferentis: aut non. Primo casu: aut vinculuз est momentaneũ et tunc durat etiam vltra tempus ꝓferentis. Exemplũ in excõmunicatiõe vel publicatione bonorũ. vnde excõicatus p episcopum remanet etiã excõicat⁹ post mortẽ episcopi ad hoc c. pastoralis. de offi. or. Aut habet causam successiuam: ꝛ tũc. aut cũ cause cognitiõe sentẽtia fuit lata ꝛ durat effect⁹ sentẽtie vt in dicta. l. ӡ. Aut sine cause cognitiõe: ꝛ tũc nõ durat vltra tpũs ꝓferẽtis. Et sic loquiť dicta. l. fi. Et predictis adde glo. in. c. pe. de cle. nõ resi. q̃ notabiliť sentit sentẽtiam non expirare ꝛ pdicta ꝓcedunt quo ad effectũ ex sentẽtia ꝓductũ: sed respectu effectus ꝓducendi in futurũ sentẽtia tolliť p remotionẽ sentẽtiantis ꝙ pendebat ex iurisditiõe sua. Et hoc casu procedit glo. in dicto. c. a nobis. que vult ꝙ interdictũ siue sentẽtia excõicatiõis a simpliciter lata nõ durat vltra tpũs ꝓferentis: nisi successor cõfirmet. Secus si diffiniendo statutum fiat vel decretũ. Itẽ dici potest ꝙ sentẽtia excõicationis nõ ligat vltra tempus pfixum in sentẽtia. Et p pdicta pз rñsio

ad.q.quotidianã. Ecce ep̃us facit monitoriam q̃ quicũq3 hab3 instrumẽta vel scripturas tãq3 infra xv. dies debeat manifestasse: alioq̃n ℞c. Petrus q̃ habebat huiusmodi scripturas infra dictũ terminũ erat absens ℞ sic ignorabat. Postmodũ elapso termino ep̃us fulminat excõicationẽ. Deniũ petrus venit ad locum ℞ certiorat de dicta sententia ℞ nõ reuelat. An sit excõicatus. Dicendũ est p̃ predicta q̃ non. q2 talis sentẽtia vltra terminũ vl' tẽpus statuẽtis nullũ h3 vigorẽ.

Sola ꝯsuetudo absq3 sentẽtia vl' ꝯstitutiõe nõ reddit aliquẽ excõicatũ.

Quib3 ex causis sentẽtia excõicatiõis sit ferenda. R̃n. tres cause p̃nt esse. Prima est cõtumacia vt q̃n q̃s fuit vocatus siue monit⁹ p̃ iudicez trib3 edictis vel vno p̃ omib3: ℞ ip̃e sit ꝯtumax. Secũda q̃n q̃s ex aliquo certo damno vel offensa: p̃ q̃ non vult satisfacere: excõicat. Et p̃bantur p̃dicta duo extra de sit. nõ cõte. q̃n frequẽter. xj. q. iij. certũ de v. sig. ex p̃te. Sup istis casib3 dicit Tho. nullus debet excõicari: nisi p̃ peccato mortali. Et q̃a in damnificãdo aliquẽ corpaliter siue in reb3 temporalib3 aliq̃s mortalit peccat. ideo p̃ dãno temporali ecclesia excõicare põt. Sed q2 excõicatio est grauissima pena: nõ debet infligi etiã p̃ peccato mortali: nisi ꝯtumax quis fuerit. tunc enĩ post q̃ monitus fuerit excõicari potest. Tertia causa siue modus excõmunicatiõis est q̃n p̃sona ignorat: 3 excõicat in generali. vt quicũq3 furtum fecerit ℞c. Pro peccato v̄o alterius nemo debet excõmunicari. xxiiij. q. iij. si habes.

Quõ debet ferri sentẽtia excõicationis. R̃n. debet p̃mitti triplex monitio: vel vna p̃ tribus. Aliter est iniusta ℞ iudex est suspensus per mẽsem ab ingressu ecclesie. extra eo. sacra. Sed debet habere temporis cõuenietia interualla: nisi facti necessitas aliud suaserit ℞ debet ferri in scriptis ꝯtinentibus causam excõicationis. Aliter excõicans est suspẽsus nõ solũ ab ingressu ecclesie: sed etiã a diuinis per mẽsem. que si exequatur irregularis efficitur. nec nisi p̃ papam poterit cum eo dispensari. extra eo. cum medicinalis. li. vj. Sed hec pene nõ tangunt ep̃os cũ nõ fiat specialis mẽtio de eis sic oportz. vi in. e. q2 piculosum. d̃ sen. ex. li. vj.

An autẽ in huiusmodi censuram incidãt prelati regulares si non seruant ea q̃ dicta sunt? R̃n. per notata a doc. in dicto. c. cum medicinalis. maxime per Ge. q̃ quicũq3 sit ille qui habet potestatem excõmunicandi est astrictum. vt p̃bat tex. ibi quisquis. Et sic loquẽdo vniuersaliter nihil excludit. Lapus aũt tenet q̃ huiusmodi regulares nõ incurrant in hanc penã. Dicit enĩ q̃ durũ esset q̃ isti prelati regulares qui quotidie habent monere monachos: ℞ singulis horis diei corrigere: vt semper habeant calamũ et cartã p̃ manib⁹. Predicta intellige vt dictũ est s̃. Citatio. ẽm Panor. in. c. reprehẽsibilis. de appel. vbi regula religiosorũ seu ꝯsuetudo daret certũ modũ in excõicando. Sed si ip̃e prelatus vellet ex nouo mandato excõmunicare aliquẽ subditũ vltra expresse cõtenta i regula ℞ vltra ꝯsuetudines generales ordinis. tũc credẽrẽ in penam incidere p̃latũ: nisi seruaret formam dicte ꝯstitutiõis. Nã videt tũc temerarie agere. Et nõ solũ debet intelligi iste tex. de excõicatione effectuali: verũetiam si nõ haberet effectũ. Et ẽm glo. ibi. hec decretalis habet locu3 q̃n sentẽtia fert etiã ꝯtra p̃sonam incertã. Et sic est sentẽtia generalis. Dicit tñ directoria li. iij. q̃ si sentẽtia nõ potuit scribi: q2 piculum erat in mora. nõ habet locũ hec pena ẽm Jo. an. q2 hoc casu excõicator nõ fuit in culpa. Et nota. p̃ dictis s̃. de regularib3: q̃ fratres p̃dicatores habent priuilegiũ: vt possint obtinere absolutionẽ a suis cõfessorib3 sup̃ suspẽsiõe ℞ irregularitate q̃s ꝯtraxissent: ex eo q̃ p̃tulissent sentẽtias excõicatõnis. suspẽsiõis. ℞ interdicti siue scriptis ex incautela. Clemẽs. Exigentib3. Et cu3 hoc priuilegiũ sit cõcessum ordini p̃dicatoꝝ extẽdit ad minores p̃ bullã aureã.

Quid si metropolitanus. existẽs in diocesi suffraganei veniat ꝯtra sententiã ab eo latam. R̃n. Hosti. dicit q̃ sicut sentẽtia vel canon non ligat p̃ferentẽ: sic nec p̃ferẽtis superiorẽ. puta metropolitanũ. ꝯpaũ. extra de ma. ℞ obe. cũ inferior. S3 hug. dicit hoc casu metropolitanũ ligari. nõ sententia homis sed iuris. Idem directoria. li. iij. Idẽ Bar. bri. ℞ Archi. in. c. lic3. de elec. li. vj. ℞ Gof. dicit q̃ illa regula fallit q̃ habet q̃ inferior superiorẽ ligare nõ potest. Cũ maior deliquit in iurisditiõe minoris. vj. q. iij. placuit. Nec ligatur sentẽtia pri hominis sed canonis cum incidat in factum iam damnatũ. ℞ episcopus auctoritate ap̃lica generalem h̃eat auctoritatẽ canonẽ faciendi: a quo null⁹ excludit. vnde talis dicit sentẽtia pape. Et idẽ dicit Archi. q̃ ip̃e ep̃us qui statutũ fecit: si faciat cõtra factum damnatũ p̃ excõicationẽ q̃ excõicationẽ incurrit. Imo plus dicit q̃ ep̃us nõ põt dispẽsare ꝯ ꝯpriã cõstitutionẽ: nec etiã ꝯ cõsuetudinem generalẽ: ex quib3 aliis ius iam ẽ acquisitũ. S3 si vult ep̃us nõ ligari destruat ipsa statuta: alioq̃n ligabit. Sed Inno. in. c. cũ ad monasteriũ. de sta. mo. dicit q̃ cõditor canonum licet contra suam dispensare constitutionẽ: etiã sine causa. Quia sicut fuit motus ad condendũ ita ad tollendũ siue dispensandum. Et pro hoc est Jo. an. in regula. Generi. in mer. ℞ in regula. Cui licet. dicens: episcopũ posse tollere ℞ dispensare cõtra suam cõstitutionẽ. Et hoc dicit seruare vniuersum. Et minime sunt mutanda quicq̃d sentiat Archi. in dicto. c. lic3. D. an. limitat: nisi constitutio transiret in priuilegiũ vel cõtractũ. Et sic põt intelligi opi. ꝯtraria. vel nisi ꝯstitutio esset iurata: q2 tũc stante ꝯstitutione nõ posset dispẽsare. Cũ seip̃m a iuramẽto absoluere nõ possit. hanc etiam opi. vltimã tenet Panor. in. c. p̃mo de rap. Et hec opinio videt cõmunis ẽm Panor.

Quid autẽ si ep̃us cõmunicat in damnato crimine cum illo quez ꝓpter crimen excõmunicauit. Nunquid eandem sententiã incurrat: sicut ℞ vn⁹ alius. R̃n. ẽm Ray. q̃ sic. Et hoc auctoritate canonis. Et vt refert Altẽn. li. vij. huius opinionis est Hosti. et Inno. q̃ talis ligatur a canone occasione sententie sue. Et iste casus multũ differt ab

immediate p̄cedenti. Nā ibi: licȝ statutū episcopi habeat vim canonis: est tamē lex inferioris vel sui ipius. Et ideo ligare non potest directe superiorē vel seipsum. Secus vō in ista participatiōe ꝓpter quā talis non ligatur sua sententia: sed sentētia canonis vel pape.

Sed pone ꝙ ep̄us excōmunicet aliquē: cum participibꝰ suis seu fautoribus in crimīe damnato. Et postea pticipet cum tali in crimīe damnato nūquid incurrit eandē sentētiā? Rñ. Ray. dicit ꝙ sic. Sed Gof. dicit ꝙ nō: q2 pticipes ligant̄ sentētia homīs in hoc casu. xj. q. iij. excellentissimus. Nemo aūt ꝓpria sentētia ligatur. Host. vō dicit ꝙ ille qui pticipat cum sic excōicato: si sit alius ꝙ̄ ꝓferēs: duplici iure sentētiā eandē incurrit: ꝛ duplici vinculo ligatur. vno auctoritate canonis. Et sic verū dicit Ray. Alio auctoritate sententiā ferētis: ꝛ sic verū dicit Gof. Si autē sit ꝓferens tunc ligabit̄ tm̄ vno. s. canonis.

Sed quōis qui tulit sententiā participabit in crimine cum criminoso. Rñ. Astensis de mente Host. ꝙ hoc potest quādoqȝ accidere: vt si fratrē excōicauit ꝓ rapina sibi facta quē forte odit: sed hoc fecit coactus p superiorē. Et nihilominꝰ latēter fauet raptori: ꝛ cū eo pticipat ꝛ eum receptat. Vel pone ꝙ cognouit mulierē quā excōicauerat ꝓpter fornicationem.

Quid si iudex dicat. Excōico vnū de his duobus. Rñ. fm̄ vꝟ. Credo sine preiudicio. ꝙ ille est excōicatus: de quo iudex intellexit. Si tm̄ nō pōt sciri neuter vitandus est. Similit̄ nec excōicatus est si vaga fuerit eiꝰ intētio.

Quid si dicat excōmunico te si appellas. Jo. an. ꝛ Inno. tenēt ꝙ ē excōicatꝰ si appellat. Primo q2 excōicatio ꝛ appellatio videnī in eodeȝ momēto cōcurrere. ergo excōicatio tanqȝ gladiꝰ spūalis ꝛ penetrabilior: debet censeri in dubio precessisse. Secūdo q2 excōicatio nō fundat̄ sup appellatiōe sed sup ꝯtumacia ꝛ inobedietia in actu appellādi. Sed ante appellationē p̄cessit cōtumacia valida. ergo ꝛc. Sed Butriꝰ tenet ꝙ nullo mō iste sit excōmunicatꝰ q2 nō videtur purificata cōditio: vbi appellatio intercesserit. Cū ante non dicat̄ appellare sed appellare velle. ergo cum nō sit purificata cōditio anteqȝ appellet nō debet incidere in sentētiā excōmunicatiōis. Cū cōditio requirat implementū pfectum. Secūdo ista sentētia est lata post appellationē: ergo cōtinet intolerabilem errorem. Videt̄ eni excōmunicatꝰ si se defendat ꝙ fieri nō debet: cum defensio sit de iure naturali. Ad p̄mū ar. dico ꝙ excōmunicatio et appellatio nō cōcurrūt in eodem momēto: sed successiue. i. excōicatio post appellationē. Nō obstat ꝙ gladiꝰ spūalis ē penetrabilior. Dico ꝙ hoc fieri deberet si fieri posset salua rōne recti sermonis. Sed hoc fieri nō potest salua rōne recti sermonis ꝛ verbis iudicis: qui voluit ꝙ nō prius incidat in excōicationē ꝙ̄ appellatio fuerit interposita. ergo ip̄aȝ excōicationē nō debemꝰ p̄cessisse. Nō ob. q2 scdo dicit̄ ꝙ excōicatio fundat̄ sup ꝯtumacia nō super appellatiōe: q2 dico ꝙ añ appellationē nulla ꝯtumacia ē cōmissa eū nō dicat̄ appellare ſȝ appellare velle. Vel dato ꝙ aliqualis ꝯtumacia p̄cederet: illa tm̄ ꝯtumacia ē facto appellatiōis annexa p iudicē. vñ ante factū cōpletuȝ nō debet in penā incidere fm̄ Butriū. Sed ꝓpter cōfessores simplices dari pōt alia rñsio clarior: q̄ tm̄ in effectu cōcordat cū opinione Bu. q̄ est Host. videlicȝ ꝙ si appellatio ē iusta non tenet sentētia. Si vō ē friuola tenet sentētia. Et hoc dȝ p suꝑiorē iudicē determinari.

Quid si iudex dicat. Excōmunico te si talē elegeris vel huiusmodi. Rñ. Dir. li. iij. ꝙ in his sequēda est intentio excōmunicantis: que si fuit vt tm̄ post electionē sit excōicatus tūc tenet electio. Sed facta electione incidit statim in excōmunicationē. Si autē apparet ꝙ de intentione excōmunicātis sit ꝙ velit ꝙ sit excōmunicatus simul cum electionem faciet de facto: tunc electio nō tenebit: ꝛ excōmunicatio tenebit. Et idem videt̄ si de intentōne excōmunicantis dubitet̄: q2 ꝯtīto verba electionis ꝓfert erit excōmunicatus ꝛ electio non tenebit. Penetrabilior eī est gladius domini. s. sentētia excōicatiōis ꝙ̄ factū homīs. s. electio.

Cum iudex dicit excōmunico illum vel similia verba. intelligit̄ de excōmunicatiōe maiori. ex. eo. si quem. Et idem dicendū credit asteñ. quādo iudex aggrauando sententiā excōmunicat aliquē cum pticipantibus sibi. Et licȝ quidā dixerint hoc esse restringenduȝ ad illos solos qui pticipant in crimine. Tamen credit ꝙ extendendū est ad pticipantes in cibo locutione. ꝛ similibꝰ. ar. extra eo. quod in dubijs. Alꝰ non esset aggrauatio sententie: cum sine hac aggrauatione pticipantes in crimine. maiorem excōmunicationē incurrāt. extra eo. nup. Per hanc autē aggrauationē non credit personas exceptas. xj. q. iij. qm̄ multos. ligari. nisi hoc a ꝓferente sententiā exprimat̄. Sed illos solos q̄ ante huiusmodi aggrauationē. excōicatōeȝ minorē incurrebant ex huiusmodi pticipatione. ar. d. c. qd̄ in dubijs. ꝛ c. ꝯstitutionē. ꝛ c. statutumꝰ eo. ti. li. vj. Idē Bar. ꝛ Rod. Addit etiaȝ asteñ. de mēte Rod. ꝙ quecūqȝ cā excusat cōmunicātē cuȝ excōicato sine aggrauatōe sentētie. excusat̄ inquā ab excōicatione minori. excusat ꝛ a maiori cōmunicantē cū excōicatoꝰ ꝛ cum pticipantibꝰ sibi: nisi a ꝓferēte sentētia: aliud sit exp̄ssum.

Quid si iudex dicat. Excōmunico te cū oībus pticipantibꝰ tuis. An pticipātes in crimīe duntaxat: sint excōicati maiori excōicatiōe. Rñ. Panor. in dicto. c. qd̄ in dubijs. de mēte doct. dicit ꝙ aut q̄s ē excōicatꝰ cū pticipantibꝰ ꝛ fautoribꝰ suis. Et tūc siue pticipet in crimīe: siue extra crimē incidit in eandē excōicationē. vt in. d. c. qd̄ ī dubijs. Aut ē excōicatꝰ cū pticipantibꝰ tm̄ ꝛ nō cū fautoribꝰ. Et tūc aut q̄s cōicat in crimīe: ꝛ incidit ī maiorē. Aut cōmunicat in orōne ꝛ huiusmodi. ꝛ tūc est excōicatꝰ minori. Et hoc vltimū mēbrū putat verū panor. et ꝓ hoc ar. in. d. c. statutumꝰ. vbi cōicans ī osculo seu comedēdo dicit̄ pticeps: siue pticipare excōicato: vt includat̄ sub illa sentētia. Excōmunico te cū pticipibꝰ tuis.

Quid si p̄latus dicat. Habeo te ꝓ excōicato

et huiusmodi. nūquid vere erit excōicatus? Rñ. fm Gail. Si p talia verba agat in foro iudicij. nō reputabit excōmunicatus: nisi aliter cōstiterit de intentiōe excōicantis: vt q̄ semp solitus est ita dicere ꝛ huiusmodi. In foro autē penitētiali: eligenda est tutior via. scz vt putet se excōicatum ꝛ absolutionē petat. Idē Hosti.

Quid si dicat. Excōmunico te ꝛ absoluo? Rñ. fm v.v. si voluit iudex simul excō. care ꝛ absoluere nihil egit. Si autez voluit excōmunicare ꝛ postea absoluere vtrūq; valuit.

Quid de duobus quibus mandū est: vt aliquez excōicent. Et vterq; eoꝝ eodē momēto dic. Excōmunico te si ille nō excōicat te. Rñ. fm Vg. vterq; illoꝝ iudicū excōicat: q: intētio eoꝝ est: q iste excōmunicet. Et est sensus. excōico te ꝛc. q̄a nescio vtruz ille excōicet te. Et ideo excōico te: vt sic non euadas penā excōicatiōis.

Quid de excōicatiōibus que p furtis vel dānis occultis pferūtur sic. Excōicamus oēs illos q̄ tale furtū vel damnū fecerunt: ꝛ oēs qui de hoc aliquid sciuerunt: nec reuelauerint illud. nūquid ille qui sciuerit hoc quocūq; mō. reuelare teneat damna passo vel alij? Rñ. q non tenet reuelare dānū passo: q: hec sentētia intelligi debet de reuelatiōe fienda plato ecclesie nō damnū passo. Sed nec plato tenet iste qui solus scit: reuelare. imo tenet nō reuelare publice. Sicut notat Vgo. de testib' synodalib'. xxxv. q. vj. eps. in synodo. In hoc tamē casu credo q teneat reuelare plato occulte. vt corrigat occulte: nō publice. hec Rod. Sed si ille sciat q possit pbare. nō tñ tenet in reuelādo publice suis expensis pducere testes: ꝛ in iudicio trahere reum.

Quid de illis qui excōicati ordines recipiunt? Rñ. si scientes se esse excōicatos receperūt a susceptis ordinibus sunt imppetuū deponendi: si sunt clerici seculares. si vo nō recolentes factum: pro q̄ in excōicationē inciderunt vel factū quidē scientes sed iuris ignari. nesciebant se esse excōicatos: tunc cum talib' si sunt seculares: archiepi: vel epi dispēsare nō possunt absq; mādato sedis apostolice. Si vo sunt regulares: abbates ipoꝝ post iniūctā penitentiā ꝛ pactam: poterūt cum eis dispēsare: nisi graue fuerit ꝛ notabile factū: vel qui fecit adultus fuit ꝛ discret': vt violēter ↄtra obliuionem ꝛ ignorantiam psumatur. probant hec omnia. extra eo. cum illoꝝ in fi.

Quid fiet de fructib' ecclesie clerici excōmunicati. Rñ. fm Ber. debent assignari alicui qui celebret p eo donec ipse est excōmunicatus. extra de appel. puenit. Quod si iniuste fuit excōmunicat': recuperabit fructus sibi sublatos. ij. q. v. sup causas. Idem Ray. ꝛ Gof. Si vo iuste nō potest. C. de re mili. l. cum allegatis l. xij. Hosti. tamē limitat p̄dicta: vt refert Astē. li. vij q̄diu excōmunicatus in sententiā dormit. hoc est q̄diu est ī mora petende absolutionis: quia non debet pcipere beneficiū qui non facit seruitiū. extra de ap. pastoralis. in fi. Secus si nō esset in mora. extra de ↄces. pre. q: diuersitatem.

Quid si non habet vnde viuat clericus excōicatus. Rñ. alieñ. fm Jo. q puidendū est ei interim de bonis ecclesie: q: etiā depositis puidetur. l. dist. studeat. ne cogat ī obprobriū cleri mēdicare.

Utrū sententia excōicationis lata sub cōditiōe liget anteq̄ extet conditio. Rñ. fm Hosti. nō ligat. extra de ap. preterea. el. ij. et ext eo. a nobis. el. ij. vñ ꝛ si pendēte ↄditiōe appellet. tenet appellatio. Sed si pure fereret sententia nō reuelaret p appellationē. d. c. pastoralis. Trāsfertur tñ cause cognitio n eius supiorē. extra eo. p tuas.

Sed q̄d si pendēte ↄditione desinat esse eius subdit'. Rñ. tenet sentētia. nisi appellet. ex de fo. cōpe. c. pe. ex de offi. dele. gratū. ꝛ. c. relatū.

Pone q aliquis excōicet post appellationem. nō tamē psequit eā. nūquid rata manebit sententia. Rñ. q nō. Aut enī appellatio tenuit aut non. Si sic: excōmunicatio postea nulla fuit ipso iure. d. c. p tuas. Et ita siue psequat appellationez siue nō: nō efficit prima aliqua. Si non tenuit: ergo excōmunicatio prima facta statim tenuit. hec Asteñ. De hac materia vide s. Appellatio.

Quid si iudex dicat excōico te si habes res furtiuas. nūquid p appellationē suspendet. Rñ. fm Hosti. nō suspēdet si habet res illas. Si tñ occultū ē: ecclia nō iudicat de occultis.

Quid si dicat. Excōmunico te quia fecisti furtum. Et tamē falsum est. Rñ. fm v.v. Hostiē. et Inno. Tutius est dicere q excōmunicatō teneat vt. xj. q. iij c. j. ꝛ. c. si episcopus. q: non est error intolerabilis exp̄ssus. Et causa licz sit falsa. nō tamē est impossibilis. vñ ↄsulendum est q absoluat ad cautelā: quo ad forū iudiciale. Sed quo ad deum non est ligatus: nisi forte ex ↄtemptu. vide tamen ad predicta que notant docto. in c. inter ceteras. de re iudi. et Panor. ibi. Quod aut sententia continet causam falsam. Et tunc aut causa est notorie falsa ꝛ impossibilis. Et tunc non tenet sententia. etiā si sit excōmunicatiōis. Exemplū. si iudex condemnauit vel excōmunicauit eunuchum vel infantem: quia p̄gnantem reddidit monialez. Aut causa notorie est falsa. sed nō impossibilis. vtputa iudex excōmunicauit aliquez quia spoliauit ecclesiam cum incendio. ꝛ notorie causa est falsa. nō tñ impossibilis. quia hoc potuisset facere. Et Archi. in. c. venerabilibus. eo. ti. li. vj. dicit talem sententiam valere. et loquitur in excōmunicatione. Et forte potuit moueri. quia iura ī nullitate excōmunicationis loquūtur. q̄n in sententia fuit exp̄ssus error intolerabilis. Et hanc opinionez tenet glo. saltē in excōicatione. in. d. c. p tuas. Sed do. An. tenet q sententia excōicationis notorie falsa non valet q: iniusta sentētia sustinet. ꝑter p̄sumptionē iusticie que cadit sup dubio. c. causaz. d re iudi. Secus dicit: in causa manifeste falsa. Et hoc putat verissimū panor. Non ob. q iura in excōicatione faciunt mentionē de expressione erroris intolerabilis: q: dico q iura illa debent cā exēplificādi sup nullitate. Et ea que dicūtur cā exempli: nō stringunt regulam. nam expressio erroris inducit nullitatē: q: apparet notoria iniusticia. Idem

ergo vbi factū: est re ipa notorie iniustū: vt in casu nostro. Et nō refert quid ex equipolentibꝰ fiat. Idem tenet Panor. in. c. ab excōmunicato. de rescriptis. Et no. p̄dicta qꝛ faciūt ad multa.

Et nūquid si debitor impotens ad soluendū: impotentia notoria in ciuitate: qꝛ nihil penitus in bonis hꝫ: excōicatur ꝓpter debita. an teneat talis excōicatio? Dici pōt p p̄dicta ꝙ nō: nec q̄ ad deū: nec q̄ ad ecclesiā: vt alꝭ disputatū fuit per quēdā archidiaconū. Vide tamē qđ notat do. An. in. c. P. ꝛ G. de offi. dele. vbi querit. an sententia liget impotentē? Et distinguit. ꝙ aut constat de mēte iudicis ꝙ voluerit ligare in omnē casū. ꝛ tūc erit ille ligatus: licꝫ fuerit impotēs. Aut cōstat de mēte iudicis ꝙ noluerit ligare in casu impotētie: ꝛ nō erit ligatus. Aut dubitat̃ de mēte iudicis. et tunc excōicatio ligat saltem quo ad nos: licꝫ fuerit impotēs. Sed quo ad alios effectus. puta vt ille puniatur: tunc sentētia nō ligabit. Sed quo ad primū membrū huiꝰ distinctionis Panor. tenet oppositū dicens. ꝙ si cōstaret de mēte iudicis: sentētia ꝯtineret intolerabilē errorē. ꝛ sic esset nulla. vide etiā ad p̄dicta notabile. d. Fe. de se. in cōsi. suis: ꝙ si sentētia excōicationis fuit lata generaliter. puta ꝯtra non soluentes censum: vel quid simile. illa sentētia nō ligabit: nisi soluere nolentes: nō autēꝫ impotentes. Nō placet Panor. qꝛ verba generalia debēt intelligi ciuiliter. nō. ar. in. l. si cui. ff. d seru. ꝛ in. l. qđ diciꝰ. ꝛ in. l. ratū. ff. de solu.

Quid si episcopus vel iudex p̄cipiat alicui: vt det alteri suos libros: vel domū: vel huiusmodi. Et si nō dederit: sit excōmunicatus. nūquid dare tenet̃? R̄n. Directoria li. iij. ꝙ nō. Sed agat cum superiore: vt absoluat̃. extra eo. sacro. Et ille qui cōsulit ei ꝙ non det: nō incidit in canonem maioris excōicationis: qꝛ non cōmunicat in crimīe: si non obedit. In minorē tamē excōicatōēꝫ incidit: qꝛ eā seruare debet: etiā si sit iniusta. xj. q. iij. c. j.

Quid autē sit cōtemnere? Dic fm Ste. ꝙ cōtemnere: est mandatū non curare. xj. q. iij. excellētissimus. Quādo autēꝫ ꝓpter particularē causam inducit̃: nō dicit̃ ex ꝯtēptu peccare: nisi ex eadem causa frequēter iteret delictum fm Zab. in cle. j. d sepul. Et sic ꝯtemnere ꝓprie dicit̃: qñ non propter aliquā causam. sed solūmodo qꝛ nō vult p̄cipiēti parere. Secus si faceret ex ira. negligentia vel huiusmodi.

Quid si iudex p̄cipiat alicui debitori ꝙ soluat infra certum terminū. Alioquin sit excōmunicatus. Vtrū creditor possit terminū ꝓrogare. R̄n. Inno. ꝛ Hosti. dicunt ꝙ nō potest ꝓrogare q̄tū ad sententiā excōicationis: nisi iudex ꝯsentiat prorogationi: ꝛ tūc si adueniente secūdo termino nō soluerit erit excōmunicatꝰ: quia terminus videt̃ ꝓrogatus cum suis accessorijs. ar. ff. de p̄ca. l. sed si manente. Si tamē ps in p̄mo termino reputat sibi vel satisfactuꝫ: cessat tota excōmunicatio. vide doc. d hoc in. c. p̄terea. el. ij. de appel. Nā do. An. añ factum. dicit tenendā opinionē Inno. ꝛ Ho. Sed post factū videt̃ ꝯtrarium dicendū. Et dicit ꝙ sibi verior videt̃ alia opinio: qꝛ iudex videt̃ fulminare sententiā in fauorē ptis. ꝛ dato ptis assensu: excludit̃ ꝯtumacia. Hanc opinionē putat panor. verissimā. Adducit optimū simile. Nā iuramentū pti p̄stitum: p̄ncipaliter obligat deo. de iureiur. si debitores. Et tñ si ille in cuꝰ fauorē iurat̃: obligationē remittit: nō indiget iurās aliqua absolutione qꝛ deus videt̃ etiā remittere: cuꝫ ad vtilitatē alterius iuramentū acceperit. ad hoc d spō. c. ij. Secus si p̄ncipaliter iuret̃ ꝯtemplatione dei. Nam tunc etiaꝫ papa non remittit sine causa de iureiur. c. quāto. Ita in ꝓposito iudex excōmunicat in fauorē ptis. Si ps vult differre terminum: etiā iudex videt̃ differre velle cum nihil aliđ agat iudex: nisi vt ptes ad cōcordiā reducat. l. j. §. pōsit quis. ff. de no. ope. nū. Et ꝓ hac opinione videtur casus exp̄ssus in. c. j. de loca. De hoc vide s. Excōmunicatiōe. xiiij.

Quid ergo dicemus si adueniente secūdo termino iste debitor non soluat creditori qui terminū ꝓrogauit sine consensu iudicis: tamē cum hoc pacto ꝙ si nō soluat in termino ꝓrogato ꝙ sit excōmunicatꝰ. An terminꝰ videat̃ ꝓrogatus cum accessorijs. Et an iste debitor sit excōicatus? Dic ꝙ non. ex quo terminꝰ fuit ꝓrogatus absqꝫ ꝯsensu dicti iudicis. Et hoc determinat Bal. in. l. tale pactum. §. qui ꝓuocauit. ff. de pac. dicēs ꝙ excōmunicatio nō potest nasci ex contractu: sed soluꝫ nascit̃ ex sentētia. Sed tale pactum appositum ꝙ reincideret in eandē sententiā non est sententia. Et hoc dictū Bal. intellige quādo tale pactū esset appositū p debitorē cum ipo creditore extra sentētiam absolutiōis: quia tūc non reincideret sentētia excōmunicatiōis: nec esset excōicatus si nō solueret. Sed si tale pactum vel ꝯditio apponeretur in sententia absolutionis per ipsum iudicem. tūc certe dicendum est ꝙ reincideret in sententiaꝫ excōmunicatiōis. c. significauit. ꝛ. c. ad reprimendā de offi. or.

Excōmunicatus qui contemnit sententiā seruare. ꝛ ingerit se cōmunioni fidelium: etiam si sententia forsitan erat iniusta: fit iusta scilꝫ propter contemptum et potest iuste excommunicari. xj. q. iij. §. cum ergo. Et talis etiam tardius absoluetur. xj. q. iij. qui iubente. Vnde talibus consulendum est: ꝙ etsi sciant iniustaꝫ sententiā: ipsam diligenter obseruent.

In quibus casibus sententia excōmunicationis nulla est ipso iure? R̄nđ. in septem. Primus est si ille qui tulit eam nec habebat de hoc potestatem: vt quia non erat eius iudex. xj. q. iij. sententia. vel erat publice excōmunicatus ꝛ huiusmodi. xxiiij. q. j. audiuimus. Secūdus quando est lata post appellationē legitimam. Tercius quādo cōtinet intolerabilem errorem. Hij duo casus habent̃ extra eo. per tuas. In quibꝰ casibus ille qui eos ꝓponit etiā si non petat absolutionē: debet audiri vt dicto. c. p tuas. Sed ꝛ si ad cautelam petat absolutionem: non debet negari q̄uis aduersarius eius vel excōmunicator se opponat nisi diceret eum excōicatuꝫ pro manifesta offensa: qꝛ tunc

dabitur sic dicenti terminus octo dierum. Et si probauerit non absoluet: nisi prestet emendã: vel det cautionẽ de parendo iuri: si offensa dubia proponatur. Si tamen pendente probatione prima. scz illius an sic fuerat excõmunicatus: debz euitari in illis omnibus que vt actor in iudicijs attentauerit. Extra iudiciũ vero in officijs. postulatiõibus. electionibus et alijs legitimis actibus debet admitti. extra eo. solet. li. vj. quod si appellationẽ super hoc nõ fuerit prosecutus: vt debuit. j. tempus statutũ a iure vel iudice. Et ipse fuit excõicatus nominatim et expresse: lapso dicto tempore debet denunciari. Et tã in iudicialibus quam extraiudicialibus actibus remouendus est donec ipse in sententie docuerit nullitate. extra eo. licet. li. vj. Quart⁹ casus est. quando aliquis excõicatur maiori excõmunicatiõe illos qui excõmunicato participarẽt: non in crimine sed in locutiõe et in alijs casibus in quibus incurrit minor excõicatio. Et ratio est secundum doc. quia nemo debet excõmunicari nisi pro peccato mortali. et ideo isti participantes in locutione et huiusmodi. de se non peccant mortaliter nisi post monitionẽ. Et ideo talis sententia nõ valet nisi premissa trina monitiõe: vel vna pro tribus. nisi exprimant nominatim ipsi admonẽdi. extra eo. statuimus. et. c. constitutionẽ. li. vj. Quidã tamẽ ad predicta dant duas restrictiões. Primã ab. et Jo. an. prout recitat Panor. in. c. quod in dubijs. extra eo. restringũt dictos tex. quando quis excõmunicat participantes excõicato a se. Secus si excõicat participãtes excõicato ab alio. vt puta fecit ep̃us hanc sententiam. Excõmunico omnes participantes excõicato ab archiep̃o vel a papa. tũc enim hec sentẽtia licz fortasse sit iniusta: tenet absqz alia monitione cononica. Et hoc clare videtur probari in dicto. c. statuim⁹. ibi. excõicatus ab eo. Hoc enim casu non valet sentẽtia suspensiõis vel interdicti: nisi premissa monitiõe canonica vt in. c. statutum. eo. ti. li. vj. Secũdo aliqui limitant predicta: et dicunt quod dicta decretal. cõstitutionẽ. solũ habet locuz quando singulares: et nomiatim persone excõmunicantur: quia tunc requirit monitio specialis. Si aũt generaliter ferretur sentẽtia: tunc dicunt sufficere generalẽ. Et sic adhuc remanent antiqua iura. Sed glo. in dicto. c. constitutionẽ. dicit tutius est dicere quod hodie in genere excõicatio in participantes ferri non possit. Et sic sublatum est quod dicitur in dicto. c. quod in dubijs.

Qui autez dicantur nomiatim moniti. Vide. s. Excõicatione. xxxviij.

Que aũt dicatur canonica monitio? Rñ. glo. in dicto. c. cõstitutionẽ. quod tribus modis potest fieri. vt puta. iudex dicit. Monemus te pro prima. Qua finita: monet secũdo pro secũda. Qua finita: tercio monet pro tercia. Interdum vna monitiõne facit tres. Sic. Monem⁹ te quod vsqz ad talem diem. pro primo talem. pro secũdo talẽ. pro tercio talẽ. Interdũ vnaz tñ dat dilationẽ di. Monem⁹ te quod vsqz ad talem diem pro primo. secũdo. et tercio peremptorio a cõmunione tal' abstineas. Et hoc vltimo casu est interuallũ inter monitionẽ et sententiaz. Et secundum glo. ibi per vbo competẽtia. s. interualla. iudex arbitrabitur pro personarum et negocij qualitate. Et nisi facti necessitas aliter suaserit et cetera. vt quia partes sunt ad rixã vel arma parati: vel huiusmodi. Quint⁹ quãdo plani inter dicunt his subditis ne exponant suis superioribus aut apostolice sedis legatis: vel in questoribus statum suarum ecclesiarũ siue monasterioꝝ. et de hoc ferent sententiã excõmunicatiõis. extra de offi. or. quia plerūqz. li. vj. Sextus cũ quis supponit se protectiõi romane ecclesie nõ tamẽ appellat ex simplicitate. extra de ap. ad audiẽtiã. hec asteñ. Septimus cũ excõmunicatio fertur cõtra aliquẽ postquam iter arripuit ad papam. extra de ap. dilecti. el. ij. in tex. et in glo. Et hoc intelligitur secundum Ber. quando post litem motam iuit ad curiam. Secus si ante. hec Asteñ.

Utrum excõmunicatus obliget sibi aliquem contrahendo? Rñ. Hosti. dicit quod non. Sed verius videtur quod Inno. dicit. scz quod omnes contractus initi cum excõicato nõ solum ignorãter: sed etiam scienter et etiã durante excõicatione: tenent. Et ex eis quidẽ agitur contra excõicatũ. Ipse autez durante excõicatione agere nõ potest, poterit tamen post absolutionẽ etiã de cõtractu inito dum erat excõmunicat⁹. xj. q. iij. quoniam multos. et extra eo. si vere. Et cõclude secundum cõmuniter modernos prout recitat Panor. in dicto. c. si vere. quod valent contractus super temporalibus initi cuz excõicato pro hoc. d. c. si vere. quod loquitur indistincte. Item quia cõtractus est de iure gentiũ. Excõicatio vero de iure positiuo. Item cõmunio nõ prohibetur in odiũ contractus: quo casu procederet opinio Hosti. Sed in odium ipsius excõmunicati.

Utrum excõicatus possit intrare ecclesiam? Rñ secundum Ray. Excõmunicati excõicatione maiori: siue occulti siue manifesti nõ debẽt intrare ecclesiam quandiu sunt excõicati. Quod intellige secundum vero. ad orandũ: siue dũ agũtur ibi diuina officia. Sed ad audiendũ predicationẽ admittuntur: quia audita statim exeãt. extra eo. responso. vbi dicit Panor. quod extra casum predicatiõis nõ licet excõicato ingredi ecclesiã. licz Bar. bri. tenuerit oppositũ. Idẽ dic de interdicto et suspenso ab ingressu ecclie. ar. xxxiij. q. iij. vir cũ propria. Sec⁹ si suspẽsus eẽt ab officio tñ: vel interdict⁹ a sacramẽtis ecclie: quia tũc posset orare in eccl'ia et ibi audire diuina. Idẽ ten. et Ho. in sũma dicẽs: quod nullo mõ excõicat⁹ debz intrare ecclesiã: quia nec interdict⁹ quod est min⁹; hoc facere debet. De consuetudine tñ prauã intrãt ecclesiã excõicati dũmõ nõ celebretur ibi. Sz hoc nũqz fit sine peccato. Et quod dc ten⁹ est intelligitur de excõicato tã occulto quam manifesto. Idem asteñ.

Sed nũquid talis ad ostiũ ecclesie stare possit vt ibi missã vel aliud officiũ diuinũ audiat? Rñ. asteñ. quod nõ. quod ex mẽte vboꝝ decretalis patz extra de pe. et re. quod i te. ibi voce ita demissa celebrẽt: quod extern⁹ audiri nõ possint. Presbyter etiã qui sic sciẽter celebrat. mortaliter peccat. extra de cle. excõ. c. fi. et extra eo. nup. Addũt etiã Host. et Inno. in. d. c. nup. quod si clerici sciũt excõicatũ foris stare. et diuina audire: puniri debẽt si celebrẽt ac si intus audiret. vnde si excõicatus audit foris diuina: illi qui sunt in ecclesia recedere debẽt. Idẽ asteñ.

Utrū vniuersitas vel collegium possit excõmunicari? Rñ. Directoria li.ij. fm Ber. dicit ꝙ vniuersitas vel collegium excõmunicari nõ debz tamē si lata fuerit sententia tenet. Et hoc est tuci⁹ vt dicit Jo. an. Sed directoria dicit: ꝙ ferri nõ debet. et si lata fuerit: non tenet extra eo. romana. §. fi. ibi penitus prohibemus. lib. vj. Et quod papa ꝓhibet fieri non licet. xxviij. q. j. iam nunc. vnde non sine mysterio dicit. penitus quasi dicat i hac parte omniū potestatem subtrahimus. Et ratio est: quia vniuersitas nõ est materia capax ad recipiendum talem sententiaz. Cum vniuersitas vel collegium non faciat ꝑsonam verā: sed fictam. et sola ꝑsona vera que habz animā rationalem ligat excõicatiõe. extra eo. cū medicinalis li. vj.

Utrum excõmunicatus possit amplius excõmunicari? Rñ. potest: siue ꝓ eadez causa: siue pro diuersis. ij. q. iij. Engeltrudā.

Quis est effectus maioris excõmunicatõis? Rñ. fm Hosti. Primo quidē vt nullus cum eo participet nec loquēdo: nec orando. salutando. vl' cõmunicando. comedendo. vel bibendo. xj. q. iij. sicut. ⁊ in tribus capitulis sequētib⁹. Item ꝙ non possit eligere vel eligi. extra de ap. cõstitutus. Itez ꝙ nullum beneficiū ecclesiasticū acquirere possit. extra de cle. ex. postulasti. Item ꝙ dū excõmunicatus est de beneficijs suis nihil percipiat. extra de ap. pastoralis. vbi Panor. dicit. ꝙ excõmunicato nõ est ꝓuidendum in aliquo nisi fame periret. de hoc dictum est supra in hoc. c. Et Panor. ibi reddit rationē diuersitatis inter excõmunicatū ⁊ depositum: quia excõmunicatus potest sibi ꝓuidere. scz petendo absolutionē sed depositus non: qꝛ cum fuerit depositus propter crimen quātūcūqꝫ sit emēdatus: non recuperat pristinū statum. Merito sibi dispensatiue ꝓuidet ecclesia de temporalibus. Et sic limitanda est glo. nota. in. c. cum vintoniensis. de elec. que dicit. ꝓuidendū esse suspenso a beneficio: ne cogatur mendicare. Intelligo illam glo. quando suspensio est facta propter crimē Sed si propter contumaciam. non puto sibi i aliquo subueniendum cum possit sibi prouidere satisfaciendo. Nam sepe homines de cibo securi iusticiam negligunt. Idem dico de elemosyna ꝙ si fame periret: tunc esset subueniendum. Sec⁹ vbi non esset tanta necessitas. Item non potest constitui ꝓcurator. extra de proba. post cessionē. Nec etiam potest constituere: nisi ad se defendendum vt in. c. intelleximus. de iudi. Quinimo si qua cõmunitas aliquem ꝓcuratorem instituit ⁊ ipse excommunicatus inter constituentes fuit vt rector ꝓncipalis ⁊ expressus: vel eius auctoritate factus esset ꝓcurator: vel si ipsa cõmunitas: sciendo ipsum talem vnacum eo fecisset procuratorem: non valet. extra de procu. c. fi. Si tamen excõmunicatus sit reus bene potest se in iudicio defendere. et ad hoc ꝓcuratorem constituere. vt dictum est per dictum. c. intelleximus. vbi notat glo. ꝙ si non potest procuratorem habere: vel fidelem reperire: ꝙ poterit respondere etiam per seipsum. Secus si sit actor: vel si reconueniat. extra de excep. cū inter

Item constitutiones ⁊ sententie que feruntur ab excõmunicato publico vel de eius mandato sunt ipso iure irrite: ⁊ nullo vnqꝫ tempore valebūt. Sz de hoc vide diffuse supra Absolutio primo. Item excõmunicatio non suspendit per appellationem sequētem. vt in dicto. c. pastoralis. §. fi. Item quicunqꝫ est excõmunicatus siue suspensus si se ingerat scienter diuinis fit irregularis. extra de cle. ex. cõ. apostolice. nec cum eo dispensari potest nisi p papam. extra de re iudi. cum eterni. ⁊ extra eo. cuz medicinalis. libro. vj. Excõmunicat⁹ quoqꝫ si impetret aliquod rescriptum super aliquo articulo qꝫ appellationis vel excõmunicatiõis non valet. extra de rescript. Ipso iure. li. vj.

Nūquid excõmunicato baptizare liceat? Rñ. fm Guil. dur. si excõmunicatus paratus solēniter baptizat: irregularis efficitur. Secus si al's in necessitate hoc faciat. Sicut de malo ministro dictum est s. Baptism⁹. iij.

Judices seculares cõpellendi sunt ab ecclesiasticis iudicibus repellere excõmunicatos ab agendo. patrocināndo et testificando in curijs suis. extra eo. decernim⁹. li. vj.

An autē excõicatus possit esse arbiter vel arbitrator: vide s. arbiter.

Quādo rector aliquis fuit excõmunicatus ꝓ eo qđ fecit in suo regimīe: si postea amotus sit: nihilominus excõicatus est: quinetiā successor eius nam vterqꝫ debet ecclesie satisfacere ꝓ his que statuit: vel in quibus succedit. extra de imu. eccle. aduersus. vide de hoc s. Excõicatiõe. viij.

Excõmunicatio.ij. de percutientibus clericos.

Vide s. Absolutio. ij. per totum.

Sunt casus in quibus percutiens clericum nõ est excõmunicatus. Primus qñ ignorabat ꝙ esset clericus. puta quia comam nutriebat. extra eo. si vo. el. ij. Secūdo in clericis qui non ferūt habitū neqꝫ tonsuram: neqꝫ aliquid de clericatu ostēdūt si. iij. moniti: se nõ correxerint. extra eo. contingit. el. ij. vbi singulariter notat Panor. ꝙ ex solo delicto apostasie. clericus etiā in minoribus non perdit priuilegiū clericale. etiā si deprehendat in delicto. Et ad hoc videt tex. expressus in dicto. c. cõtingit ⁊ in. c. si iudex. eo. ti. lib. vj. Et pro hoc oportet restringere. c. j. de aposta. Itē nota ꝙ ad hoc vt clericus perdat priuilegium ratione apostasie. debet tercio moneri vt resipiscat. Ut no. in dicto. c. contingit. ibi. iij. Non ergo sufficit fm Panor. vnica monitio ꝓ oibus. ex quo ad incurrendam penā ius requirit trinā monitionē iuxta theoricā glo. i cle. j. de vi. ⁊ ho. cle. Et Jo. an. in. c. ex tue. de cle. nõ resi. dicit ꝙ vbi ius reqrit primā secūdā ⁊ terciā citationē p edictū ꝯ absentē nõ sufficit vnica peremptoria: qꝛ in penalibus verba debent intelligi stricte et ꝓprie: non autem ficte ⁊ large. Adde etiā ꝙ notat Car. i dicta cle. j. ꝙ nõ sufficeret vna monitio sine ꝯgruis internallis. Sec⁹ si ptineret interualla aliquorū dierū: ita ꝙ sit vna monitio facta cum tribus interuallis p. c. constitutionez. extra eo. li. vj.

vbi vnã monitionẽ cũ tribus internallis equipat tribus monitionib⁹. Sed hoc dictum dicit Panor. non esse vsquequaq; tutum. naz dicit q facili⁹ pueniri põt ad noticiaz citati: qñ edictũ fuerit triplicatũ q̃ qñ fuit vnũ. licz fuerit pemptoriũ. et pro hoc allegat glo. in dicta cle. j. Itez no. fm Panor. in dicto. c. ꝯtingit p tex. ibi a te moniti q hic monitio nõ potest fieri p iudicẽ secularẽ: neq; p quẽcũq;: sed debet fieri p diocesanũ. ibi in diocesi tua: vel p quẽcũq; ꝑlatũ habentẽ epalem iurisditionẽ in clericum. vt in. c. in audientia extra eo.

An autem sufficiat monitio generalis: vtputa Episcopus facit edictũ generale. q omnes clerici reassumãt habitũ et tonsurã infra mẽsem. aliquid nõ reassumẽtes sint priuati ipso iure priuilegio canonis. Dic q tex. in dicto. c. i audientia. nõ requirit specialẽ monitionẽ: ergo sufficit generalis. Nã vbi iura volunt fieri specialẽ monitionẽ: illam exprimũt: vt in dicta cle. j. et in dicto. c. ꝯstitutionem. De hoc vide s. Excõicatione. xxv. tercio in clerico qui contẽpto habitu fert arma: et tercio. monitus nisi se correxerit: vt in dicto. c. in audientia. vbi panor. ex illo tex. infert q ex sola dimissione habitus clericalis et delatiõe armoꝝ militarium: nõ perdit ipso iure clericus priuilegiũ clericale. Et fm Ge. in c. j. de cle. ꝯiu. li. vj. habitus clericalis quo ad hoc: vt clericus gaudeat priuilegio cõsistit in duobus. s. vestibus et tonsura. Et vt perfecte habeat noticia quãdo clericus habitu dimisso perdat priuilegiũ canonis vel fori. inferentur quedam cõclusiones. Prima. Clerici qui relicto habitu clericali efficiũtur stipendiarij: seu armigeri: quãtũcunq; cognoscant et notum sit alijs istos esse clericos. perdunt priuilegiũ imunitatis ꝑsone. hec cõclusio probat per ca. cum non ab homine. extra eo. Et ibi eam approbat Panor. Idem potest dici fm panor. in c. ꝑpendimus. eo. ti. de clerico qui dimisso habitu et tonsura imiscet se enormitatibus. Et fm panor. ibi clericus dicit imiscere se enormitatib⁹ et seuis. qñ facit seditionẽ in populo et guerram. Secũda conclusio. Qñ clericus defert habitũ et tonsuram. licz imisceat se enormitatibus: non perdit priuilegium fori: nec canonis. Hec conclusio approbatur p Jo. an. et Panor. in dicto. c. ꝑpendimus. Tercia conclusio. Clericus qui assumptis armis immiscet se enormitatib⁹ dimisso habitu licz perdat priuilegiũ canonis. vt dictum est: sed non priuilegium fori. Unde debet statim restitui iudici ecclesiastico: nisi fuisset inueteratus in huiusmodi aggressuris seu enormitatibus: vel esset incorrigibilis. et tunc fm dictũ Jo. an. et Hosti. perdit tam priuilegiũ canonis q̃ fori. Et sic poterit p iudicem secularem puniri. Sed quo ad hoc vltimũ scz priuilegium fori Panor. non recipit. nam per ar. a cõtrario. c. vnic. de vi. et ho. li. vj. certi sunt casus in quibus clericus ipso facto perdit priuilegiũ clericale: nec iste reperitur inter istos. ergo debemus stare regule generali: vt clericus coram suo iudice conueniat quãtũcunq; deliquerit. Et pro hoc optime facit. c. si iudex. extra eo. li. vj. vbi clericus captus in maleficio: dimisso habitu et tonsura debet remitti ad iudicem ecclesiasticuz si probat se clericum. Et pondera verbum maleficiu. Est enĩ verbum generale aptum comprehẽdere delictum quãtumcũq; graue. Nec expresse aliquod ius ꝓbat opinionem Hostiẽ. et Jo. an. Et sumus i penalibus. vbi fienda est benigna interpretatio. maxime in fauorem ordinis clericalis. Et hanc opinionem tenet domin⁹ Cardi. Sed domin⁹ Pe. et domin⁹ An. disputando tenuerunt opinionez Jo. an. hec Panormi. in dicto. c. perpendimus. Quarta cõclusio. Siquis percusserit clericum in habitu et tonsura in bello iusto ex parte percutientis: percutiens non est excõmunicatus: presertim si clericus causam dederit aggressure. hanc cõclusionem approbat archi. flore. et dicit esse de mẽte Innoc. Item fm eum si tres contra terciuz. et clericus temere se imisceat habitu deposito: et tũc credit percutientes in limitibus aggressure: non fore excõmunicatos. Quarto in clerico exercente negocia secularia et tercio monitus: noluit desistere a negociationibus perdit priuilegium quo ad negociationes et facultates suas patrimoniales dumtaxat fm glo. in. c. fi. de vita et hone. cleri. nõ autem ecclesie: quia licz res ecclesie deferantur ad certum locum negociationis causa: non debent soluere gabellam fm Panor. ibi. quia delictum persone ꝛc. Et sic fm glo. ibi. talis clericus negociator non perdit priuilegiũ fori. Nã illud est maioris preiudicij q̃ priuilegium canonis: qd etiam minime perdit. Quinto in clerico ꝯiugato si non fert habitum et tonsuram. nullum retinet priuilegium. Secus si defert habitum et tonsuram: et cõtraxerit cum vnica et virgine: quia tũc retinet priuilegiuz clericale in duobus. scz q percutiens eũ est excõmunicatus. et q nõ potest constringi per iudicem secularem. nec ciuiliter. nec criminaliter. In ceteris vo non retinet de cleri. conis. c. clerici li. vj. Limita tamen predicta prout dictum est supra Clericus scdo in fi. Sexto in clericis buffonibus: ac etiam macelarijs et tabernarijs: qui talia officia publice et ꝑsonaliter faciunt. Et dic vt supra Clericus secundo. Septimo in illis qui nõ ex ira sed iocose se percutiunt. extra eo. ca. j. Octauo in magistro: qui tamen hoc facit leuiter causa disciplinę. extra eo. cum volũtate. §. fi. Nono in eo qui incontinenti vim vi repellit temperate. extra eo. si vo. el pmo. §. ij. Decimo cum quis inuenit clericum turpiter agentem cum vxore. matre. sorore vel filia propria: vt in dicto. ca. si vo. Et nota glo. ibi super ver. vxore. que dicit idem esse i sponsa de ꝑsenti. que etiam querit nunqd nomine matris intelligantur omnes ascendentes? Et dicit. q in isto casu non est extendẽdum ad descendentes vel ascendentes cum minor fiat iniuria. Idez tenet domin⁹ An. quod placet Panor. Cum hec materia sit odiosa ipsis clericis. et exorbitans a dispositione iuris: non debet extendi: sed in proprijs terminis intelligi debet. Et fm hoc intelligitur de matre. filia. vel sorore tam legitima q̃ etiam naturali: sed non adoptiua. Item appellatione filioꝝ non veniunt nepotes in materia stricta

maxime vbi non tractatur de fauore filiorum: vt hic. de hoc vide infra c. Filius. et c. Illegitimus. Et nota fm vv. q non solum ad coitum est restringendum: sed etiam ad amplexus et oscula. Et quando quis se preparat ad opus carnis. si tamen in loco non suspecto: sed in publico faciat. Sicut fit quandoq ludendo: tunc verberans huiusmodi incideret in canonē. Item cum per signa aperta et propinqua negocio constat a clerico turpitudinem coitus ibi ante expletam statim esse cū predictis: verberās huiusmodi non incideret in canonem: si hoc faciat incontinenti anteq ad alia diuertat: nam postea verberans incideret. Item si quis inueniat clericum suspectū et monitum in domo cum vxore: et si non turpiter conuersantem sedentem tamē vel confabulantem: licz eum fm leges permittere: mulctoforcius capere et detinere p viginti horas. et iudici tradere: et testes conuocare ff. de adult. l. capite. hec Directoria li. iij. Et intelligitur de monitione etiam facta a marito de hoc vide singularia infra Impedimentum octauo. et supra. c. Dos.

An autem in predicto casu tali liceat predictas personas mutilare vel occidere? Rūdit vv. Et si possit dici q tali parcit quoad excōmunicationē. Eo q decre. si vo. all'. nō distinguit inter atrocē iniuriā et nō atrocē: nihilominus nō licebit ei occidere.

Quid de illo qui ordinat cum vxore vt clericus vocetur ad turpitudinem: et sic eum verberat? Rūdeo fm vv. q tam vir q vxor incidunt in canonem.

Quid de muliere que percutit sacerdotem impetentem eam de turpitudine? Rū. fm vv. si solum eam verbis impetat: incidit in canonem. Si autem tangit inuitam: et illa se defendens cū moderamine inculpate tutele tum percuciat: nō credo q incidat. Securius tamen est q faciat se absolui ad cautelam. Duodecimo. si fiat a prelato: vl' de mandato eius: causa correctionis. vt in. c. cum voluntate. et. ca. ex tenore. extra eo. Et si non fiat causa correctionis: tam verberans q precipiens incurrunt excōmunicationem extra eo. vniuersitatis. Quod si causa subest: potest clericum capere et carcerare, etiam per laicum. extra eo. si clericos li. vj.

An autem clericus possit torqueri per laicum etiam de mandato prelati? Rū. Panor. in. ca. vt fame. extra eo. post do. an. ibidem. et pe. de a n. q non. Sicut nec verberari potest. Et ita refert do. An. se consuluisse. licz cōmunis obseruātia habeat contrariū: et male. vide tamē glo. in. c. p̄sbyteri. v. q. vj. que dicit clericum debere torqueri coram episcopo suo: nō a laico. Sed possz intelligi q nō a laico. scz disponente et auctorizante. Secus ī laico ministrante et obtemperāte mandato ecclesiastici iudicis. Sicut videmus in simili. nō enim potest laicus auctoritate ꝓpria capere et detinere clericum: seu detrudere sine pena excōmunicatiōis. vt in. c. nuper. eo. ti. Et tamē ad mandatū iudicis ecclesiastici: licite capit et detrudit sine pena: vt in dicto. c. vt fame. Et cōmuniter dicit Panor. hoc seruat: et male. Et hoc ideo q: hodie clerici torquētur per laicos; et talis modus torquēdi nō posset fieri per clericos: quia forte nemo ī huiusmodi obtemperaret: nec sunt docti in hac arte torquendi: sicut laici. Sed de iure non puto hoc posse fieri. Itē nota q q̄n q clericus sit incorrigibilis: nisi traditus fuerit curie seculari nō potest per secularem ꝓpria auctoritate detineri. Quod intellige nisi precesserit depositio: vt in. c. cum nō ab homīe. eo. ti. vel nisi capiat incorrigibilis: vt restituat prelato ꝓprio. ad hoc fac. t quod notat Panor. in c. qm̄. de offi. or. q si timeret de potentia clerici: vel de fuga eius q citra incorrigibilitatē: potest p̄latus inuocare brachium seculare. et illū capi facere et incarcerari. Secus aūt qn̄ inuocat brachium seculare: vt puniat clericum iure suo. Et sic ꝓcedunt iura allegata p glo. ibi. Nota etiā fm Panor. in dicto. c. vt fame. q familia potestatis pōt cape clericū inuentū de nocte: q: cū sit p̄sumptio fraudis: q: qui male agit odit lucē: et etiā q: verisimilit pōt timeri delictum cōmittendū nō incurrit excōicationem si illū capit: vt p̄sentet epō vel p̄lato suo: q: hic nō potest notari dyabolica suasio. Idē puto in capiente clericū debitorē suū fugientē: q: hic cessat dolus et suasio dyabolica. Inmo plus dicit Inno. q si laicus habet clericū seruientē quem habet suspectum de furto posse eum capere et detinere. Quod intellige ad tempus. vt. s. p̄sentet episcopo vel prelato. Item qui sine minis et terroribus clericum dep̄hensum in aliquo facinore facit secū ire tum ad iudicem ire ignorans tamē q vadat inuitus. nō est excōicatus fm quosdaz: nisi credat q inuit' ille ducatur et q ꝓpter timorē vadat. al's nō itiurus q: tunc esset excōicatus. Et ideo si minis et terroribus facit eum stare in loco vel ducit secum quasi captum excōicatus est fm Monal. Quodecimo in turbante diuina officia quē presbyter vel alius ad quem spectat. pōt eijcere de ecclesia extra eo. veniens. et c. cum volūtate. Similiter cū quis ratione officij quod in ecclesia obtinet ꝑcutit clericū. aut etiam cum senior causa deuotiōis hoc faciat. aut domin'. aut parēs. siue ꝓpinquus qui familiam corrigit. hec omnia in hoc. xij. versu dicta intellige cum sint in minoribus ordinib': p̄terq̄ de parēte. vt. j. dicet.

Sed quid si principalis magister ꝓhibeat submagistro: vel alicui cōmittit aliquos pueros docendos ne percutiat eos. et taliter ꝓhibitos percutiat. nunquid incidat in canonem. Glo. Ray. credit q non. quia non potest magister per ꝓhibitionem huiusmodi auferre ei beneficiū iuris. p quod cōceditur docentibus corrigere quos docet. Terciodecimo. Si clericus depositus sit degradatus. extra de iudi. cum non ab homine. et d̄ penis. degradatio. li. vj. Nota tamē fm Panor. in ca. ex parte. de cle. cōiu. q duobus modis dicitur quis depositus. scz actualiter et verbaliter. Depositus actualiter; incōtinenti per degradationem actualem perdit priuilegiuz clericale et efficitur de foro seculari. Sed in depositione verbali secus. nisi sit incorrigibilis: quia tunc perdit incontinenti

priuilegium. ꝛ potest compelli p iudicem secularem. tex. est fm cōmunem lect. in. d. c. cum non ab homine. De hoc vide etiam s. Degradatio. Quartodecimo. quando clericus transfert se ad actū ꝑ sus contrarium: vtputa. erat in minoribus. et factus est miles vel bigamus. lxxxiij. dist. quisquis. Nota tñ Panor. in. c. vt ꝯsultatōi. de cler. ꝯiug. ꝙ iste clericus aut ꝑmouet ad militiā secularē. et facit actum omnino contrarium clericatui: vtputa. quia exercet seua: seu iuit ad bellum. ꝛ tunc immediate ꝑdit priuilegium clericale. quia ista sunt contraria. Vnde ex quo elegit contrariam vitam: fuit a principio ipso facto exclusus. xxxij. q. j. cum renunciat. Aut tñ factus est miles. sed non exercuit seua. nec alium actum ꝑsus contra clericatum elegit. sed viuit honeste: vt clericus. ꝛ tunc gaudet priuilegio. Ita sentit Innoc. in. d. c. vt consultationi. Dicit etiam Jo. De san. ꝙ trina monitio requirit in clericis constitutis in sacris. Sed si clerici in minoribus constituti. clericatum habent ꝓ derelicto conuertendo se ad militiā. vl' vxores ducunt. tunc sine monitōe ꝑdunt priuilegium.

Quid si paterfa. aliquos. de familia constitutos in sacris verberat causa correctionis? Quidam dicunt ꝙ nō est excōicatus si sint in minoribus. Secus si in sacris. vnde maiorem ptātem habet magister in discipulo: ꝙ̄ pater in filio. qr magister post sacrum ordinem adhuc habet discipulum in ptāte sua. sed pater nō. quia sacer ordo liberat a patria potestate. hec Jo. extra eo. cum voluntate. ꝟꝟ. dicit ꝙ nec in maiorem: nec in minorem incidit excōicationem. sicut nec magister. qñ causa correctiōnis verberat clericum: siue sit in sacris. siue nō. Idem Tan. Nec est verum qd dicit glo. in. d. c. cum voluntate videlicet ꝙ sacer ordo liberat a patria potestate. quia fm Panor. ibidem. ꝛ in. c. constitutus. de in integ. resti. sola dignitas epālis est illa que liberat a patria ptāte. Et hoc ꝑpter sublimem dignitatem: vt in. c. ꝑ venerabilem. qui fil'. sint le. vbi solum fit mentio de dignitate epāli. ergo p locū a speciali secus de aliis: nec dictū glo. ꝓbatur iure. Et etiam in patre nō potest notari diabolica manus immo charitatiua. ꝛ vix posset se cōtinere: quin corrigeret filium errantem. hanc opinionē etiā tenet Jo. de lig. Pe. de paru. ꝛ Pau. q fm Archi. flo. videt rōnabilis.

Sed nunquid si quis non ob sui tuitionem. sed ob tuitionem patris: matris: vxoris: filii: fr. vel etiā extranei om: clericum ledat? Rñ. fm Innoc. talis nō incidit in canonem. arg. ff. quod me. cā. Isti quidem. §. fi. Nam ꝛ socij iniuria ꝓpulsanda est xxiij. q. iij. fortitudo. ꝛ. c. nō inferenda. Idem Dir. li. iij. tit. ij. Sed quid si ꝑsona ecclesiastica domum occupet alicuius. ꝛ non vult exire sine violentia? Rñ. fm Inno. eiiciens non incidit in canonem. quod colligitur. extra de resti. spo. olim causam. Et hoc intellige si fit cum moderamine inculpate tutele.

Quid de non defendentibus clericos cum possint? Rñ. fm Directorium. lib. iij. ti. ij. siue sit in potestate sua siue non. semper incidunt in canonem. dummodo dolose hoc patiantur. Secus si nō dolose. sed et negligentia. vel quia nolunt se immiscere rumoribus aliorum: tunc non incidunt in excōmunicationē. Idem Panor. in. c. quāte extra eo. Idem Jo. ꝛ Arch. xxiij. q. iij. c. ostendit. Idem. d. An. in. d. c. quante. licet glo. ibi tenuerit cōtrarium Et dicit. d. An. ꝙ cōis opinio est ꝙ incidant in canonem siue habeant in potestate verberantem siue non.

Quid si clericus volens satisfacere alicui: sponte subiicit se verberibus? Rñ. clericus debet excōmunicari. verberans est excōicatus. extra eo. contingit. de hoc vide s. Excōicatio. xvij.

Sed quid si clericus irato animo percutit se ipm. an sit excommunicatus? Dic fm Directorium. li. iij. titu. ij. ꝙ sic. quia facit iniuriam ordini clericali. siue religioni. Idem Arch. xxiij. questione. v. si nō licet.

Sed quid si magister vel p̄latus ex ira percutit? Rñ. fm. ꝟꝟ. non incidit in canonem: ex quo causa correctionis hoc facit. Et si de correctione nō cogitet actu: si tñ habet hunc finem in habitu sufficit Nec distinguo: vtrum sit in sacris vel non. extra eo. cum voluntate.

Sed quid si officiatus in ecclesia. ꝑlatus. magister. dominus domus. vl' consanguinei. excedant modum in corrigendo? Rñ. fm Hosti. nisi ex ꝓposito ꝛ irato animo multum excedant. non credo ꝙ incidāt in canonem. qui solummodo dolum ꝓsequit.

Quid de illo qui a clerico grauiter tamen percussus. cum animo vindicandi grauiter repercutit? Rñ. fm. ꝟꝟ. Ex quo libidine vindicte. ꝛ non iocosa leuitate repercutit. incidit in canonem. Sed ꝛ si iocose percussus a clerico. grauiter tamen repercutit. sed tamen iocosa leuitate. ꝛ sine dolo. non incidit. Similiter nec sacerdos: qui clericum importune puerum secum ludentem iratus percutit. non iniuriandi animo. vel libidine vindicte. Hoc idē videtur sentire Ri. in. iiij. dis. xviij. vbi dicit. ꝙ nō incurrit excōmunicatio maior. quando aliquis nō ex deliberatione socium suum leuiter impellit. ꝙ̄uis sit turbatus. Mortale enim nō cōmittitur nisi ex deliberatione. vel post tempus humane fragilitatis. sufficiens ad deliberādum. cum factum est tale ꝙ homo. non obstante humana fragilitate. tenetur de necessitate deliberare. vt p deliberationē ab illo opere illicito retrahatur. Nullus autem a iure excommunicat. nisi ꝑpter peccatum mortale. Hec Ri.

Quid si aliquis non mittit manus in clericum: sed spuit. aut aliquid effundit super eum. aut claudit ei ostium: vel ponit custodes ad capiēdum eū. si de domo exeat. vl' ei equitāti capit habenas equē vel rumpit cingulum selle? Rñ. fm. Ray. ꝛ alios communiter: omnes tales sunt excōmunicati. nec refert vtrū iniiciat quis manus in eum. aut in rem sibi coherentem. aut rem de manu eius rapiat. aut vestes: quibus indutus est scindat. Secus tamen si solo metu cogit vt se redimat. vel aliqd det. Nā tales neq; in personam. neq; in res sibi coherentes

mittit manum.

Quid si quis arestat clericum asportantem res: quas ei furatus fuerat. et p violentiam aufert ei: R͞n.fm.ꝯꝯ.nō credo q incidat in canonē si res illas ei aufert. dum est in asportando anteq̄ asportans se recipiat ad locū determinatū. Secus si ex intervallo q nō licet sibi iudicere.

Quid si quis iratus vadat contra clericum leuato pugno ense vel basta quasi percussurus: R͞n. fm Ray.nō incidit.q manus nō iniecit.

Quid de illo qui psequit clericum fugiētem .vt percutiat: z clericus sine percussione cadit z leditur: R͞n fm.ꝯꝯ.nō credo q incidat. Secus si ipse fugiens z quasi coactus p̄cipitat se in aquam. vel ali ad periculū se ingerit vt euadat.q tunc psequens incidit in canonem.

Fugiens inimicos: vt facilius euaderet. eijciēs clericum de equo z ipsum ascendens vt fugiat: excōicatus est fm quosdam. nam hec est iniectio violenta.nec iure fit.ergo insurgunt verba canonis z mens. Nec obstat q licitū sit se defendere hoc verum est sine lesione tercij. hanc opi.tenet Barto. bar. z Tan. Sed Pe.in lib.de censuris ecclesiasticis tenet contrarium. z inter ceteras rationes hāc inducit.que notāda est etiam in alijs casibus. Dicit enim non credo aliquem sapientem dicturum talem peccare mortaliter. ergo necesse habebit dicere illum nō esse excōicatum. Nam cum excōicatio sit eterne mortis damnatio.xj.q.iij nemo nō infligit nisi p mortali.

Quid si quis accipiens clericum per capillos et hmōi dicat: nisi esses clericus percuterē te: R͞n.fm ꝯꝯ. Si animo iniurandi iratus hoc faciat .credo q incidat: aliter nō.

Quid si quis furto accipit corrigiā clerico qua accinctus erat: vel vestem qua erat indutus: Innoc.dicit z Hosti.q eo dormiente: talis auferens non est excōicatus.quia nulla infertur violentia psone que non sentit. Contrarium tamen crederē q sit de mente canonis.q qualitercunq quis tangat personam clerici in iniuriā. q incidat in canonem: vt notat Archi.in.c.si quis.xvij.q.iiij.et Jo.de lig.

Quid si verberet conuersus vel nouicius. vide s̄.Absolutio.ij.

Quid si quis credens verberare clericum verberat laicum: R͞n.fm Ray.non est excommunicatus.hoc dico ꝓpter l̄ram canonis.que exigit actū: cum dicat.si quis iniecerit manus violētas in clericum.

Quid de illo qui verberat clericum credens esse laicum: R͞n.fm Hosti.Si talis errauit in psona vt quia volens percutere.T.laicum: percussit.S. clericum cum vtrunq cognoscat.tutior est sententia q incidit: Nam in clericum manus violentas iniecit. Si vo errauit in qualitate.quia de isto qui est clericus: putabat q esset laicus.quia videbat eū in habitu laicali z non gerentem se pro clerico.non incidit.extra eo.si vo. Secus autē si vidit eum in habitu clericali z p clerico reputabat.q tunc incidit in canonem.

Quid si aliquem clericum paratū facere aliqd flagitium.teneo violenter zelo dei ne illud faciat: R͞n.fm.ꝯꝯ.si talem teneo modico tempore inuitum. z etiam renitentem. citra iniuriam m̄ percussionis.non credo me incidere in canonem.concor. Inno. z Hosti. Idem dicendum est fm Inno. si superuenientibus inimicis clericus tenetur ne incideret in manus eorum. quia tali iniuria non irrogatur.

Quid de illo qui mādat in clericū manus inijci: R͞n.fm Ray.si sequat effectus.tam mandās q̄ is cui mandat incidit in canonem.extra eo.mulieres.

Quid si mandator misit ad reuocandum mandatum: Tunc distinguendum: q si mādatarius anteq̄ reuocatio puenisset ad eum iam verberauerat. vterq est excommunicatus. Sed glo. Ray. dicit contrarium. si mandatorem sufficienter penituit. z est in charitate. Nullum enī existentem in charitate.ius ligare intendit vinculo excōmunicationis. Dictum m̄ Ray.cōiter tenet ab alijs. Quod pōt intelligi quo ad forum cōtentiosum. Secus q̄ ad deum. Si vo reuocatio prius puenit.nō est excōicatus mandator. Eadem qō z solutio pōt fieri de eo qui consuluit clericum verberari. si eius consilio fiat.

Quid si mandās clericū verberari priusq̄ verberet decedat: R͞n.fm Host.si notoriū sit. z talis in fine nō fuit absolutus.vel signa pnīe non apparuerint. haberi dz p excōicato.nec debz sepeliri in cimiterio.

Quid si non mandauit.sed quod factum est ratum habuit: R͞n. Si iniecta est manus in clericū nomine tuo.licet sine mādato. z tu hoc ratum habueris. excōmunicationem incurris. Si vo non fuit facta nomine tuo.peccas habendo ratum.sed nō incurris excōmunicationem. extra eo.cū quis. libro.vj.

Quid de illo qui dicit suis q vellent vin dicari de tali clerico. z sic illi verberāt eum: R͞n fm.ꝯꝯ. Si ea dixit animo ꝓuocandi eos. z ipsi ob hoc motu fecerunt etiā nō noīe dicentis. Ipse dicēs nihilominus incidit in canonem.

Xcommunicatio.iij.

De excōicatiōe falsariorū. vide s̄. Absolutio.j. z.s̄.c.falsitas.

Quid si quis fallis vtit l̄ris ignorāter: R͞n.fm Hosti.non excusat.q p alios inuestigare debuit. Si m̄ falsitas erat ita latens.q non bn̄ pcipi poterat. z ipse adhibuit diligentiā.quā potuit. nec pcepit.excusatus est. Alioquin nō.extra de homi. Johannes. z c.vlti.

Xcommunicatō.iiij.

De excōicatōe incēdiariorū. vide s̄. Absolutio.j. z.s̄. Incendiarius

Xcommunicatio.v.

De statuentibus cōtra libertatem ecclesie. vide s̄. Excōicatio.xviij.

Excommunicatio.vj.

De participatōe cum excōicato: vbi sciendum ꝙ est quedā participatio illicita. q̄ quidem cōtingere pōt quadrupliciter. Primo qñ quis pticipat cum excōicato in eodē crimine, ꝓpter qđ excōicatus est. s. dando ei cōsiliū auxiliū: vel fauorem. De hoc vide s̄. Excōicatiōe. xvij. Scđo qñ participat quidē in crimine mortali. sed nō in illo ꝓpter qđ excōicatus est. Et talis mortaliter peccat licet nō incurrat eandem sniam. sed incurrit minorem excōicationem. Tertio qñ pticipat ei in diuinis. s. recipiēdo eum ad diuina officia. seu ecclesiastica sacra: vel ad ecclesiasticā sepulturam. Et talis quidē licet nō sit irregularis: vt extra eo. is cui. lib. vj. peccat tñ mortaliter. ⁊ est valde ꝓpinquus irregularitati. Nam est ei interdictus ingressus ecclesie donec de transgressione hmōi ad arbitriū eius: cuius sniam cōtempsit: satisfecerit cōpetēter. extra de priui. c. epōrū. li. vj. Et ibi sentit Arch. vt ponit Jo. an. in nouella. ꝙ illud caplm videt̄ solum habere locum in celebrantibꝫ excōicatis ab hoīe. ⁊ nō a iure. ꝓpter verba ibi posita ad arbitrium eius ⁊c. Et si postq̄ʒ est sic interdictus ingerit se diuinis: in suo officio agens sicut prius. Irregularis efficit̄. ꝙ si talis pticipatio in diuinis fit ꝑ metū. vt q: tyrannus cogit metu mortis sacerdotem sibi celebrare. beatus esset sacerdos fm̄ Hosti. si se ad martyriū ꝑpararet. Metus enī ⁊ si culpam attenuet: simplr̄ non excusat. xxxij. q. v. Ita ne. Tamen fm̄. ꝟꝟ. et Aug. bene excusat metus ille qui caderet in cōstantem virū. Et ꝑut habet̄ in sum. confe. li. iij. Scđa opinio videt̄ humanior ⁊ verior. cum casus necessitatis excuset in talibus. Et etiā casus vtilitatis qđ minus est. hec ibi. ꝑmū tñ dictū pt̄ intelligi qñ quis ex metu ꝑatus esset cōsentire etiā pctō. tunc enī nō eēt excusabilis. d. c. Ita ne. Quarto qñ pticipat. nō in crimine. ſʒ in loq̄ndo vel secū orādo. vel comedēdo ⁊ hmōi. Et de taliter pticipāte dicit Tho. in. iiij ꝙ quidā dicūt ꝙ peccat mortalr̄. Et subdit ꝙ hoc videt̄ valde graue. ꝙ homo ꝓ vno verbo leui. quo excōicato loquit̄. peccet mortaliter. Et idem tenet Panor. in. c. sacris. qđ me. cā. dicens ꝙ est cōis opinio doc. ꝙ cōicans excōicato nō peccat mortaliter. sed venialiter. nisi in quinqꝫ casibus. Primo qñ cōmunicat in contemptum clauium. Scđo qñ fit in contemptum supiors. seu contra ꝑceptum suum. Tertio qñ cōicat in diuinis. Quarto qñ cōicat in crimine. Quinto si erat excōicatus cum sibi participantibus. al's esset nimis durum. ꝙ quis regulariter incurreret mortale. salutando excōicatum: vel eum nō euitando in mensa. Hosti. tñ extra eo. qđ in dubijs. ⁊ Joh. ⁊ Arch. xj. q. iij. rogo. dicunt ꝙ si quis participat cum excōicato cōtra ꝓhibitionem canonis. peccat venialiter. nisi forte nimis frequēter hoc faciat in contemptuʒ canonis. reputando excōicationem truffam. Si autem participat contra ꝓhibitionem hoīs. mortaliter peccat. Et hoc ē qđ dici cōsueuit ꝙmitius agit̄ cum lege q̄ʒ cum ministro legis. l. celsus. ff. de arbi.

Sed nunquid delegatus potest excōicare illos qui in locutione ⁊ hmōi participant excōicatis ab eo? R̄n. potest. Et sic excōicati debent petere absolutionem ab eo vel a delegante: vt puta. a papa. extra de offi. dele. ꝑterea. ⁊. c. significasti. ⁊. c. prudentiam. Hoc tñ intelligendum est ꝙ ipsi participantes nō possunt excōicari nisi cum illa solēnitate de qua dictū est s̄. Excōicatio. j. §. qui in capit. In quibus casibꝫ ver. quartus casus. Et est sciendū ꝙ excōicatio nō transit in terciā ꝑsonam.

Sunt ⁊ alij casus in quibus quis licite participat excōicato. Primo quidem qñ loquit̄ ei in his que ptinent ad absolutionem vel salutē anime. licꝫ alia verba incidenter interponat vt magis ꝓficiat. Item Gre. xj. q. iij. qm̄ multos. subtrahit a minori excōicatione plures cōicantes. videlicet vxores: filios. seruos: ancillas: seu mancipia: rusticos ⁊ seruientes. ⁊ omnes alios. s. eius familiares ⁊ subiectos qui nō adeo curiales sunt: vt eorum cōsilio scelera ꝑpetrent̄. ⁊ omnes qui ignoranter cōicant excōicatis. siue illos qui cōicant cum illis qui excōicatis cōmunicant. Quicunqꝫ aūt orator. i. causa orōnis vadens: aut pegrinus: aut viator in terram excōicatorum deuenerint. vbi nō possunt emere vel nō habent vnde emant. dat licentiam ab excōicans recipiendi. Et nota ꝙ circa ꝑdictas ꝑsonas distinguēdum est inter illos qui ante erant obnoxij siue obligati excōicatis: vt vxor: filij: serui: ⁊ isti tenent̄ eis sicut primo tenebant̄. Qui v̄o nō erant eis obnoxij nec etiam nunc sunt. possunt cum eis cōicare: prout ⁊ qñ necesse fuerit. extra eo. inter alia. Et de hac materia notāt̄ versus. Vtile. lex. humile. res ignorata. necesse. Hec anathema quidē faciunt ne possit obesse. vtile. i. ꝓpter excōicati vtilitatem. vel etiā participātis: vt. j. dicet̄. Lex. s. ꝫ matrimonij excusat. Humile. s. serui ⁊ filij excusant̄. Res ignorata id est qñ nesciuit eum excōicatum. Necesse. i. ꝓpter necessitateʒ cōicans excusat̄: de quo. j. Vtilitas ergo excusat a participatione excōicatorum. Et hoc potest esse dupliciter. Nam potest esse vtilitas excōicati: vt qñ quis loquit̄ ei de his que ptinent ad eius salutem. vnde ⁊ excusant̄ hi qui causa ꝑdicationis ⁊ confessionis habitant inter illos. a quibus etiam licite petunt ⁊ recipiūt elemosynas: extra eo. cum voluntate. §. predicatores. Et fm̄ Dir. si alia verba in ꝑdicatione vel confessione immisceāt vt apud ipsos magis ꝓficiant. excusantur. ergo si alia intentione hoc faciant. excōicationis minoris vinculo astringunt̄. Item potest esse vtilitas ex parte participātis: vt cum petit ab excōicato quod ei debet: vt in. c. si vere. extra eo. vnde ⁊ si nolit soluere: potest in iudicio cōueniri. al's ex delicto suo cōmodum reportaret: extra de iudi. intelleximus. Possꝫ etiam loqui licite de salute aīe sue. ꝓ ut̄ si necessitas est. et nō posset hr̄e recursum ad aliū qui cōsulat ei fm̄. ꝟꝟ. Et fm̄ eundē. ꝟꝟ. necessitate imminente possum petere ab excōicato cōsiliū etiā sup tpalibꝫ. Quanta aūt necessitate: vel vtilitate hoc liceat agere. arbitrio boni viri relinquet̄.

Vxor excusatur a participatione cum viro suo sciet qñ de matrimonio ꝑ ecclesiam approbato constat. d. c. qm̄.

Sed nunquid econuerso excuset vir participādo vxori? Dic fm Dir. ꝙ si mulier fuit excōicata ꝑpter matrimoniū: quod dicit illicite contractū. tunc nō potest participare. Si vero alia de causa sit excōicata. Distingue. Nam aut vir pticipat vxori quo ad debitum carnale reddendum. quia ꝗtum ad hoc vir et vxor nō ad imparia iudicant. extra de diuor. gaudemus. Et tūc excusat. Aut participat vxori in ꝓuisione victus et seruitio humano: et tūc non excusat vir. quia viris feminas subditas et pene famulas lex esse voluit. xxxiij. q. v. hec ymago. et c. se. Ideo imputat marito: cum possit cogere vxorem ad satisfaciendū, et ad petendū absolutionem. Idem Jo. xxvij. q. j. de filia. et Jo mo. extra eo. statuimus li. vj.

Sed quid si vir vocet excōicatum ad mensam: nunquid vxor possit ad ipsam mensam comedere? Rū. fm. vv. ꝙ nō. tū poterit comedere ad aliam mensam in eadē domo ita remote ꝙ merito possit dici ꝙ nō comederunt simul.

Utrum filij excusent a participatione patris? Rū. fm. vv. Filij qui sunt in patria potestate vel etiam emancipati qui sunt cōmensales patri. et ab eo habent necessaria. excusant. Alij vero non. Item vt supra dictum est excusant serui: ancille: rustici: seruientes et alij subiecti: qui nō adeo curiales sunt etc. Nam tales ꝑsone si ante sniam astringebāt ad familiare obsequium: et sic etiā nunc. tenent et cōicare possunt. extra eo. Inter alia. Quod intelligit fm. vv. qn ipsi ante excōicationem dnō: dnō obligauerunt se seruire. et seruitiū intrauerunt. Si aūt post eius excōicationem intrauerunt. Distingue: qꝛ si ignorauerunt et postea sciunt. nō tenent discedere cum damno suo. Si vero sciuerunt a principio tenent discedere nisi necessitas eos compulisset ꝙ fierent de eius familia. Et quod dicit de rusticis. intellige de his qui colunt terras dnōrum suorū. Et fm eundem. vv. extendit etiā ad illos qui dicunt medietarij. et ꝑpter culturam recipiunt certā portionem fructuū. Nam et possunt cōicare quātum oportet ꝑpter culturam et huiōi. Idem intelligendum est fm Host. de nutricibus et similibus. que si a dnō recederent. nō haberent vnde viuerēt. ar. extra eo. si vere. vbi excusant etiam qui cum excōicatis nautis cōueniunt trāsfretando contra saracenos.

Sed nunquid patres et dnī excusent si pticipāt cum filijs suis excōicatis? Rū. fm Ray. ꝙ nō excusant. qꝛ tenent corrigere suos minores: ne incidāt in causam excōicationis. Tamen fm Tho. ad minus debent eis cōicare in his in quibus obligati sūt qꝛ sicut inferiores obligant ad obsequium supiorū ita et supiores ad ꝓuidentiam inferiorum. et eodē modo videt dicendū de seruis excōicatis qui dnō subsunt. serui et mercenarij enim non possunt cōicare fm Host. nisi sine magno incomodo eos vitare nō possint. Et idem de socijs habentibus aliquid cōe: vt in. d. c. si vere. vbi Panor. dicit ꝙ aut societas fuit contracta ante excōicationē: aut post. Primo casu licite possum vti societate: vt ibi. Scdo casu. Aut ego contraxi societatem. aut successi in ius alterius. Primo casu nō debeo vti illa societate. qꝛ deliqui contrahendo secum. Scdo casu sic: qꝛ ego nō sum in culpa: et societas habuit originem ante excōicationem. licet ego successerim in ius alterius ꝑpe excōicationis. Et intellige ꝑdicta. qn damnū mihi cōtingeret ex abstinentia societatis. Secus si damnū cōtingeret excōicato. qꝛ nō teneor sibi cōicare in fauorē sui. Vide etiā Innoc. et Host. in. c. nup. eo. ti. qui dicunt ꝙ in eadem camera possum excōicato cōicare. si ibi sum ꝓ factis meis. Non enim tunc dicor cōicare sibi. sed potius vti iure meo. a ꝗ sine damno resilire nō possum. debeo tn̄ vitare cōionem oīno voluntariā: vt iacere secum in lecto: vel prandere in eadē mensa. Nec obstant aliqua iura ꝙ vident cōtraria in hoc qꝛ illa ꝓcedūt ex supabūdante iustitia. et ita loquit tex. in. c. oīs qui. xxiiij. q. j. vbi quidā sanctus fugit de balneo ꝑpter supueniētiā cuiusdā excōicati. sed ius meū dimittere non teneor. Possum ergo vti iure meo: ꝑntia excōicati nō obstante.

Nunquid armiger vel seruiēs militi pōt cōicare cum illis excōicatis. cum quibus dnūs suus cōicat? Rū. fm. vv. nō pōt. licet excuset cōicādo dnō suo excōicato: vt dictum est.

Sed nūquid vasalli pn̄t cōicare dnūs suis excōicatis? Rū. fm Ro. in. iij. di. xviij. ꝙ nō. Nam excōicatio publica ꝗdiu illa est innodatus princeps absoluit milites suos a iuramēto fidelitatis quo tenebant ei. i. effectum illius obligatōis suspēdit. Et hoc cōstitutum est in detestationem criminis. et vt magis principes timeant contemnere ecclesiastica ꝑcepta. xv. q. vj. nos sanctorū. et. c. se. Si tn̄ dubiū est. vtrum princeps sit excōicatus vel nō. obedire tenent. qꝛ in dubijs supioribus obediendū est. xxiij. q. j. quid culpat.

An possit aliquid vendi seruienti excōicato vel ab eo emi? Rū. fm. vv. si emat vel vendat noīe excōicati: nō est cōtrahendū cum eo: sicut nec cum excōicato. Secus. si noīe suo aliquid tale faciat. dūmō nō in fraudem.

Posito ꝙ aliquis videat aliquē afferentē venalia de mercato publice excōicato. nunquid tenebit illum vitare? Rū fm. vv. ꝑpter hoc solū ꝙ videt eos afferentes talia. nō teneor eos vitare. nisi aliter innotescat mihi ꝙ ibi ea emerint. De rebus autē ibi emptis quilibet pōt comedere et vti. si non fuit in culpa emendi.

Quid si pr̄sbyter locauit opas suas alicui dnō: et dnūs excōicatus est? Rū. fm Host. Si tpe locationis excōicatus erat non valuit locatio. Si vero postea fuit excōicatus caueat ne ei seruiat in diuinis. De contractu autē inito cum excōicato: an valeat. vide s̄. Excōicatio. j. cōiter.

Utrum excōicatus peccet si ingerat se cōioni aliorū? Rū. fm Ray. sic. de cler. ex. c. illud. Et excōicatus etiā alios excōicatos vitare debet.

Utrum si excōicatus intrat ecclesiā alij exire teneant? Rū. fm Ray. Si manifestum est eum esse excōicatum. alij exire tenent: vel ꝓcurare ꝙ ille exeat. xj. q. iij. sicut apl̄i. Si vero est occultū. tunc qui sciunt exibunt secrete et caute. ita ꝙ nō sequat mani-

festatio.si pñt.aliter nō exhibent.extra eo. cum non ab hoīe. Occulte nanq̃ excōicatus occulte dʒ moneri vt exeat.sed si nō vult exire:tunc fiat q̄ dictuʒ est. Si aũt excōicatus est in ecclesia:nō cā orandi.ſʒ ꝓ alio negocio.nō video quare in eadē ecclesia orare nō possin̄ fm̄ Inno.extra eo.c.nup.licet alij cōtra quibꝰ magis cōsentit Host.

Quid si qũ excōicatus intrat ecclesiaʒ sacerdos iam incepit missam: Rñ.fm̄ Ray. Si est occultũ nō debet dimittere officiuʒ.vij.q.j.nihil. Si vō est manifestum: moneat euʒ in publico vt exeat. Et si quidem nō vult exire.ꝛ sacerdos nondum inchoauit canonē.debet dimittere.ar.xxiiij.q.j.oīs quis. Si vō postq̃ ille intraret:vel postq̃ sacerdos euʒ vidit.iam canonem inchoauit.debet sacerdos ꝓcedere in officio sic̄ cum eo qui assistit ei.i.ad missam seruit. Ita tñ.q̄ finito canone.ꝛ sumpto sacr̄o.anteq̃ dicat postcōio.moneat illum vt exeat.de cōse.dj.ij.relatum. Concor. Host.ꝛ Goff. q̄ si nō vult exire:pōt eum sacerdos ejcere. etiam si clericus sit Et si non pōt ejci.in sacristam rediens dicat postcōionem.ꝛ orones que restabant.

Vtrum aliqui possint esse in iudio coram iudicibus excōicatis: Rñ fm̄.vꝰ. Si sunt de iurisdictōe illorū ꝛ vocati ab eis stāt iuri videt̄ esse casus necessitatis. Sic̄ et si coram eis cōueniunt iniuriatores suos.nam hoc casu nō solum est necessitas,sed ꝛ tamen cōicant in his que ꝑtinent ad salutem aīe sue. ſʒ reddere vnicuiq̃ ius suum. aliter aperiret̄ via liberatis raptoribꝰ. Si aũt in alijs casibus quis cōicet hmōi iudicibus:puta.comedendo:vel similibus:nō excusat̄.q2 nō sunt de ꝑsonis exceptis fm̄ eundem.vꝰ.

Vtrũ clerici possint cōicare epō suo publice excōicato: Rñ.fm̄ Host.nō.xxiij.di.miratus.ꝛ de ex.pre.e.si.nisi forte essent eius seruicio deputati,q2 tunc eodē modo pñt sicut alij seruientes.

Sed quid de monachis. An teneant̄ cōicare abbati publice excōicato: Rñ.fm̄.vꝰ. credo q̄ possint ei cōicare.q2 quasi de familia sint. Sed Ri.vbi s.expsse tenet q̄ nō.allegato.e.sacerdotes.ij.q.vij iuncta glo.q2 talis abbas nō potest ꝑcipere. Precipere eīm inferioribꝰ est actus legitimus.excōicatus aũt maiori excōicatione est ab omnibus actibꝰ legitimis suspensus.tum etiā q2 monachi non tenent̄ ei cōicare.obedire aũt est cōicare illi.cuius ꝑceptis obeditur.

Quid si ille qui clericuʒ verberauit iaʒ cōposuit cum eo.vel etiā vadit ꝓ absolutione:vel si nondū est denunciatus: Rñ.fm̄ Ray. In omnibus ꝑdictis casibus eum vitare tenet̄ quilibet.cum nondū sit absolutus.extra eo.cum desideres.ꝛ.c.a nobis.el.ij.ꝛ.c.cum nō ab hoīe. Eunti tñ ad curiā ꝓ absolutione vendi pōt ꝛ recipi pōt.ꝛ cōicari in his que ad viam ꝑtinent.

Quid si excōicatus iam iurauit stare mandato epi.ꝛ epꝰ cōicat ei.nunquid ꝑ hoc epꝰ intelligitur eum absoluere: Rñ.fm̄ Ray.nō:immo incidit in minorē epꝰ.ꝛ alij cōicantes.

Feriarum quedam dicunt temporanee. quedam repentine. quedam solẽnes. Temporanee sunt que dant p fructibus colligendis: et sunt duorum mensium. s. messium et vindemiarum. s. vnus p messibus et alius p vindemijs. Et in omni terra dande sunt ferie p messibus. etiam si non crescat ibi annona. quia homines communiter grano indigent et habent necesse sibi aliquo tempe puidere. Sed p vindemijs non dabuntur nisi vbi sunt vinee. vel saltem vbi est communis vsus vini. Et in his non potest fieri pcessus iudicialis: nisi de consensu partium. ex co. conquestus. Repentine vo ferie sunt quas imperator indicit. vel pter victoriam quam fecit. vel quia vxorem duxit. vel quia filius ei natus est: et hmõi. Et dicuntur repentine: quia repente siue subito indicunt. Et nullus preter principem eas indicere potest. C. de ferijs. l. a nullo. Et has ferias populus tenet obseruare. saltem in publico. ex quo princeps potest eas indicere. Ferie vo solennes: siue festiue. sunt quedam solennitates que habentur in dicto .c. conquestus. et in .c. pnunciandum. de conse. disti. iij. s. Natalis domini. sancti Stephani. Johannis euangeliste. Innocentium. san. Siluestri. Circũcisionis. Epyphanie. Septẽ dies dominice passionis. et Resurrectionis cum septem diebus sequentibus. Ascensio. Penthec. cum duobus diebus qui sequunt. Natiuitatis Johannis baptiste. Annunciationis dominice. et assumptionis virginis. et natiuitatis et purificationis eiusdem. Duodecim apostolorum. beati Laurentij. Omnium sanctorum. sancti Martini: ac diebus dominicis. Dedicatio san. Michaelis. Item dedicatio cuiuscunq3 oratorij. Item rogationes. tribus diebus ante ascensio. domini. Et ille festiuitates quas singuli episcopi in suis episcopijs cũ populo et clero duxerint venerandas. Item statuit Eusebius q festum inuentionis sancte Crucis v. nonas May solenniter celebret. de conse. dist. iij. Cruc. Item festum corporis Christi. vt in de. si dominum. de reli. et venera. sanctorum. Et nota q inter predictos dies sunt quidam qui de facto non festantur: qñtum ad cessationem ab operibus: sed videntur abrogati per contrariam consuetudinem que in eis habet locum: cum non ita sint de precepto: sicut est dominica et maiores illa. Isti autem dies sunt tres dies rogationum. Quidam etiam non seruant omnes sepcem dies passionis. nec etiam totam octauam pasce. etiam quo ad cessationem ab operibus. quia quasi vbiq3 consuetudo est in contrarium. Nota tamen q consuetudo non excusaret qñtum ad festa iure diuini. De festo autem dedicationis cuiuscunq3 oratorij seruanda est cõsuetudo terre vel parochie. licet de iure aliud sit. Idem dicendum de festis euangelistarum et quatuor doctorum principalium: seruandam. s. fore consuetudinem. Et archid. floren. dicit in dictis festis: sine dubio: cessante consuetudine posse operari.

An autem episcopus cũ clero sine populo possit indicere festum: D. an. in dicto .c. conquestus. vt refert Panormi. ibi dicit. olim obtinuisse q nõ per illam literam. Sed postea mutauit sententiam dicens. q solus episcopus cum clero seu capitulo hoc possit. quia in his que tendunt in anime fauorem: quilibet est subiectus episcopo. de fo. compe. cum sit. Sed Panor. ibi tenet oppositum. Nam

non sine mysterio in dicto. c. conquestus. ⁊ in dic. ca. pronunciandum. fuit facta mentio etiam de populo. vnde scias q licet in spectantibus ad iurisdictionem episcopi. possit ipse cum capitulo facere statuta. vt circa punitiones maleficiorum. vt in. c. vt animarum. de consti. li. vj. Sed in aliis in quibus vertitur interesse aliorum: non potest episcopus statuere sine consensu illorum. vel saltem debent esse presentes. vt notabiliter dicit Inno. in. c. vestra. de loca. Idem tenet Feder. Idem archi. in di. c. pronunciandum. Credit tamen Pano: q vbi populus non haberet legitimam causam contradicendi: non obstaret contradictio. Puta. Episcopus vult precipere festum sancti alicuius. qui traxit originem de illo loco: vel quid simile.

Quando debemus festum incipere? Respondetur. q tenemur ad feriationem a vespera in vesperam. ex. c. omnes. Et intellige vesperam. i. sero. s. ab vltima parte diei precedentis seu vigilie. s. immediate post. xxiiij. horam vsque ad vltimam partem diei festi. Et hoc intelligendum videtur de iure. Secus vbi esset consuetudo in contrarium: prout de facto est quasi vbique. Et ideo arch. flo in sum. dicit q opifices in sabbatis. vel vigiliis festiuitatum vsque ad terciam horam noctis ⁊ vltra quasi ad mediam noctem. ex eo q communiter persone plus eo tempore in hoc volunt sibi fuire quam alio. Et nisi quis illo tempore laboraret: vt ceteri: amitteret in magna parte concursum personarum vnde ⁊ lucrum: videtur hoc posse tolerari. attento more generali patrie in huiusmodi. Quamuis enim statutum ecclesie in obseruatione cessationis ab operibus diebus festiuis sit de vespera in vesperam. s. sero. de conse. dist. iij. pronunciandum. tamen mos patrie multum habet modificare inchoationem ⁊ terminationem festorum. cum etiam habeat tollere ⁊ instituere ipsa festa. ar. de conse. dist. iij. rogationes. Et precipue attento. q post sero diei festi possent laborare secundum illud c. pronunciandum. cum tamen non operentur communiter vsque ad mediam noctem. ⁊ sic videtur admittenda talis compensatio. Sero vigilie cum sero festiuitatis. Si tamen ab officialibus ad quos spectat talia regulare ordinaretur q post primam horam noctis. vel secundam sub certa pena nullus operaretur melius esset. ⁊ tunc omnes tenerentur seruare. ⁊ seruando nulli eorum fieret preiudicium.

A quibus abstinendum est in festis? Respondetur vt homines melius possint vacare diuinis. debent abstinere ab omni opere seruili. i. non solum a peccato sed etiam a mechanicis ⁊ agricultura ⁊ huiusmodi. vt nec mercatum fiat. nec placitum. nec aliquis ad penam iudicetur. vel ad mortem. nec iuramenta fiant nisi pro pace. hec tamen intellige quo ad iuramenta iudicialia. In aliis vero consilium est.

Quid autem intelligatur per opus seruile: quod est prohibitum? Dic secundum Ri. in. iij. dist. xxxvij. q quoddam est opus seruile materialiter. sed non formaliter seu finaliter. vt est scribere vel portare ligna vel lapides. non propter lucrum sed ad edificationem ecclesiarum. ⁊ tale opus seruile non prohibetur hoc precepto. Quoddam est opus seruile formaliter ⁊ finaliter. sed non materialiter. vt cum quis in corde suo meditatur aliquod scientiale. ordinatum vt ad proximum ⁊ principalem finem ad lucrum temporale. vt est in aduocato qui studet propter lucrum consequendum. Tale enim opus seruile non prohibetur sub pena peccati mortalis. Quoddam est opus seruile materialiter ⁊ finaliter seu formaliter. Quando scilicet ordinatur ad lucrum tamquam ad proximum ⁊ principalem finem: vt portare ligna vel lapides. vel scribere principaliter propter lucrum ⁊ huiusmodi. Et hoc opus seruile prohibetur sub pena peccati mortalis. Et hec distinctio facit ad multas questiones.

Et primo an liceat laborare in festis ad edificationem ecclesiarum ⁊ piorum locorum proprios redditus non habentium. Et dicendum est per predictam distinctionem: q sic. quia licet tale opus sit seruile materialiter: non tamen finaliter. Et propter hoc dic Monal. q diebus dominicis ⁊ precipuis festis etiam beate virginis et apostolorum Petri ⁊ Pauli. ⁊ etiam die passionis possunt homines arare agros pauperum: ⁊ laborare ad opus eorum. Et similiter si non sit prohibitum ad edificationem ecclesiarum ⁊ piorum locorum proprios redditus non habentium. vt ad portandum ligna ⁊ lapides ⁊ similia. Dum tamen propter huiusmodi laborem audire missam ⁊ diuina officia ad que homo tenetur: non dimittat. Non tamen predicta licet facere diebus pasche ⁊ penthecos. nisi alia consuetudo esset per episcopum approbata. ⁊ non licet tunc laborare per totam diem. vel vsque ad magnam fatigationem.

Secundo queritur an liceat scholaribus vel doctoribus in festis studere? Et patet responsio per predicta q sic. quia dato q tale studium sit seruile finaliter. non tamen est seruile materialiter. immo potest dici q in multis: tale studium non est seruile etiam finaliter. quia multi student: non principaliter propter lucrum sed propter scientiam consequendam. Et hoc est quod dicit Panormita. in. c. omnes. extra eo. q nullo iure studium prohibetur. immo suadetur in. c. nunquam. de conse. dist. v. Et maxime studium suadendum est iuuenibus. quare licito studio: voluptatibus intendunt. immo ad ecclesias vadunt vt videant pulcras dominas.

Tercio queritur. vtrum scholares legentes diebus festiuis excusentur. licet habeant aliquale salarium. Et patet responsio per predicta q sic quia principaliter non legunt propter lucrum. Quia lectura datur eis potius vt doceantur quam doceant: vt sic se assuefaciant: non tamen debent facere principaliter propter lucrum. Sed in consequentiam non nocet: dummodo legant illis horis: quibus necessario non instatur circa diuina. Doctores tamen legentes principaliter propter lucrum: nescio a peccato excusare. Idem de scholaribus. quia tunc esset opus seruile ⁊ materialiter ⁊ finaliter.

Quarto quero. an in predictis diebus liceat venari. piscari. vel aucupari. Responsio patet ex predictis. Nam si quis talia operatur principaliter propter lucrum: tunc prohibetur. quia tunc est opus

seruile materialiter et finaliter. Secus si non principaliter, propter lucrum sed ad recreationem. Licet in consequentiam sibi resultaret aliqua vtilitas temporalis. vtputa, pro vsu suo et familie.

Quinto queritur. An liceat scribere in festis? Responsio patet ex predictis. Nam locare operas et pro precio facere vt faciunt scriptores conducti ad hoc. hoc nullo modo licet: quia esset opus seruile materialiter et finaliter: sed lectiones suas notare. vel sermones postillare. vel scribere. quos notant stilo. vel plumbo facere possunt. presertim si aliter non possent memorie retinere. Et hoc patet: quia hoc casu non est opus seruile finaliter. Secus si tales locarent operas suas ad predicta facienda. vel ad corrigendum libros alienos. nam tunc esset opus seruile vtroque modo.

Sexto queritur. quid de designatoribus qui diebus festiuis fere per totam diem morantur in ecclesijs depingendo seu retrahendo in tabulis suis figuras pulcras: quas reperiunt in pariete. An liceat. Dici potest per predicta quod sic. quia ibi non est opus seruile finaliter principaliter. sed principaliter hoc faciunt vt addiscant. licet in presentiarum in futurum et de longinquo lucrum consequantur.

Septimo. quid de citaristis et alijs qui suis vtuntur instrumentis in festis. An liceat. Responsio patet ex predictis. Nam si faciunt principaliter propter lucrum: videtur opus seruile vtroque modo. et sic prohibitum. Et si huiusmodi instrumentis vtuntur in coreis et huiusmodi etiam sine lucro: non licet nisi cum circumstantijs que requiruntur in coreis: quas vide supra. capi. Corea.

Nota tamen. quod quatuor de causis licitum est operari in festis. Prima est necessitas. Vnde secundum vtrunque. segetibus iacentibus in agro. aut fenis in prato. si immineat tempestas vel pluuia: possunt inde remoueri. Item non creduntur peccare carnifices et pincerne: qui in festis preparant ea que comedere debent in crastino. si non potuerunt in die precedenti comode preparare: aut preparata sine periculo reseruare. Item ob necessitatem videntur excusari barberij. et minutores ac paratores equorum si in festis hoc faciunt principaliter propter necessitatem eorum quibus seruiunt. Secus si propter cupiditatem lucri. Sed et illi qui de talibus requiruntur eos excusantur. si aliter sibi non poterant comode prouidere. Alioquin non excusantur secundum vtrunque. et Rod. sed quo ad barbitonsores barbam radentes. non video que causa rationabilis et excusabilis possit occurrere: quod non possint differre post festa. Idem dicendum de vectoribus peregrinorum in vehiculis aut iumentis: qui non propter questum tantum sed principaliter propter necessitatem eorum quibus huiusmodi opera impendunt secundum Monal. Adde etiam predictis quod notat Archi. floren. in sum. quod cuilibet licitum est laborare pro sustentatione sui et familie in festis quando alio modo non potest sustentari. Ita tamen quod non dimittantur diuina. Et hoc etiam licet in maioribus solennitatibus. Erit tamen bona cautela hoc facere cum dispensatione episcopi.

Sed quid de molendinis? Responsio secundum vtrunque. In molendinis ad ventum vel ad aquam: que absque magna opera hominis exercentur. Credo seruandam consuetudinem regionis: non prohibitam a prelatis. Molendina vero cum iumentis: debent conquiescere.

Quid de viatoribus et cursoribus. Responsio. Asten. de mente Rod. quod siue hec faciunt pro pecunia siue non non audet eos condemnare. Secunda causa operandi in festis dicitur caritas. Et ideo extra de ferijs. ca. licet. dicitur. quod diebus festiuis et dominicis licet capere allecia. quia non semper piscari possunt: sed temporibus determinatis. Tercia causa dicitur paucitas Non enim propter quodlibet modicum opus quis peccat mortaliter: operando in festis. vt si in vinea vel in agro purget quid modicum quod restabat per incuriam. vel reparet fracturam in sepe et huiusmodi.

Sed quantum opus homo sine peccato facere possit: recurrendum est ad arbitrium boni viri. Quarta causa dicitur pietas. Pietas enim suadet dari tutores et curatores pupillis. et alijs miserabilibus personis etiam diebus festiuis. Suadet etiam pertinentia ad pacem et concordiam. vt. C. e. l. fi. Possunt etiam omnibus diebus feriatis agi ea que sunt voluntarie iurisdictionis: vt adoptio. emancipatio. excommunicatio. absolutio. vbi non requiritur cause cognitionem. puta in criminibus notorijs et manumissione C. e. l. actus. §. in his.

Quid de illis qui in vigilijs festorum feriandorum mittunt equos vel alia ad ferendum necessaria in die festo. Responsio Rod. quod si ea que afferunt sunt necessaria ad diem festi. Ita quod sine eis non possent ipsum comode transire nec ante super his habendis sibi poterant prouidere: possunt excusari propter necessitatem. alias non: maxime si faciant hoc in festo, vt habeant sua vehicula. et alia ad quotidiana opera exercenda. Per huiusmodi enim necessitatem sunt excusabiles vectores mercium et vinorum ad loca remota: cum sine graui incomodo non possent in festis vacare ab eundo et quadrigando. Idem Asten.

Quid de illis qui a dominis suis operari coguntur in festis. Responsio secundum vtrunque. si iusto metu inducti hoc faciunt excusantur. alias tenentur non obedire nisi in licitis et honestis. Qui vero debent dominis suis vecturam bladorum et afferunt diebus feriandis: vt diebus alijs vacare proprijs laboribus liberius possint: non sunt excusabiles: nisi forte ad hoc arta necessitas eos cogat. Idem Asten.

An autem predicti qui compelluntur laborare in festis: possint percipere mercedem suam? Dic quod sic: et domini propter hoc prelimiores ad operari faciendum reddantur. Et ne ob delictum suum comodum consequantur.

Quid de euntibus ad mercata: que fiunt in festis. Responsio secundum vtrunque. Si aliquis hoc faciat non consuetudinarie: sed pro sua necessitate: non credo quod peccet mortaliter. Secus si consuetudinarie. seu lucrandi cupiditate: maxime subtrahendo se a diuinis.

Aut etiam si hmõi mercata phibita sunt a prelat' illius loci. seu forsitan excommunicata. Mercata tamen que ex quadam necessitate fiunt de victualib' et necessarijs ad diem aliquam: non credo illicita esse. dum tamen pter hoc non se subtrahant a diuino officio. Fran. de may. in tractatu de. x. pceptis dicit. q in duob' casib' est peccatum mortale. Primo si die dominica tempe quo debet missam audire intendat mercationi. q non cpatiunt simul et semel. missam audire et mercationem facere. Secundo esset peccatum mortale. quando episcopus excõmunicaret omnes vendentes tali die quia in hoc q excõmunicat: phibet. Sed dicere q aliquis post missam vel comestionem veniens ad for. et hmõi: peccet mortaliter: non dicerem. q illud non est a iure diuino s ab ecclesia. Sed ecclesia sustinet. et non intendit ponere laqueum filijs suis. Et ideo credo q nõ peccet mortaliter. et multi sunt huius opi. Idem pe. de pal. Idem archi. floren.

Quid de itinerantib' die dominico. potest dici q itinerario tempore nisse est periculosa. nisi audita missa. s post missaz vel comestionem pot fieri et ecclesia sic vtit: vt epi et alij. nec credo q sit mortale. hec fran. vbi s.

Querit de qõne quotidiana. Episcopus fulminauit sententiam excõmunicatõis cotra laboratẽs in festis ab ecclesia pceptis. quidam ob necessitatẽ quandaz imminentem. Puta. blada erant in campis. vel fena. imminebat tempestas et hmõi. Item causa pietatis circa edificatõem cuiusdam monasterij aut ecclesie sacerdotis paupercul' laborauit et hmõi. an pdicti incurrant excõmunicationem. Rñdet. q aut iste epus expressit in tali sententia. q nullus in festis laboret nec causa necessitatis vl' pietatis vel hmõi. et tũc dico q talis sententia nõ tenet et est omnino nulla. quia cõtinet intolerabilem errorem quia est cõ iura expresse. quia cõtra. c. fi. ex' de fer. ibi: nisi necessitas vrgeat. vel pietas suadeat. et cõ. c. licet. eo. ti. vbi ecclesia indulget: circa captionem allectoz in dieb' dominicis et alijs festis non maiorib'. sine quib' tamẽ allectijs vita humana etiaz comode pertransire posset. Si autem nõ expressit causam necessitatis. nec pietatis. tunc dico q talis sententia debet intelligi sm ius cõmune et interptari. hoc est q cõfirmet ius cõmune et tunc intelligit. q non liceat laborare in festis: exceptis casib' de iure cõcessis. s. necessitate. pietate et tanta te. Si tamen qs laboraret in festis: non existente aliqua de pdictis causis. tunc incurreret excõmunicationem. Per idem dici potest de excommunicatione lata cõ illos qui non audiunt missam in dieb' dominicis in ecclesia parochiali: s audiunt in ecclesijs mendicantium. dico q talis sententia nõ tenet. quia est cõ iura. vtz in. c. vt dominicis. ex' de paro. vbi nõ inhibet parochianis qn possint audire missam in ecclesijs mendicantium. immo eis cõcedit. s illud ca. solum phibet q parochiani dimissa eoz ecclesia parochiali: vadant ad aliam ecclesiaz parochialem. De hoc vide. s. c. Missa. Itẽ sicut attentatum contra ius est ipso iure nullum. vt in. c. vides. x. di. et in. l. non dubium. C. de leg. Ita etiam attentatum contra consuetudinem generalem totius orbis: est nullum. vt in. c. in his. et c. catholica. xj. di. Item sicut epus non pot artare ius cõmune nec facere cõstõnez q ius cõmune artet. Ita nec facere pot cõstitutõez qua cõsuetudo generalis arceat.

Feudum est rei immobilis

Feudum est rei immobilis: facta p homagio: beniuola cõcessio. Et nota sm Pe. de be. in tractatu suo de feudis. q de natura huius cõctus est q dominus retinet sibi directum dominium et pprietatem. vt in li. feu. ti. Quib' causis feu. amit. c. vnico. secundo. quia vtile dominium transit in vasallum. Quod patet. quia vasallus pot quasi vendicare. vt in li. feudoz titulo. de inuestitura de re. ali. facta. c. vnico. Est ergo quasi dominus. al's non vendicaret. ff. de au. et ar. le. l. qnt'. Tercio q dñs h3 ciuilẽ possessionẽ. Quarto q vasallus h3 nalẽ possessionẽ q vasallus appellat fructuari'. s vsufructuari' possidet naturalit. vt. ff. de acqr. pos. l. naturalit. Dico tamen q ius vasallicum possidet ciuiliter et naturaliter: quia pscribit. qd non faceret nisi ciuilit possideret. Quinto hmõi contractus cõsistit in imobilib'. Sexto. quia si vasallus domino constitutum seruitium non prestiterit: repellit a feudo. Septimo quia sine voluntate domini feudum alienari non potest. Octauo quia feudatio regulariter fit in perpetuum. Nono quia dominus habet mittere in possessionem vasallum. Decimo quia si sit controuersia inter vasallos dominus recognoscat Sed secus est in emphiteota. Ratio diuersitatis. quia in contractu feudali dominus habet vasallum: mediante iuramento personaliter obligatũ. Et ideo cum habeat iurisditionem in personam. multo fortius in rem. S3 dominus habet emphiteotam obligatum ratione rei. nec habet aliquod ius q̃diu pensio soluatur. Ideo recognoscere nõ potest. Vndecimo vasallus non potest sine domini voluntate feudum impignorare. sed emphiteota bene potest. Ratio diuersitat'. quia si vasallus rẽ pignori obligaret. creditor interim reciperet fructus. Et dominus interim ex hoc pateretur damnum. quia de fructib' domino seruire tenetur. sed vbi emphyteota rem pignori obligat. dominus ex hoc nullum damnum patitur. cum emphiteota teneatur domino prestare pensionem in pecunia consistentem. Et ideo licet alius recipiat interim fructus. emphiteota soluendo dño pensionẽ satisfacere pot. Duodecimo. quia vasallus alteri feudum dare non potest sine domini voluntate. S3 emphiteota bene potest donare. Ratio. quia magis est obligatus domino vasallus pter fidelitatem q̃ emphiteota. Cum personam ipsius vasalli elegerit. Ita q alium subrogare non potest: inuito domino. Sed licet emphiteota alium loco sui subrogare non possit alienando: tamen hoc sibi permittitur pter liberalitatem. cum ita possit

alı⁹ rem meliorare: sicut ipse. Terciodecimo femi
na non potest succedere in feudum: nisi fuerit cō
uentum. Sed femina in re emphiteotica succede
re potest. Ratio diuersitatis. quia feudum dat̃ ꝓ
pter seruicium. Sed mulier non pōt ita bene serui
re: sicut homo dño. Sed res dat̃ in emphiteosim
ꝓpter melioratōez. ⁊ ita bene pōt meliorare mlr si
cut homo. Ostien. tamen dicit. ꝙ hoc fallit in duo
bus casib⁹. Vnus est si sit feudum femineū vel fe
mine concessum. tūc eñi deficientib⁹ masculis ad
feminas ꝑtinebit. vt in titulo de beneficio femine.
Secūdus est si sit tali pacto acq̄situm. vt. s. defici
entib⁹ masculis ad feminas deuoluat̃. quia qđ fu
it actum est suandum. vt in tit. de suc. feu. §. filia.
Quartodecimo vasallus non potest alium vasal
lum facere sine domini voluntate. ꝗ emphiteota
potest. Ratio diuersitatis. quia res dat̃ in emphi
teosim ꝓpter melioratōem: ꝗ ita bene potest melio
rare. secundus: sicut prim⁹. iō ꝯsensus domini nō
requirit̃. ꝗ feudum dat̃ ꝓpter seruicium. Et q2 po
test non eque bene seruire secūdus sicut primus. iō
requirit̃ ꝯsensus domini. Quintodecimo quia pē
sio non prestat̃. imo prestat̃ seruicium certum vel in
certum put fuerit ꝯuentum. Item ꝙ non prestat̃
aliquid ꝓ introitu. Sextodecimo. q2 vasallus nō
tenet̃ prestare seruicium nisi fuerit req̄situs a dño.
Secus in emphiteota. Ratio diuersitatis. q2 em
phiteota tenet̃ prestare certam pensionē certa die
Dies autem interpellat ꝓ domino. vasallus autē
non tenet̃ domino. nisi sciat ꝙ indigeat. Decimo
septimo vasallus potest feudum dimittere sine do
mini voluntate. ꝗ emphiteota non potest. Ratio
diuersitatis: q2 feudum dat̃ amore vasalli. ⁊ vt ali
quā vtilitatem ꝯsequat̃. ideo mirū ꝑ si sine domi
ni voluntate pōt renunciare. Sed res dat̃ in em
phiteosim ꝓpter melioratōz ⁊ ꝓpter vtilitatē dñi s.
vt res melioret̃. iō mirū ꝑ. si sine dñi volūtate renū
ciare non potest.

Res imobiles ecclesie de nouo non pñt dari in
feudum. Nam ⁊ p̄lati hoc iurant. Sed res q̄ pri⁹
erant feudales. possunt iterū infeudari. puta si vasallus
ꝓpter aliquā cāz ꝑdat feudum: vel moriat̃.
poterit p̄latus ꝯcedere filio ei⁹ vel alteri. ex̃ de feu.
ex parte.

Quomodo acquirit̃ feudum? R̃n̄. fm Hosti.
quadrupliciter. Primo p inuestituraz. puta. cum
aliq̄s tradit alicui possessionem rei imobilis cor
poraliter. vel cum hasta. vel cū baculo. aut aliquo
tali a domino q̄ dicit se ꝑ hoc inuestire. Secundo
acquirit̃ p id qđ loco inuestiture habet̃ vt cum do
min⁹ dicit alicui vade in possessionem illius feudi
⁊ tenētas ꝑ feudo. Tercio acquirit̃ p̄scriptione. vt
si. xxx. annis tenuit feudum ⁊ dño seruiuit. licet in
uestitus nō fuerit. Quarto acquirit̃ ꝑ successionē.
non quidem ex testamento ꝗ potius ab intestato
nec eñ valet aliqua ordinatio defuncti in feudo fa
cta. Natura autem huius successionis talis est ꝙ
ascendentes non succedunt in feudo. puta. pater
filio. Descendentes autem sic. Et primo qđ filius
patri: ⁊ non filia. Item nepos ex filio: ⁊ nō neptis
Et sic in infinitum. Postea vo succedunt collate
rales. ⁊ isti de ꝯsuetudine imperij non succedunt.
ꝗ solus filius. quo deficiente reuertit̃ ad imperato
rem: ⁊ ꝯfert cui vult. Et fm Hosti. In omni feu
do statim facta inuestitura. requirit̃ iuramentum
fidelitatis. nisi ex pacto remissum sit. Et fiet his v
bis vel simillib⁹. Ego talis iuro ad sancta dei euan
gelia. ꝙ abhinc in antea ero fidelis tali. sicut debet
esse vasallus domino suo: nec id: qđ mihi sub no
mine fidelitatis ꝯmisit. pandam alijs ad eius detri
mentum: me sciente. Et nota ꝙ vasallus obligat̃
dño fm ꝙ ꝯuentū est. ⁊ fm ꝙ feudi natura ⁊ cau
sa ⁊ regionis ipsius ⁊ vicinarū ꝯsuetudo req̄rit q̄b⁹
deficientib⁹ poterit vti iure scripto.

In plurib⁹ autem obligat̃ vasallus dño. Pri
mo ne sit ei in aliqđ damnum de corpore suo: ꝗ vi
tabit ⁊ impediet. Secundo ne id qđ dominus fa
cere intendit: ⁊ facile potest fieri reddat ei difficile
vel impossibile. s. latenter ꝯtra ꝓcurando. Tercio
ne reuelet secretum sui domini alicui maxime qui
posset obesse. Simuliter nec illa ꝑ q̄ie minus tut⁹
fieret. Quarto ne sit contra eius iusticiam vel ho
nestatem. s. dehonestando filiam vel vxorem. ma
culando eius famam dicto. facto vel ꝯsensu. Quī
to ne aliqđ damnum in temporalib⁹ ei faciat. vel vti
litatem impediat. Sexto vt fideliter p̄beat ei ꝯsili
um quo ad verbum ⁊ auxilium. s. de reb⁹ ⁊ ꝑsona
sua. ꝓbat̃ hec in li. feu. de forma fide. c. j. xxij. q. v.
c. de forma. extra de iureiur. c. ego. Item licet va
sallus non debeat esse ꝓ alijs contra dominum su
um. extra de postu. c. si tamen ꝓ se ⁊ suis homini
bus. potest ⁊ petere ⁊ defendere ius suū. ar. de iu
reiur. petijo.

Quib⁹ ex causis amittat̃ feudum. R̃n̄. Hosti.
Primo qđ amittit̃. si vasallus fuerit cleric⁹ vel re
ligiosus. quia nec tales succedūt in feudo. xxiij. q.
viij. §. j. Secundo amittit̃ si heres vasalli stetit ꝑ
annum ⁊ diem ꝙ non petierit a domino inuesti
turam feudi. Similiter ⁊ si ipse vasallus post mor
tem domini non petierit ab heredib⁹ domini. vt
in li. feudo. in quib⁹ causis feu. amit. c. j. Et hoc ve
rum: nisi ipse vasallus fuerit minor annis. xiiij. q2
talis non cogitur fidelitatem facere. Item nisi sit
miles qui habet pro termino annum ⁊ mensem.
Item nisi iusta causa impedierit. vt in li. feudo. de
ꝓhi. feu. alie. per lotarium. Et intelligitur iusta cā
vt per mortem. vel capitales inimicicias. vel aliā
iustam absenciam. Tercio amittitur. cum vasal
lus trib⁹ vicib⁹ coram paribus ⁊ huiusmodi req̄
situs fidelitatem iurare noluerit: ꝗuis dominus
paratus sit facere inuestituram. Quarto si vasal
lus infeudauerit feudum alia lege ꝙ ea: quā ipse
habet. vel in talem vasallum qui feudum seruare
non potest. Quinto si vasallus interfecit suum ꝓ
priū germanum vel germani filium vel aliquid
commiserit qđ parricidij nomine cōtineat̃ ad hoc.
vt totam hereditatem habeat. De parricidis ha
bes. j. Parricida. Sexto si vasallus dimisit domi
num suum in prelio: non mortuum nec ad mor
tem vulneratum. Similiter ꝓpter alias multas in

gratitudines: que enumerantur in li. feudo. in ti. qui. mo. feu. amit. c. j. et ij. Septimo si vasallus scienter negauerit feudum aut partem. aut conditionem eius. Secus si ignoranter. quod si vasallus non vult ostendere de parte feudi: presumetur quod totum teneat in feudum. Octauo si vasallus feudum alienauerit. Et si quidem pro parte alienauerit: illam partem amittit. et libere ad dominum reuertetur nulla prescriptione obstante. Nec prodent vasallo si post factam alienationem recuperauerit feudum ipsum nisi ignoranter alienasset. Nono si vasallus dominum accusauerit. aut si testimonium contra ipsum tulerit in causa non tamen criminali sed etiam ciuili. Licet quidam dixerint quod in ciuili potest. Decimo si vasallus vocatus a domino: quod secum vadat in expeditione publica. puta. vocatus ab imperatore ut secum veniat romam pro suscipienda corona et huiusmodi non venerit. nec alium pro se domino suo acceptum miserit. vel et stipendia milicie non dederit. Et quidem quando propter fidelitatem non seruatam amittitur feudum: non intelligitur ipso iure: sed per sententiam. Si vero alienatum fuerit: ipso iure perditur secundum Inno.

Quando dominus amittit ius quod in feudo habet. Respondeo secundum Hostien. Sicut vasallus amittit feudum propter culpam. ita dominus proprietatem feudi. ut in li. feu. si de feu. con. fu. c. domino contra. Dominus enim vasallo debet vicem rependere. ut in li. feudo. ti. de forma fide. c. j. in fi. Et si non rependerit. merito censebitur malefidus. ut est ille qui contra vasallum deprehensus fuerit perfidus. xxij. q. v. de forma. xcv. distin. esto subiectus. extra de iureiuran. peruenit. Et talis etiam priuatur iure quod habet in vasallum: et feudum transit ad superiorem. non tamen ipso iure sed per sententiam.

Quid si dominus moriens plures filios relinquat nunquid vasallus iurabit fidelitatem omnibus. Respondeo secundum Hosti. non puto. quoniam vasallus non cogitur pro vno feudo plures habere dominos: maxime in comitatibus. ducatibus. marchionatibus. qui hodie diuidi non possunt. Sed si vasallus moriens plures filios relinquit omnes debent iurare fidelitatem: si feudum indiuisum habent. Sed si ex diuisione: totum feudum ad vnum peruenerit: ille solus iurabit.

Utrum filius repudians hereditatem patris. possit retinere feudum. Respondeo secundum Hostien. non. sed aut totum debet retinere: aut totum repudiare. nisi forte eum dominus tanquam de nouo beneficio inuestiat: agnatis consentientibus. tunc enim bene retinet feudum sine aliquo onere hereditarie. et dicuntur agnati qui per virilem sexum descendunt. Cognati vero qui per femineum. Agnati vero bene possunt aliquod feudum retinere repudiata hereditate. ut in constitutione Frederici. an agnatus. vel filius defuncti: repudiata hereditate. possit feudum retinere. c. si contigerit.

Utrum feudum possit per vasallum legari ecclesie. Respondeo secundum Hostien. Si feudum fuit de camera domini et ad tempus datum: non potest legari nec etiam heres succedit. Similiter etiam ecclesie non potest legari si de natura feudi est quod vasallus fruatur in propria persona. Et in tali non succedit decedentis etiam si sit filius secundum Hosti. Si vero sit paternum et perpetuum. tunc potest pro anima legari: nisi consuetudo repugnet. Nota tamen secundum Hostien. quod libri antiqui non habent in illa lege imperialem de prohi. feu. alie. per Feder. ubi de hoc dicitur. Illam clausulam scilicet pro anima iudicare. unde vel illud verbum remoue. vel intellige quod est personale vel temporale vel etiam quando fit in fraudem. Et de hoc quod dicit Hostien. quod temporale feudum non potest alienari. Secus si perpetuum. quia tunc alienari potest. et in mortuario ecclesie dari. Panormitanus in. c. ex parte. de feu. approbat hoc dictum. Et dicit quod hoc non reperitur ibi ab aliquo reprobatum.

Quid si vasallus committat crimen lese maiestatis contra principem: propter quod publicantur omnia bona sua nunquid ad principem peruenient bona feudalia. Respondeo. Guil. dur. quod ius in re quod competebat vasallo. scilicet vtile dominium perueniet ad principem. Sed directum dominium apud imediatum dominum remanebit. quia vero non decet principem pro feudo fieri nec per se nec per substitutum. princeps precium recipiet pro extimatione vtilis dominij. Dominus vero immediatus recipiet partem aliam precij pro directo dominio. ff. de le. ij. qui solidum. §. j. Fiscus enim potest vendere rem quam cum alio habet communem restituendo alteri pro rata precij: partem. C. de com. re. al. l. ij.

Nunquid ob delictum patris filius perdat feudum. si tale fuit delictum propter quod pater perderet feudum. Respondeo. Gof. dicit standum consuetudinibus locorum et constitutionibus feudorum. Hy. in regula non distinguit quod aut feudum est paternum id est quia habuit originem in persona patris. Et tunc filius priuatur iure feudi. Aut est a genere vlteriori et tunc secus. Et cum hac opinione transeunt Jo. an. et d. an. in. c. ex parte. de feu. Sed Panor. ibi plenius distinguit. iuxta no. per Bart. in. l. cum qui. ff. de interdic. et in. l. ut iurisiurandi. §. si liberi. ff. de op. li. quod aut pater commisit delictum propter quod directe venit priuandus feudo. ut quia alienauit feudum. vel commisit delictum contra tenorem iuramenti. Et tunc nocet filio. etiam si processit a genere vlteriori. ar. in. l. j. ff. si quis ali. te. prohi. et in. l. cum ratio naturalis. ff. de bo. proscrip. ubi patet. quod delictum vnius nocet omnibus proximioribus qui sunt in inferioris gradus. unde si quis interfecit consanguineum cui debet succedere ab intestato: fiscus occupat hereditatem. nec veniunt alij consanguinei qui sunt inferiores in gradu. ut in. d. l. cum ratio. et quod ibi no. Si autem non est tale delictum propter quod dominus priuetur directe feudo. sed per quandam consequentiam. puta quia est dampnatus ob aliquod beneficium. Ita quod bona veniant publicanda. Et tunc procedit distinctio Hy. Nam si feudum est paternum nocet filio. Secus si est a genere vlteriori. Et nota quod eadem questio potest formari in iure patronatus. Nunquid pa-

bñcatis omnibꝰ bonis: perdant filij ius patronatus quod descēdit a suis antiquioribꝰ. Vide glo. notabilem. xvj. q. vij. filijs. que tractat. nunquid iudex secularis possit priuare laicuz iure patronatus ecclesie. Et nunqd veniat cum vniuersali publicatione bonoꝝ. vide etiam bonam glo. in. c. sa. in vniuersum. l. vj. distin. que dicit. ꝙ licet pater cōmisit crimē lese maiestatis. ex quo filij efficiunt infames: C. ad. l. iul. maie. l. quisqꝫ. Filij tñ̄ clerici non incidunt in infamiaz. Et ꝓ pñ̄a non dñt ꝑdere bona. qđ no.

Vltimo querit de q̄one quondiana. Pone ꝙ vasallus alienauit feudum irrequisito domino. ꝫ appo suit clausulam. saluo iure domini. nunquid istenihilominus perdat feudum. Panor. vbi s. dicit Bal. r. coll. que sit causa bene amit. c. j. tenere sic: quia factum subsequens est contrarium ꝓtestationi. Ad hoc. c. ea te. de rescrip. Secus dicit si adiecisset hec verba. ꝙ nec aliter. nec alio mō alienare intendit. qđ no. Opant ergo hec vba ꝙ dño contradicente non videat facta alienatio. Hec Panor.

Fides.

f

Vtꝝ omnes teneant habere fidem explicitā. s. An quilibet teneat credere seu scire omnes articulos fidei explicite. Rñ. fm Dire. li. j. ꝙ est quedaz fidei mēsura ad quam quilibet tenet. ⁊ que sufficit simpliciter forte omnibꝰ laicis. s. qꝛ oportet quēlibet discernentem ⁊ maxime adultum ad fidem accedentem: credere ꝙ deus est. ⁊ ꝙ est punitor omnium malorum ⁊ remunerator omniū bonoꝝ. Alios aūt articulos sufficit ꝙ credat simpliciter ⁊ implicite. id est ꝙ credat veꝝ esse: quicquid credit ecclesia catholica. Sed hanc mensuram debent clerici excedere: maxime prelati: ⁊ quicūqꝫ habent curaz animaꝝ. Nam tenent scire explicite ⁊ distincte omnes articulos fidei qui ꝯtinent in symbolis. Credo. ⁊ quicūqꝫ vult. ⁊ in ꝯcilio generali edito. xxxvj. distin. c. j. ij. ⁊. iij. Episcopi vo tenent plus scire. vt sciant circa predicta opponere ⁊ rñdere ⁊ hereticos ꝓsequi ⁊ confutare. ex de hereti. excōmunicamus el pinio.

Sed quid ꝓdest laicis fides implicita? Rñ. de rec. vbi s. ꝙ si talis ratione naturali dicat ꝙ pater maior est filio: vel ꝑ prior. vel ꝙ tres ꝑsone sunt tres res distincte ab inuicem. vel aliud simile: dummodo sic credat. quia credit ecclesiam sic credere. ⁊ suam opinionem fidei ecclesie supponat. nec sinin defendat errorem: ꝫ paratus sit credere: sicut credit catholica ecclesia. nunqꝫ hereticus iudicat. qꝛ si et sic male oppinet. tamen non est illa fides sua. sed est fides ecclesie. hoc etiam notat Innocen. de sum. trini. ⁊ fi. ca. c. j. ⁊ Hosticn̄. in ꝓhemio circa fi. Idem panor.

An autem ecclia vniuersalis possit errare. Rñ. Panor. in. c. a nobis. el. ij. de sen. ex. dicit ꝙ ecclesia vniuersalis non potest errare. s. in fide seu articulis fidei. Et ꝓ hoc tantum orauit Christus ad patrem: vt in euangelio. Ego ꝓ te oraui petre ⁊c. Et sic intellige. c. a recta. xxiiij. q. j. In alijs autem nō solum ecclesia particularis vel etiam vniuersis. s. collegio fidelium: seu ꝯsilium generale pōt errare ⁊ de hoc est tex. clarus in. d. c. a nobis vbi dicit. ꝙ iudiciū dei: veritati que nunqꝫ fallit nec fallit ꝫp innitit. Judicium aūt eccle nonnunqꝫ opinionē sequit: quam fallere sepe ꝯtingit ⁊ falli. Et sic fm Panor. iste tex. dꝫ intelligi indistincte. qꝛ eadez rō est in ecclia vniuersali. Nam ⁊ ꝯcilium generale ꝙ repñ̄tat ecclia vniuersalis: bene posset errare excōmunicando de facto ꝑlatum: qui non erat excōmunicandus ex cā latenti. qꝛ non pōt diuinare licet locum dei teneat in terris. vt in. c. vt nr̄m. vt ec. bene. Sicut errauit ꝯcilium sup matrimonio ꝯ bendum inter raptorem ⁊ raptam. Et dictū Hieronimi melius sentientis. postea fuit ꝑlatum statuto ꝯcilij vt ꝓbat. xxxvj. q. ij in. c. tria. Juncto. c. placuit. Et adde ad ꝑdicta glo. in. c. vnico. de reli. ⁊ ve. san. li. vj. que singulariter dicit. ꝙ in canonizatione sanctoꝝ non est credendū ecclesiaz errare. lꝫ accidere possit vt est tex. in. d. c. a nobis. hec glo.

Querit an frangēs fidem frangenti sibi: peccet mortaliter. de quo hꝫ. xxij. q. j. c. noli. Rñ. fm Panor. in. c. puenit. el. ij. de iureiu. ꝙ illa autoritas dꝫ intelligi: qñ due obligationes respectiuant adinuicem. vt qꝛ ego ꝓmisi tibi certum quid: qꝛ ꝓmisisti mihi aliqđ aliud. Et tunc si nō adimples ex ꝑte tua. nec ego teneor ex ꝑte mea. Et ita dꝫ intelligi dicta auctoritas. Qñqꝫ vo obligationes nō respectiuant adinuicem. i. non flectunt ad idem factū: ꝫ ad diuersum. puta. ꝓmisi tibi simpliciter dare centum libꝛ: ⁊ iuraui. Tu etiaz postea simpliciter iurasti aliquid ꝓ me facere. Certe: licet ego nō adimpleam ꝓmissionem meam: tu tñ̄ non excusas ꝑ iuriū. si differs adimplere ꝓmissionē tuaz. qꝛ tu non ꝓmisisti rōne ꝓmissionis mee ꝫ simplr. Et de spē ad spēm non admittit ꝯpensatio. vt notat in. c. ij. de depo.

Filius.

f

Nota ex dictis Panor. in c. innotuit. de elec. ⁊ in. c. tanta. q fi. sunt le. ꝙ qdaz sunt filij legitimi tñ̄: vt adoptiui vel arrogati. ⁊ dicunt legitimi tñ̄. qꝛ fm nāz nō sunt filij. ꝫ fm leges dūtaxat. ⁊ isti si sunt emācipati a pr̄e legitimo. in nullo succedūt ipsi pr̄i. ꝫ si nō sunt emancipati: succedūt pr̄i legitimo vnacū legitimis ⁊ naturalibꝰ. De hoc vide s. Adoptio. Quidaz sūt filij legitimi ⁊ naturales vt sūt nati ex legitimo mr̄i° vero vel putatiuo. Et dicūt naturales. qꝛ fꝫ naturā sūt geniti. dicunt legitimi: qꝛ ꝯiūctio parentū est approbata a lege. Isti succedūt parentibꝰ ab intestato. Vñ oībꝰ exclusis ipsi ꝑferunt. vt in aut. de here. que ab inte. def. Et sunt quasi domini viuentibꝰ parentibꝰ. Solum eiū deest eis administratio. ꝓut insti. debere. qua. ⁊ dif. §. ꝫ sui. Et ideo ex consuetudine a lege inducta filij comitum appellant comites. etiam in vita parentum. vt no. xxiiij. q. j. c. si. iuncta glo. Quidam sunt filij spirituales ⁊ legitimi. vt suscepti ex baptismate. vel confirmatione. Et isti in nullo succedunt parentibꝰ spiritua-

libus. Quidam sunt filij naturales tm̄. ⁊ generaliter omnes nati ex coytu possunt dici naturales. Sed aliquis est coytus non approbatus a lege. scꝫ qui a lege nomen non sumit. vt cum consanguinea vel coniugata. vel adultera. vel ex meretrice. vel ex concubina. cum quis habebat plures. vel ex concubina: quaꝫ non habuit ex indubitato affectu. Et hi per legem ciuilem vocantur spurij. Est ⁊ alius coytus: qui est cum vnica concubina retenta in domo. Et isti filij nati ex hoc coytu vocantur per legem ciuilem naturales tm̄ vt patet per Bar. in l. in concubinatu. ff. de concubi. vbi querit. Quid si aliquis habet vnam mulierem extra domum suam. vtrum ista dicatur concubina: adeo ꝙ filij nati ex ea dicantur nati ex concubina? Glo. ibi dicit. ꝙ non. quia requiritur habitatio simul. Istud etiam tenet Cy. dicens. ꝙ in concubinatu requiritur indubitatus affectus sicut in vxore: cuius affectus presumptus inducit ꝓ cohabitationem.

An autem isti filij tam spurij ꝙ naturales succedant parentibus. Dic concludendo dicta glo. in l. si qua illustris. C. ad orphi. ⁊ Bar. ibi ⁊ in l. si gener. ff. de his qui. vt indi. ⁊ Panormitanus in dicto c. tanta. ꝙ spurij qui habent patrem incertum. vt nati vulgo: ex coytu meretriciali qui coytus non est damnabilis scḋm Cy. in dicta l. si qua. qui non accusantur propter vilitatem vite. Isti succedunt matri equaliter cum legitimis. vt institu. de succ. cogna. §. vulgo. Fallit in matre illustri. vt in dicta l. si qua. Patri vero in nullo succedunt. etiam non extantibus liberis. vel coniuge. Si vero est spurius natus ex coytu reprobato. tunc isti tales non succedūt. neqꝫ patri. neqꝫ matri. vt in Autentica. qui mo. na. effi. le. §. fi. Ille autem dicitur ex damnato coytu scḋm Cy. in autenti. ex complexu. C. de ince. nup. qui potest accusari. vt adulterij. stupri. ⁊ generaliter natus ex muliere: quaꝫ quis non potest habere in vxorem ratione consanguinitatis. affinitatis. religionis. vel ordinis. vel alterius matrimonij. seu cum quis habet plures vel etiaꝫ duas concubinas simul. Et hi omnes nec a patre. nec a matre scḋm leges alende sunt. Natus vero ex meretrice alendus est a matre. talis enim coytus licet sit damnabilis in foro conscientie: non tamē in foro ciuili. Idem dicit Cy. de nato ex muliere que seruit in caupona. ⁊ ministrat vina intemperantie: ꝙ alēdus est a matre. vt. l. si ea que. ⁊ l. que aduIterium. C. de adulter. Nati vero ex concubinario coytu succedunt matri cum legitimis. vt in dicta l. si qua. etiam si sit illustris. Et isti succedunt patri ab intestato in duabus vncijs totius hereditatis; dummodo non extent filij legitimi. vel coniunx legitima. vt in Autentica licet parens. C. de na. li. Et scḋm glo. in dicto c. tanta. ⁊ in c. nisi cum pridem. de renunc. hoc procedit etiam de iure canonico. licet Goff. fuerit in contraria opinione. Sed Hostien. tenet primam opinionem quam etiam sequitur Panor. quia in hereditatibus standuꝫ est iuri ciuili. ex quo iura canonicum non disponit in contrarium.

Si autem queras. quare est ꝙ spurij qui habent patrem incertum non succedunt patri sed matri. Glo in dicta l. si qua. dicit ꝙ huiusmodi spurij succedunt matri ⁊ non patri: cum habeat incertum. nam si haberet certum. tunc succederet in duabus vncijs: eo modo quo dictum est. nec huiusmodi spurij succedunt matri: si est illustris. propter tex. in dicta l. si qua. ibi. Illustribus nominari spurios. satis iniuriosum est. Et hoc est quod dicit Bar. in l. ex facto. ff. ad trebel. ꝙ in priuilegijs legitimationis per imperatorem sibi concessis excepit filios spurios illustrium ⁊ spectabilium personarum. Et hoc quia in illis omnibus illa soboles plus abhorretur.

An autem predictis spurijs ex damnato coytu possit aliquid relinqui? Rn̄. Bart. in Autenti. ex complexu. C. de ince. nup. dicit. ꝙ licet de iure ciuili per illam autenticaꝫ huiusmodi spurij sint indigni omni substantia. adeo ꝙ nihil potest eis donari. nec testamento relinqui ab eorum patre. immo nec alendi sunt. Sed de iure canonico secus. vt extra de eo qui duxit in ma. c. cum haberet. Et per hoc dicit se consuluisse: ꝙ vsqꝫ ad sufficientem quantitatem pro alimentis pater potest huic filio spurio relinquere. Et eodem modo filie sue spurie pro dote sua. quia sine aliqua dote non potest aliqui nubere.

Quero an parentes istis spurijs succedant. Rn̄. Bar. in dict. l. si gener. dicit ꝙ eodem modo quo isti filij succedunt parentibus. ita parentes ipsis filijs.

Quero vtrum sit aliquis modus per quem pater possit relinquere filio spurio? Respondeo. Bart. in dicta l. si gener. dicit. ꝙ est vnus clarus. Nam de iure canonico talis filius debet ali a patre. vnde erit modus ꝙ relinquatur sibi tantum ꝙ sufficiat ad alimenta. hoc modo: relinquo filio spurio in vita sua fundum pro alimentis. ⁊ post mortem sit suorum filiorum: quibus potest relinqui. vt. l. fi. C. de natura. li. Idem dico in dote. quia dotis fauor est sicut alimentorum. Et ita dicit de facto se consuluisse. Et hoc. nisi excedat magnam quantitatem. Nam tunc forte presumeretur fraus per l. j. C. de natura. li. Aliuꝫ casum habes. j. Societas q. xxij. vide etiam eundem Bart. in l. si is qui ex bonis. de vul. ⁊ pu. sub. vbi notat ex illa. l. mirabili. ꝙ licet naturalis. vel spurius prohibeatur succedere patri. tamen non prohibetur fratri suo pupillo succedere etiam ex iudicio patris. Casus est scḋm eum de naturali filio in dicta. l. si is. De spurio vero notat glo. in Autenti. qui. mo. na. effi. sui. in fi. coll. vij. que notabiliter dicit. ꝙ si vulgariter substituat: non possit. quia patri heres esse videtur. Si pupillariter pōt. quasi pupilli sit heres. vt in. ff. de pu. sub. §. j.

Quero quid debeat facere scḋm conscientiam ille. in cuius conscientia commissum est de restituendo spurio. Rn̄. Bar. in. d. l. si gener. ꝙ salua rōne theologoꝝ legaliter loquendo: dꝫ dare fisco: ⁊ nō spurio: nec retinere pro se.

An autē ipse spurius teneatur restituere illud quod accepit a patre ꝯ aut. licet. C. de na. li. Intelligo de eo. quod accepit vltra sufficientem quantitatem alimentorum. Dici pōt ꝑ p̄dicta ꝙ restituere tenetur.

Nunquid autem tali spurio ab extraneo possit relinqui. vel dari aliquid quocunq; titulo inter viuos. Glo. in autentico qui. mo. na. effi. sui in fi. dicit ꝙ sic: cum illa lege non ꝓhibeatur. Omnia enim licent que expresse ꝓhibita non sunt. Et per hoc etiam dicit Paulus de castro. ꝙ si pater esset executor vltimarum voluntatum: poterit dare filio suo naturali id quod esset daturus alij pauperi. quia non dicitur dare de suo sed de alieno. Et eadem ratione potest dici. Idem si esset filius spurius.

Quero an filius legitimatus per sequens matrimonium sit legitimus quo ad omnia? Rñ. panormitanus in ca. tanta. qui fi. sunt leg. post glo. dicit ꝙ sic. ac etiam vt succedat in feudum et ius patronatus. Et sic habes inferre ꝙ etiam in materia restringibili appellatione legitime nati, venit legitimatus per sequens matrimonium. Fingit enim legitime natus. prout etiam tenet Iaco. de bel. et Hostien. et communiter docto. Nec ob. c. naturales. in libro feudorum in titulo. si de feudo etc. vbi dicitur ꝙ naturalis et legitimatus non succedit in feudis. sed ille textus intelligitur de legitimato per rescriptum principis. quia cum illa legitimatio sit stricti iuris: tanq̄ dispositio contra ius est restringenda. vt in ca. ꝙ dilectio. de consang. et affi. Sed matrimonium tanq̄ fauorabile purgat omnia precedentia. Item si rescriptum principis potest ipsum habilitare ad feudum. si de hoc fecit ibi mentionem. vt notabiliter vult ibi glo. ergo fortius matrimonium sequens. quod trahit retro et fingitur contractum ante natiuitatem filiorum Et sic sunt isti habendi: ac si legitime descendissent fauore matrimonij. pro hoc bonus tex. in. c. cum in cunctis. de elect. vbi dicitur ꝙ promouendus in episcopum: debet esse legitime nat⁹. et de legitimo matrimonio. et tamen legitimatus per sequēs matrimonium. pōt eligi in epm. vt notat glo. et om̄s doc. in. c. innotuit. de elec.

Vtrum malicia parentis noceat filio et econtra Rñ. ꝙ non nocet quo ad deum. Sed nocet interdum quo ad penam temporalem. lvj. dist. nunq̄. Et vide Directoriam. lib. j. titu. lxxxv. vbi vult ꝙ in quatuor casibus malicia parentum nocet filijs quo ad successionem: etiam si filij sint legitimi. Primus est in crimine lese maiestatis spiritualis, vt crimine heresis. extra de here. vergentis. Secundus in crimine lese maiestatis temporalis. vbi filij non succedunt. vj. q. j. si quis. C. ad. l. iul. maie. quisquis. Tercius quando pater non fuit fidelitatem domino a quo tenet feudum occidendo. vel mutilādo et huiōi. ex̄ de penis in q̄busdam vbi hec notant Ber. et Hostien. Quartus si pr̄. insecutus fuerit cardinalem. vel percusserit etc. filij non habebūt ex eiusdem hereditate. ex̄ de penis. felicis libro. vj.

Queritur quidam habuit filium ex concubina ea dimissa duxit vxorem: ex qua suscepit filios. vxore mortua contraxit cum concubina: et ita legitimatus est filius. d. c. tanta. Consuetudo autem est in partibus illis ꝙ primogenitus succedat patri. vel in toto vel in maiori parte. natus ex concubina vult succedere quasi primogenitus natus ex vxore prima. econtra. quia licet iste primogenitus sit: non tamen primo legitimatus est. sed qui est natus ex matrimonio primo. Queritur quis debeat succedere? Et videtur ꝙ natus ex concubina quia constat ꝙ primogenitus est. et ꝙ legitim⁹ est. Et ꝙ talis filius succedat manifeste ꝓbatur. C. de natura. li. auten. Item si quis. Item talis filius admittitur ad spiritualia. d. c. per venerabilem. Et spiritualia maiora sunt temporalibus. xcvj. dist. duo. Item legitimatio ista: de beneficio iuris prouenit. ergo largissime est interpretanda. extra de dona. cum dilectus. Item cum aliquis ex testamento succedit: sufficit ꝙ sit capax tempore testamenti et mortis. et tempore adire hereditatis Insti. de here. qua. et dif. §. in extraneis. Dic fm Hostien. et Bar. brix. ꝙ qui primo fuit legitimatus. s. de primo matrimonio natus obtinebit. quia non sufficit ꝙ sit primogenitus ad hoc vt patri succedat: quoniam dum erat illegitimus si pater decessisset: non ei successisset. d. c. tanta. Item non debet esse melioris conditionis: natus in fornicatione: q̄ legitime natus. extra de fi. presby. ad abolendam. Hec Directoria. lib. j. titu. lxxxv. Nota Panormitanus in ca. licet. de voto. ꝙ licet in rebus priuatis fiat diuisio regulariter inter filios. tamen in dignitate primogenitus alijs prefertur. Et sic alij sine causa eorum priuabuntur etiam legitima: casu quo patet non haberet nisi dignitatem secularem. Et hoc fuit inductum ꝓpter bonum publicum ne diminueretur dignitas. Esset etiam multitudo principatuū: que est noxia Et fm beatum Ber. meli⁹ est aliorum filiorum dispsio q̄ hereditatis diuisio inter nobiles.

Quero. Posito ꝙ ille: qui est primo natus succedat in regno: quid erit si duo insimul nati sunt et quis succedet? Dices tu. Hoc est impossibile: ꝙ duo infantes simul vno impetu de vtero nisi procedant. vt est tex. in. l. Arethusa. de sta. ho. Dico ꝙ satis est possibile in casu mulieris mortue p̄gnantis: que habeat in vtero duos infantes viuos: si scindatur. Dic ergo. ꝙ cum hic sit magna vtilitas: vterq; succedet. vt. l. in rebus. ff. de consti. princi. Nam si ambo succedent fiet transitus ad pristinum statum. Et sic non videtur mutatio. Nam nō videtur mutatum: quod ad statum suum pristinum reuertitur. vt. l. atilician⁹. ff. de pac. do. Vel dicam ꝙ recurretur ad imperatorem. et expectabitur quicquid dixerit. vt. ff. de. ll. l. nam ad ea. vel fm alios ponentur sortes. A simili que nt Bart. in. l. gallus. de lib. et postu. in. iij. col. Pone ꝙ mulier per duos dies post mortem primi viri accepit scōm et peperit in nono mese. Ita

ꝙ partus potest esse primi viri: ac etiam secundi. Jaco. de bel. disputavit hanc questionem ꝛ dixit ꝙ primo debet inspici cui assimilatur. Si non apparet cui assimuletur. Inspici tunc debet in cuius domo natus est. vt l. si vicinis. C. de nuptiis. Alias nullius filius dicetur. Sed Bar. dicit. ꝙ illud qđ dicit de assimilatione: non placet: quia de cogitatione mulieris tempore conceptionis contingit partum alteri assimilari. vt. l. quereret aliquis. de verbo. signi. ꝛ ibi notatur. Putat ergo Bar. ꝙ prius inspicienda sunt signa conceptionis. vt quando mulier pallet vel fastidit cibos ꝛ similia. Si ista signa non apparent tunc standum est consuetudini mulieris. In quanto tempore consueuit parere. Sed si ista non apparent. tunc esset committendum medicis vel obstetricibus peritis in arte illa. vt. l. j. ff. de ven. inspi. Sed si istud non apparet: recurrendum est ad illud ꝙ frequentius accidit. Vide etiam ad predicta quod notat Bar. in auten. post fratres. C. de leg. here. ꝙ filij succedunt in locum patris sui tantum. quando tractatur de successione patrui vel aui. vt in autenti. In successione. C. de suis ꝛ legi. Si tractatur de successione aliorum. secus vt in di. auten. post fratres. Et ex hoc potest dici ad questionem que fuit inter regem vngarie. ꝛ regem Robertum. Rex vngarie fuit filius Karoli martelli qui erat primogenitus. Rex Robertus erat sequens post eum. Querebatur vtrum regnum debebatur filio primogeniti vel regi Roberto: qui nunc nitebatur primogenitus legitime. Et certe dicit Bar. ꝙ cum regnum Apulie sit feudum ecclesie romane non habet a iure successionem. Sed ex concessione dominica ideo cum non tractetur de successione aui vel patrui. Ille nepos non assumit locum patris sui. vt dicit Auten. post fratres. Merito debitum fuit regi Roberto.

Queritur. An filius legitimatus per rescriptum principis succedat cum alijs filijs etiam naturalibus hec questio formatur per legistas in. l. ex facto. ff. de vul. ꝛ pu. Puta quidam habens filios naturales tantum: fecit eos per principem legitimari: tractu temporis duxit vxorem: ex qua suscepit filios legitimos. Dubitatur. nunquid filij legitimati debeant pariter succedere cum filijs legitime genitis. Dubium facit: quia cessante causa priuilegij: cessat ipsum priuilegium. xvj. q. j. generaliter. Et hanc opinionem sequitur Hy. Contrarium tenet Ray. de for. quem sequitur Bar. in di. l. ex facto. per regulam. Factum legitime. de re. iur. li. vj. quia ex quo legitimatio fuit perfecta non debet ex facto superuenienti retractari. Idem tenet Panormita. in. c. per venerabilem qui filij sint legi.

An autem ingratitudo sit sufficiens causa reducendi legitimatum ad illegitimationem. Bal. tenet ꝙ aut sumus in rescripto principis: legitimationem inducente. aut sumus in legitimitate per sequens matrimonium vt primo casu sic. secundo non. vt in. c. si filij nati. si de feu. fu. contro. in vsi. feu. Idem Lud. ro. in singularibus suis.

Quero an filius spurius dicatur de familia patris. Non. Bar. in. l. Item in potestate. ff. de his qui sunt sui vel ali. iur. dicit ꝙ filius naturalis tantum: non est in potestate patris: nec spurius. imo nec dicitur filius: vt in auten. q. mo. na. effi. sui. §. fi. Et hoc facit ad statutum: dicens. ꝙ si quis caperet aliquem de aliqua familia. vel de eorum filijs ꝙ habeat mille. Captus fuit quidam basthardus. Dico ꝙ capiens non debet habere premium: quia spurius non dicitur filius. Et vide ad predicta quod notat idem Bar. in. l. ex facto. §. ex facto. ff. ad tre. vbi querit. An nati post deportationem patris sint in patria potestate. ꝛ an vocentur legitimi. Et dicit ꝙ per deportationem: pater perdit ea que sunt iuris ciuilis. vt. l. quidam. ff. de penis. sed patria potestas est de iure ciuili. vt insti. de pa. po. in prin. Et isti nati post deportationem sunt legitimi quia matrimonium durat vt. l. j. C. de diuor. ꝛ sic dicit Jac. de are. habes casum in quo filij nascuntur legitimi: ꝛ non sunt in potestate patris.

Quid in bannitis nostri temporis. Jac. de are. dicit notabile verbum: ꝙ exbanniti perdunt propria ea que sunt iuris ciuilis propria illius ciuitatis vnde sunt banniti. ꝛ hoc intellige dicit Bar. vbi est in illis exbannitis: quibus ciuitas bellum indixit vt possint impune offendi. vt. l. amissione. ff. de capi. di. iura autem communia non perdunt. Bar. tamen in d. l. amissione. dicit ꝙ ad hoc vt talis exbannitus perdat ea que sunt ciuitatis illius. duo requiruntur. s. ꝙ fuerit inobediens ꝛ aufugerit ab illius imperio. cui subest. ꝛ sic est exbannitus. Item ꝙ in hostium numero se conferat. ꝛ ista duo ponuntur in. d. l. amissione. Conferre autem se in numero hostium intelligo vbicunque est talis exbannitus: qui per formam statuti potest impune offendi. Nam cum statutum permittit eum offendi impune indicit sibi bellum. Et habet eum pro hoste. vt in. l. hostes. ff. de capti. Sed si esset bannitus: non tamen haberetur vt hostis. nec posset offendi ex forma statuti. tunc non dicerem eum perdidisse ea que sunt ciuitatis sue. Et ex predictis sequitur decisio multarum questionum: de quibus consueuit dubitari. An exbannitus possit facere testamentum. An possit institui ꝛ an succedat ab intestato ꝛ similia. Nam si loquimur de exbannito qui non potest offendi impune: non est dubium quin nihil perdit. Si de alio. Et tunc si quidem vellet facere testamentum: vel instituere in testamento valido tamen secundum statutum illius ciuitatis sue cuius iura perdidit: ꝛ non valeret. Sed si faceret de iure communi valeret. quia iura communia non perdit. Eodem modo: si hereditas ab intestato delata sit secundum formam illorum statutorum non capit. Secus si de iure communi.

An autem exbannitus equiperetur deportato. Bar. in. d. l. amissione. dicit ꝙ in quadam questione disputata per eum Pis. que incipit. Lucane ciuitatis. Sic determinauit. ꝙ ille qui est exbannitus imperij: comparatur deportato. ꝛ perdit ea que sunt iuris ciuilis vt in dicta. l. amissione. Sed ille qui est exbannitus alicuius ciuitatis. vel regni non perdit ea que sunt iuris ciuilis: ciuium romanorum: sed ea que sunt propria illius ciuitatis: vel regni. Hec Bar. in dic. l. amissione. Et per hoc ꝙ isti exbanniti alicuius ciuitatis non perdant iura communia. dicit Bar. in. d. l. ex facto. ꝙ filij nati post bannimentum faciunt deficere conditionem fideicommissi.

Quid autem in deportato. Bart. in dict. §. ex facto: dicit per illum §. q̄ filij concepti ante deportationem faciunt deficere conditionem fideicommissi relicti: si decessent sine liberis. Secus si post concepti fuerint. Hoc intellige: expectata morte naturali ipsius deportati. Addit etiam Bar. in l. tutelas. ff. de capi. di. q̄ licet exbannitus perdat iura ciuitatis sue: q̄tum ad suum commodum: non tamen hoc quo ad suum incommodum: quin obligetur ex his que postea facit. & licet non possit conueniri pro gestis antea. Secus pro his que geruntur postea. Vide etiam Bart. in l. tutelas. ꝑalle. vbi querit. Pone statutum dicit. q̄ nobilis de patrimonio puniatur in plus q̄ popularis delinquens. Querebatur. vtrum bastbardus diceret nobilis de patrimonio. Quidam allegabant illa iura que dicunt q̄ basthardus nō dicitur de familia. vt. l. pronunciatio. de verbo. sig. & insti. de leg. ag. suc. §. vulgo. Sed Bar. dicit q̄ dicte leges nihil faciunt. quia disponunt per nomen iuris. vt est agnatio & similia. Sed statutum predictum disponit per noīa naturalia: que ita cadūt in basthardum: sicut in legitimū. Nomina vero familie. sunt nomina ciuilia. que non cadūt in basthardum: vt dicta. l. tutelas. et intelligitur nobilis de patrimonio. i. de nobili patre natus: in quo non attendit patria potestas.

Sed quid si statutum dicit. Omnes de tali domo. An contineat basthardus. Et dicit aduertendum: q̄ hec appellatio: de domo sine basthardus sit iuris ciuilis: vel naturalis. Et q̄tum ad ꝓpositum est iuris ciuilis. quia appellatio naturalis apud omnes est vniformis: vt pater & mater &c. Appellatio vero ciuilis est difformis s̄m diuersitatem gentium ciuitatum. vt in l. omnes de iu. & iur. Sed hec appellatio de domo: assumitur diuersimode. Nam quandoq̄ domus assumitur ꝓ agnatione vt. l. cum vnus. ff. de alimen. le. & ff. ad sill. l. j. Quandoq̄ assumitur domus pro omnibus habitantibus in eadem domo. vt. C. ne. li. po. l. j. Item hec videmus hodie consuetudine inductum in quibusdā locis: q̄ dicantur de eadem domo omnes qui portant eadem insignia seu arma. Et qui volunt diuidere domum diuidūt insignia: seu arma. est q̄ hec appellatio ciuilis.

An autem hec appellatio cadat in basthardum. Rn̄. s̄m diuersos modos intelligendi potest cadere. & non cadere. Aut enim accipis eandem domum pro eadem agnatione. & in eum non cadit vt supra. Aut accipis eandem domum pro omnibus descendentibus ex eodem sanguine. Et tunc in basthardo caderet. Et de hoc videt tex. in dic. l. ꝓnunciatio. Aut accipis eandem domum pro omnibus habitantibus. Et tunc sit vel nō sit basthardus: nō attendit: q̄ solum habitatio. Aut accipis eandem domum ꝓ omnibus qui portant eadem insignia. & s̄m hoc posset cōprehendi. vt notat ꝑ p̄dictas leges.

An autem nomine liberorum veniant naturales. Glo. in clemen. vnica de baptismo concludit q̄ non. Pau. vero distinguit q̄ aut a lege profertur verbum filij. Et tunc intelligitur de iusta sobole. Aut ab homine. Et intelliguntur naturales: nisi coniectura dignitatis sit in contrarium. vt notatur. C. de insti. & substi. generaliter. vbi apostilla. Jac. de are. dicit q̄ aut filij naturales nascunt in facie matrimonij. Et comprehenduntur nomine filiorum. Aut non nascuntur sub velamine matrimonij: hoc est s̄m formam. c. cum inhibitio. de clan. despon. Et tunc nō comprehendunt. Hec Car. in dict. clem. vnica. Addit etiam glo. in dict. clem. vnica. q̄ appellatione liberorum cōprehenduntur nepotes ex filijs & alij descendentes. ff. de verbo. sig. liberorum. Secus si dixisset filij. Appellatio enim filiorum regulariter non comprehendit nepotes. insti. q̄. da. tu. in te. pos. Idem Pau. & Car. in. d. de. vnica.

Furtum est cōtrectatio

Furtum est cōtrectatio rei aliene fraudulosa: inuito domino lucrifaciendi gratia: siue ipsius rei: siue etiam vsus possessionis ue. ff. e. l. j. Sūmiste tamen addunt mobilis & corporalis. Contrectatio ponit in dicta diffinitione: quia sine ea non est furtum etiam si interueniat voluntas vel verbum. Rei aliene dicit: quia in re ꝓpria non cōmittit furtum. Intellige nisi alius habeat in re aliquod ius Puta. ille cui erat res pignorata vel cōmodata. Mobilis & corporalis dicit. quia in reb⁹ immobilib⁹ vt in agro vel in incorpalib⁹. vt sunt actōes & futures: non cōmittit furtum: eo q̄ talia non p̄nt cōtrectari. Fraudulosa. dicit: quia si aliquis credebat rem esse suam que nō erat. vel si erat sua: credebat q̄ etiam ab eo qui habebat ius ibi: posset accipere: non cōmittit furtum: licet al's teneatur. Inuito domino. dicitur: quia si credebat dominum permissurum: & suberat iusta causa credendi: non tenetur. Secus si non suberat. ff. e. si is qui rem. In dubio tamen presumitur dominus inuitus. l. qui vas. §. vetare. ff. eo. Et dicitur dominus inuitus etiam si videat rem auferre: q̄uis non contradicat. ff. e. l. penul. Et ibi videtur colligi hoc esse verum. quando ratione timoris. vel verecundie nō contradixit. Al's non contradicendo cum potuerit: videtur consentire. lxxxij. dist. error. Si autem putauit facere inuito domino. & tamen dominus vult. Furtum quidem facit q̄tum ad intentionē. sed non tenetur ad restitutionem. nec dominus potest petere: obstante sua voluntate. ff. eod. inter omnes. § penul. Vide tamen Bar. in l. Item q̄rit. ff. loca. vbi dicit. q̄ si scholaris retinet ratiocinium post tp̄us cōductōis vel recōduxisse: si ille rōcin⁹ erat cōsuetus dari ad vecturam. Sed si accepisset vnum pulcrū parafrenum quem dn̄s non dedisset nisi ꝓ modicis dieb⁹: tunc faceret furtum. nisi crederet dn̄m pmissurū. d. l. inter. Lucri faciendi gr̄a dicit. q̄ si aliquis alienam ancillam rapuerit. non cā lucri s̄z libidinis: non cōmittit furtum. ff. eo. verum. l. a. ij. Ipsius rei vsus possessionis ue. q̄ non solum cōmittit furtū. q̄ rei dn̄ium vult sibi lucrari. s̄z etiā q̄ vult in re ipsa lucrari vsum & possessionem. l. di. q̄ saccum.

Due sunt spẽs furti. Aliud manifestum: cum quo deprehendit fur. prius q̃ veniat ad locum destinatum. Aliud non manifestum. cum quo non deprehendit. ff. e. l. ij. ⁊ iij. Item nota. q quedam remanent in nomine generali. Quedam in spãli. velut sacrilegium: qd est furtum rei sacre seu non sacre. sed de loco sacro. Peculatus: qd est furtum de republica. xxiij. q. iiij. quid ergo. Abigeatus qd est furtum. qñ q̃s dispgit gregem ⁊ inde furat. ff. de abi. l. j. Plagium: qd dicit furtum hominis. s. qñ quis scienter liberũ hoiem vendit vel emit. vel donat. ff. de pla. l. j. ⁊ iij.

Quomodo autẽ cognoscet plagiarius a fure? Rñ. Bar. in. l. nõ statim. ff. ad. l. fa. de pla. de mẽte Azo. dicit q aut habet animum celandi domino. Et tunc dicit plagiarius. Aut non habet animum celandi domino: ſ; tm̃ sibi vult habere. Et tunc non est plagiarius: sed fur. vt dicta. l. nõ statim. Et hec opinio cõmuniter tenet. Notat etiam idem Bar. p. l. si liberũ. e. ti. q emptor ⁊ venditor liberi hominis tenet illa. l. fauia. Idem qui sciens liberũ hominem donauerit vel in dotem dederit. Idem si permutauerit. d. l. iiij. Et per hoc querit Bar. ibi. Quid de cardinalibꝫ. vel magnis dominis qui vnum nanum. vnum cantorẽ. vnum fatuorẽ sibiinuicẽ donant. An incidant in hanc l. Dicit q non. quia nõ donant eos vt illos sua libertate puent; ſ; donant: vt ita sint liberi. ⁊ libere stent apud alium: sicut stabant libere apud donantem. Et sic illo volente. Et sic eum non faciãt dolo non tenet. d. l. Similiter qui liberũ hominem celat ⁊ subtrahit: dicit plagiarius. Et dicit q tempore quo erat in studio. fuerunt aliqui condemnati lege fauia. ex eo q vnum iuuenem subtraxerant.

Qua autem pena puniat̃ p. d. l. fauiam. Hec si est nobilis: ɔdemnat in metallũ. si ignobilis gladio. Si fauus vel libertus bestijs subijcitur. vt. C. eo. l. fi.

Quid siquis ꝓpter necessitatem famis. aut nuditatis furatus fuerit cibaria. vestem vel pecus. Rñ. Dire. li. ij. q non tenet dum tamẽ fuerit nimia necessitas nuditatis. vel famis. nec penitentia imponit. de conse. di. v. discipulos. nec furtũ ɔmittit. quia furtum non cõmittit sine dolo. qui hic esse non potest. quia in tanto periculo reduci debet ad ius naturale qd vult omnia esse communia. Insti. de iu. na. gen. ⁊ ci. Et debet credere dominum ꝑmissurum. Quis non permittat. Sed si esset modica necessitas non excusatur sed tenetur reddere. vel tribus ebdomadis ieiunare. extra eo. si quis.

Pone. q̃s furatus fuit in extrema necessitate. postea deuenit ad pinguiorem fortunam. An teneat ad restitutiõem. Rñ. Dire. q non. maxime si talis res sit ɔsumpta. p no. in. e. suggestũ. de deci. vbi habet: q vbi res habet perfectionem suam. nec ɔtinet actum successiuum: non reuocat: licet postea cesset cã talis rei. Sic in ꝓposito: licet in isto cesset cã; tamẽ quia semel huic de iure naturali acq̃situm est ius ꝑfectum in re capta. ſ; cesset cã. pura. extrema necessitas non. ꝓpter hoc obligat ad restitutionẽ. Hoc idẽ tenet Sco. in. iiij. Et videt cõis opinio. licet panor. ꝯ.

Sed quare non excusat eodẽ mõ mulier a fornicatione ꝓpt famis necessitatẽ sicut a furto. Rñ. Direc. vbi s. q ꝓpter necessitatem res facta est cõmunis. Et quia ius naturale subuenit. ⁊ excusat ratio naturalis. Sed fornicationi ius diuinum ɔdicit ⁊ accusat turpitudo. ⁊ error ꝓueniens ex peccato. imo potius debet omnia mala pati: q̃ peccato ɔsentire.

Item querit: quare excusat q̃s ab homicidio ꝓpter necessitatem sue defensionis. vt in c. de. si furiosus. de homici. Et non excusat mulier a fornicatiõe. Rñ. Dire: vbi s. q is q̃ aliũ aggredit aĩo occidẽdi nisi occidat: ipse q̃ñ ammõ se occidit. ſ; mulier improba nõ defendit se ſ; impugnat. vt; ex de eo q̃ eo. vxo. e. iordane. iõ cum mulier peccet voluntarie non excusat.

Quid si q̃s remvsurario vel auaro furat. vt inde elẽmosinam faciat. Rñ. fm Ray. talis furtum vel rapinam ɔmittit. q: nõ sunt facienda mala vt veniant bona. In casu tñ in quo periculum imminet ꝑsone. nec posset aliter subueniri: posset etiam aliq̃s fm Tho. occulte rem alienã accipe vt subueniat ꝓximo sic indigenti.

Quid siquis furet vt restituat dño: ⁊ hoc faciat. Rñ. fm Hosti. talis videt excusatus. ar. ff. depo. bona fides. Nam etiam vtiliter gerit negocium furis. ergo cogitur ratum habere. ff. de neg. gest. ſ; an vltro.

Qui rem alienã inuenit: nisi publice denũciet rẽ inuentã: vt ille cui⁹ est inueniat eã furtũ ɔmittat. ff. d fur. l. falsus. §. q̃ alienũ. nisi accepit eo aĩo vt dño restituat.

Quid d thesauro inuẽto. Rñ. si q̃s inuenit thesaurũ in loco ꝓprio. statim fit inuentoris. Si vo in alieno: casu fortuito inuenit: dimidi⁹ est inuentoris ⁊ dimidi⁹ dñi loci. Si vo studiose quesiuit ⁊ inuenit eum in loco alterius totus erit dñi loci. Si aũt ĩ sacro vel religioso loco: casu fortuito ĩuenerit thesaurũ totus erit inuentoris. Sʒ si in loco publico fisci. vel ciuitatis inuenit. dimidius eius erit. ⁊ dimidius fisci. vel ciuitatis. Insti de re. di. §. thesauros. hec notat Io. xiiij. di. q. v. si q̃d inuenisti.

Querit an in volucribꝫ ⁊ animalibꝫ. ac piscibꝫ committatur furtum. Rñ. Directo. vbi s̃. q volucres ⁊ pisces ⁊ hmõi quia in nullius bonis sunt ⁊ que vadunt quo volunt. ideo naturali ratione capienti conceduntur. Nec distinguitur vtrũ predicta quis capiat in suo fundo vel alieno licet is qui alienum fundum ingreditur. venandi aut aucupandi gratia: posset a domino fundi ꝓhiberi ne ingrediat. ⁊ est capientis. q̃diu sua custodia cohercet: ſ; in libertatem reddit. qñ oculos effugit capientis. dicta insti. §. fere.

Sed quid si bestia fera sit ita vulnerata vt capi possit. Rñ. qui supra statim esse intelligit vulnerantis. dum tamen eam persequatur. qui si desierit persequi: desinit illius esse. ⁊ rursus fit occupantis.

Apum vero et pauonum et columbarum natura fera est: licet ex consuetudine aduolare et reuolare soleant. Et ideo tm̄ reputantur sub dominio alienius: q̄diu sunt in loco eius. Verū si quis aucupet examen apum in arboribus cuiuscunq; et etiam fauum. furtum non committitur: licet dominus arboris possit ingredientē prohibere: nisi examen fuerit in suo alueo recolectum: vel ipsum persequatur. sicut de pauonibus et columbis dicta in .§. apum.

Quid de ceruis. cuniculis et alijs feris: que habent de consuetudine ire et redire ad certum locū. Respondit qui supra. q̄ talis regula approbata ē et eius vsq; adeo esse intelligantur q̄diu habeant animum reuertendi et non vltra. Et animum reuertendi videntur desinere habere: cum reuertendi consuetudinem deseruerint: dicta institu. §. ceruos. Si autem sunt inclusa in pratis: vel in alijs locis: furtum committeretur. Et idem de piscibus. arg. dicto. §. apum. Fere autem priuate: seu mansuete: vt galline. anseres. et huiusmodi. q̄ etiā aliquo casu turbate euolauerint: et a conspectu domini sui effugerint. quocunq; loco sunt domini sui esse intelligunt. et qui animo lucrandi retinet: furtū committit. d. insti. §. gallinaz.

Quid de lignis: que vis fluminis impulsit in agros aliquorum. An rapiens ea committat furtum? Respon. Fede. consilio. cvij. dicit q̄ vulgare est laicorum: lucrifacere ligna et alias res quas fluminis impetus impulit in agros eorū. Quod tibi non videtur verum: nisi habeantur pro derelicto: nec fiunt occupantium. immo furtum committit qui talia occupat ff. de acquirē. re. do. l. quaratione. § si. nec ius presumit q̄ habeantur ꝓ derelictis: nisi per qualitatem rei et actus. vel aliter de voluntate domini appareat cum nemo presumatur iactare suum. Et communis consuetudo: q̄ occupans lucrifaciat videtur expresse reprobata per legem. ff. ad. l. ro. de iact. l. de precario. et ibi notat̄ in glosa. Et licet ibi loquatur de rebus iact̄ causa nauis alleuiande: tamen idem videt̄ in istis flumine ablatis: cum parum differant ab illis iactis: cum non interueniat factū hominis: sicut in illis iactis.

Sed quid habet dominus fundi facere infra quem appulerūt tales illate res. Et satis videtur q̄ sufficiat denunciare dominis: q̄ tollat vel ꝓ derelicto habeat. Et casu quo dominus vel alius ꝓ eo non apparet: videtur sufficere libellum publice proponere. Et si infra tempus statutum a iudice non fuerint alleuate: tunc pleno iure accipiat. Et si non vult conseruare: et suum fundum impeditum vult euacuare: potest proijcere. Crederem tamen q̄ si dominus taceat: nec per se. nec per alium vadat perquirendo: q̄ videatur eam pro derelicto habere. et occupanti concedatur. et videtur textus ff. ad. l. ro. de iact. l. qui leuande. in principio. videtuer enim illa. l. statum sibi necessitatē imponere perquirendi res amissas. Alr̄s si taceat: prima p̄sumptio q̄ erat q̄ nō dimiserit derelinquendo tollitur per vltimaz scilicet. negligentie non perquirendo. Hec Feder. Vide etiam Panor. in. c. cum dilecti. de accu. vbi dicit. An quis debeat presumere q̄ proijciens habeat rem pro derelicta: vel ne: recurrendum est ad cōiecturas. Si enim quis proijcit librum apertum in mari: presumēdum est q̄ animo derelinquendi. Secus si clausum et pannis inuolutum. et sic de similibus. Addit etiā vnū singulare de mente Barto. in. l. falsus. ff. de fur. q̄ si quis inuenit rem alterius. et non reperiat dominum. si putauit eam rem esse ꝓ derelicta. licet nō esset. potest eam vsucapere. ff. pro derelicto per totū. Si autem hoc non putauerit. Si tunc nō reperit dominum: facta; proclamatione debet eam dare pauperibus.

Vtrum in re parua committatur furtum. sicut magna? Rñ. sic. quia in furto non quod ablatum est. sed mens furātis attendit̄. xiiij. q. vj. c. vltimo. Et hoc intelligendum. quando voluntas est talis q̄ etiam maiora subtraheret. vl̄ qñ ex ablatiōe parue rei dñs intelligit̄ grauari.

Quicūq; vtit̄ re apud eum deposita: vel re ei cōmodata; ad alium vsum vel vtit̄ pignore cōmittit furtum.

Quid si mulier fecit furtum: siue ante matrimonium siue post. et vir participauit. aut vir fecit. et vxor participauit. Nunquid liceat vxori de rebus cōmunibus satisfacere? Rñ. fm̄. ꝟꝟ. vbi est de cōsuetudine regionis: q̄ vir et vxor cōmunicant sibi credita et debita ex contractu vel maleficio. et res furtiua adhuc existit in potestate eorum. vxor potest illam restituere. etiam contradicente marito. Idem forte esset dicendum: si inter eos nō esset talis cōmunio. Nam quicunq; habet rem furtiuaz debet illam dño restituere. C. e. l. in eiusdem. Si autem consumpta est. potest vxor si exp̄sse vir nō contradicit negocia mariti gerendo. et se liberando. extimationem restituere de cōmunibus bonis. Prohibente autem marito. non credo q̄ debeat facere huiusmodi restitutionem. cum nō habeat administrationem rerum. sed maritus. Si tamen restitueret de bonis cōmunibus bona fide. non credo q̄ esset ei iniungenda pnīa quasi ꝓ mortali: si hoc faciat latenter: et sine aliorū scandalo.

Contra quem dat̄ actio furti? Rñ. fm̄ Hosti. contra furem: etiam si impubes sit; dummodo sit doli capax. ff. e. l. impuberem. Pater etiam agit cōtra filium suuz. si peculium castrēse habeat. alr̄s nō esset iudicium inter eos. ff. eo. l. ne cum filio. Eodē modo aget filius si pater ei aliquid surripiat de peculio castrensi. Item vir contra vxorem. vel econtra nō agit furti. matrimonio constante. sed datur actio in factum. Sed qui ei opem tulerit. furti tenetur. ff. eo. si quis vxori. Item datur actio furti cōtra eum. qui dedit opem. vel consilium ei qui furtum fecit. ff. eo. si is qui.

Que est pena furti? Rñdet̄. q̄ quando agitur criminaliter. scz ad penam corporalem. licet fm̄ iura fur nō sit suspendendus. vel demembrandus. sed aliter puniendus; puta fustigandus. vel exulandus. tamen hodie in multis locis etiaz simplex fur suspenditur de cōsuetudine. quam facit rationabi

lem necessitas pacis omnis. ⁊ frequens incorrigibilitas. Si autez agatur ciuiliter: pena furti manifesti ē quadruplum. Nō manifesti est duplum vt insti. de ob. que ex deli. na. §. pena. ⁊ ibi patet q illud duplum: seu quadruplum exigitur vltra rez sublatam. Et hec pena potest peti etiam post annum. Et si aliquis egit criminaliter: potest iterum agere ciuiliter et econuerso. C. quando ci. act. pre. cri. l. vnica.

Quero si aliquis cōmisit hic furtum: ⁊ cum ipsa re furtiua transtulit se postea ad alienū territorium. Nunquid possit puniri p illum iudicem: vbi reperitur cū re furtiua? Rñ. Panor. in c. j. de rap. dic. q vsq3 ad tpa Bar. Cōmunis opinio erat. q nō: q2 ex assidua ɔtractatōne: nō oritur noua actio furti. Sed Bar. in l. si dominū. ff. de fur. tenet ɔtrariū. Sicut enī ex interuentu noue psone oritur noua actio furti. vt in. d. l. si dominū. Ita ex ɔtractatione noua: facta in nouo territorio. Et p illaz opinionem Bar. plurimi homines sunt suspēsi. Sz moderniores adhuc dicunt: q de stricto iure illa opinio Bar. non pcedit. Franc. tamē ꝑ de are. illam opinionē fuit secutus. Sz non Accur. hec panor. vbi supra vide etiā eundem panor. in c. j. de pe. is. vbi dicit de mente Bar. in l. si cui. in fi. ff. de accu. q si quis ɔmisit plura delicta in vno loco. ⁊ in hoc territorio aliud: vel illud reiterauit nō potest hic puniri p delictis alibi ɔmissis: vbi alia ratōne hic sortiatur forum. Sed pena bene potest aggrauari ex delictis alibi ɔmissis. Exemplū in fure qui ɔmisit diuersa et varia furta in vno territorio. nūc in alio territorio ɔmittit vnū furtum: tūc q2 habito respectu ad alia potest dici famosus latro: poterit suspēdi vbi commisit tm̄ vnum furtum tanq̄ famosus latro. l. capitalium. §. famosos. ff. de pe. licet directe non possit ibi puniri pro delictis alibi commissis. Nota fm̄ directorium li. ij. ti. xiij. q ad vsucapionem quatuor requiruntur. Primo. q res non sit viciosa: nec furtiua et huiusmodi: nec liber homo: nec res sacra vel religiosa possunt vsucapi: nec decima: nec prescribi. Item nec seruus fugitiuus. vt insti. de vsuca. §. sed aliquando. et se. Item nec via publica: nec aqueductus. ff. de vsucapio. l. vsucapionem. C. de aqueduc. l. diligenter. lib. ij. ff. de via pub. l. viam publicam. Secundo requiritur. q ille qui vsucapit habeat bonam fidem. id est q credat venditorem esse dominum: vel habere ius distrahendi. ff. de verbo. signi. l. bone fidei. Nota tamen q ignorantia iuris non excusat: vt quis sit bone fidei. ff. de vsucapi. l. nunq̄. Et requiritur fides bona et continua in pncipio. medio et fine. Alis quicquid dicant docto. vsucapio non procedit: vt prescriptio. Tercio requiritur. q res tradatur: vel quasi. quia possessio nō acquiritur sine traditione vel quasi. C. de pac. l. traditionibus. Quarto requiritur iustus titulus verus: non putatiuus. nec falso. C. de vsucap. pro herede. l. finali. Et nota q in vsucapione requiritur tempus trium annorum. Que quidē fuit introducta pro bono publico: ne dominia rerum sint incerta. ff. de vsucapio. lege prima. Et omnia que possunt prescribi: possunt ⁊ vsucapi. nisi quis in rebus mobilibus ē vsucapio. Prescriptio in immobilibus. Prescriptio aūt retinet nomen suum generale. vsucapio antez transit in nomen spāle: qd vocatur vsucapio. Sile habes s. Adoptio.

Quid si quis furet christianos detentos a paganis: vt eos liberet? Rñ. fm Ray. ⁊ Hosti. si est tēpus guerre: in nullo tenet. xxiij. q. ij. dñs. Si vo est tps treuge. tenet ipsi pagano restituere. non hominem ꝓpter periculum anime. sed extimationē. Similiter tenet de alijs ablatis: vt. xxiij. q. j. noli. Tamen hoc casu dicit Ray. ipsum furātem nullo modo peccasse q̄tum ad hominem quem furatus est si rectam habuit intentionem: dummodo alis satisfaciat. Quidam tm̄ dicūt. q etiam ad nullam satisfactionem tenet. qm̄ paganus christianum iniuste detinebat. quod est regulare; vt in Rubrica. C. ne xpi. man. hr̄. vel pa. vel iu. ha. vl' pos. ⁊ in l. vna ibi posita. Si tamen pagani compellerent eum ad circumcisionem: vel ydolatriā: vel aliquod mortale peccatum. tunc ille penitus liber factus est. ⁊ sic furādo eum non peccat.

Nunquid christiano qui detinetur a saracenis liceat furari eis? Rñ. fm Hostiē. Si iste xpianus, dum esset treuga. frangeret eam: ⁊ sic erat in culpa et fuit captus: nec ei imminet periculum necessitatis. non licet furari. sed tenetur ad restitutionem. Nam talis iuste detinebatur. Si autez iniuste detinebatur. vt quia tēpore belli captus est. vl' imminetat necessitas. nō tenet ad restitutionem.

Gloria vana.

Vtrum appetitus inanis glorie: sit peccatum mortale? Rñ. fm Tho. scda scde. q. cxxxij. pot eē mortale dupliciter. Primo ratiōe materie. cū quis gloriat de aliquo falso. quod contrariat diuine reuerentie; vel cum quis bonum temporale. de quo gloriatur prefert deo. Seu cum quis prefert testimonium hominum testimonio dei. videlicet cum quis verecundatur confiteri. seu sequi quod deus p sacram scripturam docet. ꝓpter contrariam hominum opinionem. contra quos dicitur. Qui me erubuerit ⁊c. Secundo modo ex parte ipsius gloriantis. qui intentionem suam refert ad gloriam. tanq̄ ad vltimū finem. ad quē ordinat etiā virtutis opa. Et p quo non ꝑtermittit etiam que sunt contra deum. His ergo modis est mortale. Aliter non.

Gratia.

Nunquid gratia p summum pontificem facta. expiret per eius mortem etiaz re integra? Dic. q aut gratia est facta ⁊ perfecte concessa per romanum pontificem. Et tunc non expirat per eius mortem. licet executio dicte gratie nondum fuerit complete facta. Aut gratia nondum est facta. sed facienda. Et tunc expirat p eius mortem. Et de primo membro casus est singularis. in. c. si sup. de offi. dele. lib. vj. De secundo est tex. clarus. in. c. si cui. de ꝓben. lib. vj. Et ibi de hoc est glo. singularis: que cōcordat ꝯ dictos duos tex. qui vident cōtrarij.

Quid de illo qui ꝓpter numerum filiorum datus sibi fuit immunitas licet postea aliqui de numero illo pecierint. Et lunq̄d durabit immunitas. R. Jo. an. in regula decet. de re. iu. in. vj. in mercu. dic ꝙ multos doc. solēnes in facto fuit ꝯsultū. ꝙ duret talis immunitas.

Gratia nō reuocat᷑: quando ius est alteri quesitum. et sic intelligitur regula. Mutare. de re. iu. in. vj.

Gula. Utrū sit pctm̄ mortale? Rn̄. fm Tho. scda scde. q. cxlviij. ꝙ si delectatōni gule inhereat hō tanq̄ fini: ꝓpter quem deū ꝯtemnit parat᷒ eē contra precepta dei agere: vt delectatōnes hmōi assequatur. sic est pctm̄ mortale. Si vo in gula sit inordinatio fm ea q̄ sunt ad finē: vtpote. q᷑ nimis cōcupiscit delectatōes ciboꝝ: n̄ ꝓpter hoc nō faceret aliqd ꝯtra legem dei: sic est veniale.

Que sunt gule? Rn̄. Greg. xxx. li. moraliū ponit quinq̃ species que notant᷑ in hoc ver. Prope. laute. nimis. ardenter. studiose. de conse. di. v. Quinq̃ modis.

Hereditas. Quid est hereditas. Bar. in Rica. de acqui. her. dicit ꝙ hereditas nihil aliud ē. q̄ successio in vniuersum ius: qd defunctus habuit. vt l. nihil. de ver. sig. Et isto mō sumpta est de iure ciuili romano. z. tm̄. dis. j. §. ius quiritū. z nulli᷒ alteri᷒ gentis. Et hoc apparet: q᷑ deportati qui nō sunt capaces eoꝝ: q̄ sunt iuris ciuilis: nō sunt capaces hereditat᷑. vt l. j. C. de hē. in. Et ex hoc infert᷑. ꝙ in foro ꝯscīe heres nō tenet᷑ ad debita vltra vires hereditatis: q᷑ in foro cōscie nō sumit᷑ hereditas isto mō quo sumit᷑ de iure ciuili. Et ideo si tenet᷑ nisi q̄ten᷒ patiunt᷑ facultates hereditatis. Et fm Bar. in l. gent. de acqui. her. post glo. ibi singularē dicit. ꝙ ad adeundā hereditatem sufficit anim᷒ q̄litercunq̃ declaratus quod vnq̃ sit illud: siue factū. siue nō factū: siue dictum siue scriptū. Et diuidit᷑ ista hereditas in. xij. ptes. que appellant᷑. xij. vncie. Et habent ista nomina. Sextans. id est sexta pars hereditatis. s. due vncie. Quadrans. id est quarta pars. s. tres vncie. Triens. id est tercia pars. s. quatuor vncie. Quincuns id est quinq̃ vncie. Semis. id est medietas hereditatis. s. sex vncie. Septons. id est septem vncie. Bes. id est octo vncie. Dodrans. i. nouem vncie. Dextans. i. decē vncie. Deuns. i. xj. vncie. As. qd signat pondus. xij. vnciaꝝ. licz aliq̄n. As: assis ponitur ꝓ obolo. vn̄ ver. As obolus. pondus. As ē possessio tota. hec ꝓbant᷑. insti. de here. insti.

Bona defunctoꝝ ad heredes deuoluunt᷑: etiā illoꝝ qui damnati fuerūt. C. de bo. dam. antē. bona. z ibi pz ꝙ hoc est verū quo ad ascendentes z descendentes. Ex latere vo vsq̃ ad terciū gradū. In quatuordecim casibus filij excludunt᷑ ab hereditate ipsis: quos habes s. Filius.

Quatuordecim sunt cause quibus pater vel mater. Auus. vel Auia. filios et nepotes exheredare ꝑnt. Prima est: si fili᷒ man᷒ iniecerit in patrē. Secunda. si grauem iniuriam ei fecerit z ꝯtumeliam. Tercia. si patrē accusauerit in criminalibus causis. ꝓterq̃ de crimine lese maiestatis: vel de offensa cōtra cōitatem sue ciuitatis facta: vl' de heresi. Quarta si filius maleficus cū maleficis ꝯuersat᷑. Quinta. si filius machinet᷑ vel insidiet᷑ in necem patris. Sexta si filius calumniose litem mouerit patri. A qua si pater defecerit. oportet eum damna grauia sustinere. Septima. si filius rogatus a patre ob debitum in carcere detruso: vt fideiubeat ꝓ eo. z nō vult fideiubere. in illo ꝓ quo creditores eius fideiussorem recipere volunt. Quod tm̄ in filijs masculis locum habet. Nam femine impediuntur fideiubere. ff. ad vel. l. j. z. ij. Octaua. si filius prohibuerit patrem testari. Nona. si filius sit ioculator preter voluntatem patris. nisi pater eandē habuerit professionem. Decima. si filia non cōsenserit patri volenti eam honeste maritare. z dotare fm vires patrimonij. Sed potius vult luxuriari. Undecima. si filius misceat᷑ cum sua nouerca aut concubina patris sui. Duodecima. si parentibus furiosis debitam curam non impenderit. Et hoc obtinet. non solum in filijs. sed etiam in quibuscunq̃ alijs qui possunt ab intestato succedere: vl' etiam qui in testamento sunt heredes instituti. q᷑ predicti non solum possunt exheredari. sed etiam a quocunq̃ extraneo in scriptis admoneri: vt eum ꝓcurare festinent. Si aūt post huiusmodi attestationem neglexerint. Et extraneus in sua domo furiosum susceptum. sumptibus suis vsq̃ in finem vite sue ꝓcurauerit. eius debet habere successionem. euacuata institutione ipsoꝝ. qui curam neglexerunt. Ita tn̄: vt cetera testamenti capitula. in sua maneāt firmitate: vt in aut. vt cū de ap. co §. causas. vbi etiā glo. dicit. Quid si non faciat testamentum. nec aliquis extraneus eum ꝓcurauit? Rn̄. ꝙ in hoc casu: eis deneget᷑ hereditas ex suo delicto. Et in hoc videt᷑ inclinari glo. Tredecima. si parentem de carcere educere neglexerit. Intelligo de captiuitate. siue fuerit in carcere. siue non. Decimaquarta. si pater sit catholicus et filius hereticus. Ne oēs cause habent᷑ in. d. §. causas. Sunt tamē tres alie cause. ꝓpter quas pater etiam potest exheredare filiū. Prima. si non exheredetur malo animo. sed vt se securatius det virtutibus. vel creditoribus satisfaciat. l. multi. ff. de li. z po. z ibi Barto. illam legem summando dicit ꝙ exheredatio fit quandoq̃ propter bonum. z in l. cum ex filio. de vul. z pu. dicit. ꝙ dicta lex multi. non est correcta. Secunda. si filius tempore testamēti dixit patri. Nolo quicq̄ de tuo. z exhereder᷑. legitima erit exheredatio fm Barto. in l. si quando. C. de inoffi. te. vbi querit. Quid si pater non instituit filium. ideo quia filius dixit. quod nolebat institui. An possit filius rumpere testamentum? dicit ꝙ aut pater talem filium preterijt: vel exheredauit: nulla causa inserta tunc testamentum est nullum. nec potuit filius sua voluntate istam solennitatem omittere: vt l. paulus §. patroni. ff. de bo. lib. Si vo fuit exheredatus adiecta causa. quia voluit exheredari. tūc si causa est vera: putat Barto. ꝙ testamentum valeat. Nec ob. d. §. causas. quia loquit᷑ de exheredatione. que fit eo

nolente. Posset tamen apparere q̄ licet filius il-
la verba dixerit tamen noluit exheredari. vt puta.
si hoc dixit propter dolorem mortis patris: dicēs.
Postq̄ tu decedis: nolo. aliquid: vel alia ratione
turbatus. ar. de reg. iur. quicquid calore. Quaꝫ ra
tionem sigementi. q̄ occurrit de facto. hec Bart.
tercia causa est. si filius sit furiosus: nepos vo ex eo
sanus. legitime poterit exheredari: modo instituatur
tur nepos. l. fi. ff de cu. fu.

Cause aūt propter quas filij et nepotes. parentes.
aūuz. et auiam exheredare possunt: sunt octo.
Prima si pater filiū de crimine accusauit: preterq̄
de crimine lese maiestat'. Scd'a si pater vite filij p
venenum. vel aliter insidiatus fuerit. Tercia si pater
vxori. vel concubine filij se immiscuerit. Quarta
si pater prohibuerit filium testari de his: de quibus
poterat testari. Quinta si pater non redemerit
filium captum a saracenis subueniendo sibi. q̄
tunc si filius in captiuitate decedat: bona de quibus
ipse poterat testari: debent esse ecclesie: vl' dari
pro captiuorum redemptione. Si vo redeat: ipse
patrem exheredare potest. Sexta si pater negle-
xerit curam filij furiosi. vide de hec supra. Hos.
Septima si pater sit hereticus et filius catholicus
Octaua si pater vxori filij dederit venenū ad mor
tem. vel mentis alienationem: vel aliter insidiat'
fuerit vite eius. Et eodem modo si mater marito
filie. hec omnia probantur in dicto. §. causas. ꝛ. §.
sunt igitur omnes. Et omnes iste cause ingratitu-
dinis tollunt' per ingressum religionis. xix. q. vlti.
non liceat.

Cause propter quas frater fratrem exheredare
potest sunt tres. Prima. si mortē voluit fratri in-
ferre. Scd'a. si fratrem criminaliter accusauit. Ter
cia. si in substantia molest' fuerit iacturam: vt in au
ten. de nup. § ingratitudinem. Et nota. q̄ fratrū
duplex est differentia. Quidam enim sunt vterini
quasi ex eodem vtero nati: et non ex eodem patre.
Et isti non habent querelam in officiosi testamen
ti contra fratrem etiam si persona turpis esset in-
stituta. Quidam sunt consanguinei qui ex eodem
patre: sed matre eadem: vel non. vt insti. de le. ag.
suc. Et isti fratres habent querelam ꝯtra testamē-
tum fratris turpem p̄sonam instituentis nisi ser-
uum necessariū instituat. Querela vo nulli alij ex
transuersali ꝯpetit. vt. l. fratres. C. de inoffi. te.
et ibi Bar.

Quid autem si frater instituit aliquam turpem
p̄sonam: ꝛ aliquā non turpem. Guil. de cu. prout
recitat Bar. in. d. l. fratres. dicit q̄ ꝯtra illam tur-
pem p̄sonam ꝯpetit querela ꝛ pro suo parte rescin
detur. Nota etiam glo. in. d. §. ingratitudineꝫ. q̄
frater potest exheredare fratrem in testamento: et
turpem p̄sonam instituere si in aliquo predictorū
trium casuū eum inuenerit ingratum. Similiter
dici potest q̄ si frater exheredatus: vel preteritus
esset infamis vel turpis persona: nō posset oppo-
nere ꝯtra personam etiam infamem institutaꝫ: vt
patet per Bar. in. l. i arena. C. de inoffi. te. vbi di-
cit p illam legeꝫ q̄ aliquis non potest obijcere tur-
pitudinem in quā ipse incurrit obijciens. Et hoc

facit q̄ si aliquis est infamis: non possit opponere
testi q̄ sit infamis: vt. l. iij. §. lege iulia. ff. de testib.
Sed iudex forte poterit euꝫ repellere ex suo officio
sm Guil'. Et sic facit q̄ si mater fuerit meretrix. p
pter meretriciū nō poterit filiā exheredare. Quod
est singulare sm Bar. ibi.

Quid aūt e: si etiā ipse pater luxuriet'. Dici p̄t q̄
non est idem quod in matre. quia minor castitas
requirit' in masculo. l. j. C. de adul. Nota etiam sin
gulare dictum Barto. in l. si quis ita. de adr. le. q̄
si pater exheredauit filium ex iusta causa si post re-
conciliauit se cum illo: illa exheredatio videt' adem
pta. Nota etiam q̄ exheredatio filiorum a paren-
tibus: vel econtra. non tenet nisi aliqua causa dep̄
dictis nominatim exprimat' in testamento. heres
autem tenetur probare. Quando autem frater ex-
heredat fratrem. non oportet de necessitate: vt in-
serat' causa exheredationis: vt volunt Bar. in. d. l.
fratres.

Querit' an filia incurrat vicium ingratitudinis
vt possit exheredari si contraxit sine voluntate pa-
tris' Rū. Hos. dicit q̄ sic Host. tn̄ hoc nō appro
bat: nisi filia eligeret turpem vitam. Et hoc vltimū
dictum cōiter approbat'. ar. de secūdis nup. c. pe. ꝛ
vlt. Ex quo eni filia vtit' p̄missione canonica non
debet viciū incurrere ingratitudinis.

Sed nūquid pater teneat' filiam dotare ex quo
contraxit matrimoniū sine suo cōsensu' Rū. Pa-
nor. in. c. tua. de despon. impu. h. dicit q̄ aut filia cō
traxit ante. xxv. annum. Et tunc est dubiū an pa-
ter teneat' dotare: tamen credit q̄ sic. qm̄ pater te-
neat' alere filiam: nec ex contractu illius matrimo-
nij potest sibi denegere alimenta. et. in in istis spiri
tualibus filia non sit in potestate paterna. de indi.
si annum. h. vj. Fortius ergo tenet' dotare. quia cā
dotis est fauorabilior causa alimentorum: vt notat
Cy. in. l. non omni. C. de admi. tu. Et hoc intellige
quando nupsit p̄mittendo dotem. De hoc supra.
Adulterium. Vide etiā eundē Panor. in. c. quin-
tauallis de iureiur. vbi addit notabile dictū Spe.
titulo. qui fi. sint le. q̄ si filia vult penitere de pecca-
to: que luxurie erat dedita. pater debet eam alere.
Et p consequens dico q̄ tenet' eam dotare. q̄ cau-
sa dotis ꝛc. Et dicit Jo. an. q̄ in omnibus casibus
in quibus pater potest filium exheredare. fortius
potest alimenta denegare. Idem tenet Barto. in.
l. diuus. ff. ad. l. pom. de parri. Vide etiam Panor.
in. c. accedens. de procur. vbi dicit q̄ quando filia
nupsit sine dote: tenet' maritus eaꝫ alere de suo ho
norifice. vt in auten. qui. mo. na. effi. le. §. qm̄ autē.
Nec p hoc filia exducit' a bonis paternis. sed post
mortē patris debet succedere. ꝛ habere ad minus
legitimā suam. Et putat Panor. q̄ si statuto caue-
tur q̄ filia dotata nō succedat cum masculis. non
habet locum in hac muliere. que nupsit sine dote
inuito patre.

Vsq; ad quotum gradum durat successio in he
reditate' Rū. non terminatur in quarto gradu. si
cut quo ad impedimentum matrimonij. Sed du
rat vsq; ad decimum. xxxv. q. v. ad sedē. Quod ta-
men sm aliquos dicitur de decimo. ex eo q̄ vix est

q memoria vltra extendatur. Et sic de vlteriori: et vsq in infinitum quousq memoria de cognatione haberi possit. potest intelligi. q. d. c. ad sedem q ad successiones non facit aliquam gradus determinationem.

Utrum heredes teneantur ad debita defuncti? Dic fm canones: et conscientiam. heres: siue filius siue extraneus tenetur ad omnia debita: siue fuerint ex contractu vel quasi: siue maleficio: vel quasi. et siue res peruenerint ad heredem siue non. et siue lis fuerit contestata siue non. Et hoc tenent Inno. Lau. Jo. et Ray. Et hoc intelligo si hereditas sufficiat. quia si non sufficeret: in iudicio anime non tenetur: etiam si no fecisset inuentarium. Sic tamen q debita tenetur soluere sine diminutione: de legatis vero si tot sunt q non remaneat ei legitima: potest detrahere suam legitimam. et etiam quartam. fm quosdam si fuit heres institutus. De hoc vide. j. Legitima.

Quis ordo autem sit tenendus in soluendo creditoribus aut legatarijs? Rn. fm Ray. Si creditores et legatarij simul veniant. primo est satisfaciendum creditoribus. Sed si veniant separatim: liberatur heres soluendo per illum ordinem quo venerunt dum tamen nihil faciat in dolo. Et creditores postmodum venientes: non debent inquietare heredem. nisi remanserit ei de hereditate: sed habent ius suum saluum contra legatarios. Si tamen heres scit vel credit vel dubitat q hereditas non extendatur vltra debita: siue fuerint ex contractu siue ex maleficio vel quasi: nihil debet dare legatarijs: donec satisfecerit creditoribus. Et idem modus tenendus est in satisfaciendo prius creditoribus prioribus: et in iure potioribus. Et si heres hunc ordinem mutauerit. primo s. soluendo legatarijs: vel secundarijs creditoribus: prius q potioribus. non absoluitur in foro conscientie: nisi hoc faciat ignoranter reputans scilicet hereditatem ad omnia soluenda sufficere. vel nesciens hunc esse potiorem creditorem fm Ul. et Hosti. Et nota q heres potest deducere ante omnia expensas funeris et etiam alias necessarias quas fecit causa hereditatis: vt in testamento et inuentario. Et breuiter quando debita totam hereditatem hauriunt: heres debet esse immunis a lucro: sicut et a grauamine. C. de iur. deli. l. scimus. Inuentarium autem dicitur scriptura: quam debet heres inchoare fm leges infra triginta dies a morte testatoris: vel postq scit heredem se esse institutum et describere ibi omnes res defuncti sub testibus. et debet illam perficere infra sexaginta dies. vel infra annum: si remote sunt res. Et tunc non tenetur creditoribus vltra quod inuentum fuerit in hereditate. Aliter si no fecerit inuentarium tenebitur insolidum dicta. l. scimus. hoc intellige in foro contentioso. Secus in foro anime. Item nota: q licet obligatio testamenti transeat ad heredem: non tamen periculum periurij et huiusmodi: que non possunt excedere singularem personam fm Hosti.

Quid si plures sint heredes quomodo tenentur ad debita vel legata? Rn. regulariter quilibet heres tenetur pro hereditaria parte. C. de act. here. l. scda.

Excipiuntur quinq casus. Primus. si aliquid sit in obligatione faciendi: vel non faciendi. tunc enim quilibet tenetur insolidum. ff. de ver. obli. l. in executionibus. vt si testator promisit se aliquod opus facturum: vel promisit per se et heredem non fieri. quominus per fundum suum ire liceat. quilibet heredum ad hoc insolidum obligatur. Secundus. si res que debet restitui insolidum possideatur ab vno. dicta. l. ij. et ff. como. l. sed mihi. §. heres. Tercius. in alimentis legatis quia pro voluntate defuncti: vel iudicis vel ab vno insolidum: vel a pluribus pro partibus designatis petuntur. ff. de ali. leg. l. iij. Quartus. si testator ab vno heredum legauit creditori hereditario. compensandi aio. Tunc ille heres onus sustinebit vsq ad quantitatem legati. videlicet: vt heres soluat sibi integrum legatum vel si creditor noluerit legatum. heres soluat sibi de portione sua tantam quantitatem. ad quantam ascendit legatum. ff. de le. ij. cum ab vno. Quintus. in expensa funeris vxoris. que non tm astringit heredes pro hereditarijs portionibus. sed etiam virum pro portione que peruenit ad eum. de dote vxoris: ptputa. Si peruenerunt ad eum centum. et in hereditate sunt ducenta. Ipse vir tenetur pro tercia. et heredes pro duabus partibus: vt in. l. velum. ff. de re. et sump. fu.

Quid si heres est pupillus: nunquid poterit differri debitorum solutio. pretextu pupillaris etatis. Rn. non. C. de ac. here. l. sub pretextu. Et si heredes vel executores nolunt soluere legata ad pias causas eps premissa monitione ad hoc cogere debet. extra de te. tua. et c. Johannes. etiam si a testatore id prohiberetur interdici.

Heremita. An gaudeat priuilegio clericali? Vide s. Absolutio. ij.

Ereticus. Quid proprie faciat quem hereticum.

Dic q duo. scz error in fide et pertinacia. Et hoc est q dicit Car. in c. de summ. tri. q errans per simplicitatem: nullo modo potest dici hereticus. et per consequens nec excoicatus. per verbum pertinaciter. positum in. d. c. Nam qui per simplicitatem errat. non pertinaciter credit. immo talis posset mereri. Pone exemplum: vt q aliquis simplex audiens predicationem sui epi: qui predicat aliquid contra fidem. illud credit animo obediendi fidei. paratus tamen corrigi: talis meretur. quia iudicatur ex intentione. Et etiam fm Inno. quia hec non est fides eius. sed sua fides est fides ecclesie. Uult dicere q cum credat hoc. quia credit ecclesiam sic tenere. infertur q non credit. nisi ecclesia sic teneat. Potius ergo credit quod tenet ecclesia. cum non pesse inhereat. nisi sub hac tacita conditione. Hoc tamen intellige: nisi erraret in talibus. in quibus nullatenus ignorantia excusat: vt in his q sunt de iure naturali.

Quero: nunquid dubius in fide seu no credens firmiter. sit hereticus? Rn. fm Lau. aliqui quis no firmiter credit ex infirmitate animi. no tamen pertinaciter insistit. tunc no est hereticus. immo si recedit ab illa dubietate. resistendo ei. meretur. Si autem pertinaciter insistit est hereticus: vt in. c. dubius. de

hereticis. Pro hoc casus singularis in. c. damnamus de sum. trini. vbi non damnatur Joachim: licet dixent erroneum: quia paratus fuit corrigi: et se subiecit determinationi ecclesie. Et ille tñ dicitur pertinaciter inherere heresi: qui non est paratus corrigi ad mandatum superioris. Et sic nota: ꝙ sola pertinacia est que facit hominem hereticum. Idem Cardi. Licet large quilibet errans in fide possit dici hereticus: sed talis nõ est excommunicatus: nisi sit cum pertinacia. de hoc vide s. Fides.

Quid si aliquis idiota publice dicat trufando. si non habeo vxorem in hoc seculo habebo in alio An inquisitor poterit contra eum procedere. videtur ꝙ sic: quia dixit contra euangelium: quod dicit non nubent etc. Contrarium tenet Lando. dūmodo tamen pertinaciter ille non persistat. Idem Cardinalis.

Quid aūt si quis debilitauerit membꝝ: ita vt quasi sit inutile: nō tñ detruncauit. nunqḋ effectus sit irregularis. Dubiū facit: quia paris videnſ nō esse: ꝛ inutile esse. Rū. Panor. in. c. cum illorū. de sen. excom. dicit q̄ differentia est inter truncatōem membri ꝛ mutilationē. Et vt diuersis ponunſ in. c. de. cle. si furiosus. Et truncatio dicit: totalis membri abscissio: seu diminutio. Mutilatio vo: quando in totū membꝝ non absciditſ: sed ex percussione impeditſ eius officiū vt puta. in tibia percussus: nō valet mouere pedem: ꝛ quodlibet istoꝝ inducit irregularitatem ſm eū. Sed idem Panor. in. c. clericis. ne cle. vel mo. ꝛ in. d. c. j. tenet expresse contrarium: dicens. q̄ membꝝ debilitatū valet saltem ad decorem. ꝛ in penis fienda est mitior interpretatio. Id ꝫ sentit Cal. ſm eū. Sed Guil. de lan. in suo sacramentali dicit q̄ nō soluꝫ occidens: vel mutilans membrū est irregularis: sed etiam reddens membꝝ inutile: dūmodo sit de principalibꝫ. Et de illis qui redderent hominem deturpatum et inutilem pro diuinis officijs exercendis. Et ido si quis faciem alterius deturpet: vel verberet: licꝫ alīs vere non sit mutilatus: si tamen ex huiusmodi deturpatiōne efficiatur inhabilis ad premissa ꝓpter scandalum: ipsum credit esse irregularē. Et idē si sibi faceret maculam: vel aliud impedimentum in oculo: etiam sine erutione. Secus si membrum omnino occultum sibi auferret. puta. dig-

lum vnius pedis: vel testiculum: sine alia magna debilitate vel deformitate. Hec omnia ꝓbantur p. distinctōne. per totū. hec Guil. Et hec opinio videt valde ratiōnabilis.

Qui percutit mulierem pregnantem: vel dat ei aliquid vt faciat aborsum. Si ex huiusmodi ꝑcussione: vel rei datione illa abortitur: si iam erat formatus fetus: est irregularis. Secus si nōdū erat formatū puerperiū.

Quid si dubitetur. Vtrum ex percussione: vel rei sumptione secutus fuit aborsus: vel ex alia causa: vel vtrum esset puerperium formatum vel nō. Si probabiliter dubitat: debet a promotōne ꝛ ministerio abstinere: ne periculo se cōmittat. Si autem habeat temerariam opinionem: eam deponat.

Quid si plures reperiūtur in pugna: in qua aliqui sunt interfecti: vel mutilati et nesciunt a quibus. Respon. fm Ray. q̄tum ad irregularitatem omnes censentur irregulares. Et qui sunt ex parte inuantium. et qui sunt ex parte recipientium: si illi erant clerici: et sic illicite mouerunt arma. distin. l. si quis post. Sed Archi. xxiij. questione vltima. c. si. dicit ꝙ istud dictum Ray. quidam intelligūt quando clerici erant in culpa. Nam si defenderēt se vel socios necessario: licet aliquis a defendentibus sit intefectus: ex alia parte: reliqui qui non interfecissent: nec interfectores iuuassent: non essent irregulares: licet voluntatem occidendi habuerit: quia lex promotione factum requirit. Ipse tamen Archi. distinguit inter repellentem et inferentem vim: vt repellens: ex dispensatione promoueatur: ꝛ tolleretur in susceptis: dum tamen constet eum non percussisse. Inferens secus: quia in culpa est. Dicit etiam Archi. fm Inno. et Hosti. ꝙ si quis percussit aliquem in bello iusto. si non sit inde mortuus vel mutilatus suis ictibus: non efficitur irregularis: etiam si alij occidant: dūmodo non ꝓuocauerit eos. extra eo. significasti. el. ij. Addit tamē Inno. ꝙ si animo occidendi ꝑcussit aliquem: licet non letaliter: ꝗ alij postea occiderunt: est irregular⁹. Et de hoc videt casus in dicto. c. significasti. ex quo eliguntur tres casus singulares. Primus ꝙ si ꝗs ꝑcussit non letaliter: si animum occidendi habuit: et ex aliorū vulneribus ꝑcussus expirauit irregularis est. Secundus qui alium letaliter ꝑcussit: licet ab alijs fuerit extinctus multo fortius irregularis est. Tercius si nō apparet: an letaliter: sed etiā percussus ab alijs obijt: ꝛ nō apparet ex cui⁹ vulnere decesserit irregularis est.

Quid autem si quis percussit non letaliter. apparet tamen ꝙ ex percussione sua non poterat iste fugere: vnde fuit occisus a ꝑ parochianis. nunquid fit irregularis. Hosti. dicit ꝙ sic. quia ꝑstitit causam homicidio. Et ita communiter transeūt doc. Sed de hoc Panormitanus dubitat in dicto. ca. significasti. Nam cum liceat clerico pro defensione rerum percutere. licet non letaliter: tūc si iste inscit rei licite non debet euentus mortalitatis sibi imputari: cum ipse in homicidio non reperiatur. vnde posset dici. ꝙ quo ad penam: nō debeat iste teneri: sed quo ad cessatōnem a diuinis. Potest ꝗ saluari opinio Hosti. tanq̄ tutior.

Quomodo autem et quando bellatores efficiātur irregulares: maxime quo ad clericos. Jo. cal. et Jo. an. in nouella in. c. petitio. extra eo. sic distinguunt. Clericus aut vtitur armis incōtinenti repellendo vim vi: et cū debito moderamine. Aut aliter. Si primo modo: etiam si occidat: vel mutilet. non est irregularis: cum scilicet facit ad sui defensionē. di. j. ius naturale. Si aliter facit. aut agit de licentia pape. aut proprio motu. Si de licentia pape: puto ꝙ in bello iusto vti potest armis offensibilibus. Naz inter alia que faciunt bellum iustū est auctoritas pape vel principis. Et tūc si occidit vel mutilat: non est irregularis: ex quo papa dedit sibi licentiam. Nam cum irregularitas sit pena: ꝑ cōstitutiones canonicas introducta. ex quo papa potuit dare licentiā clerico: ꝛ auctoritatem vtendi armis quibuscūq: etiā sine metu irregularitatis dando hmōi licentiā: videt ꝙ abstulit ab eo incursionem irregularitatis. Hoc quidaz dicūt verum qn̄ papa hoc exprimeret. Alis secus. Sed quibusdam alijs videt ꝙ etiam sine expressione nō fieret irregularis. si motu ꝓprio clericus vtit armis. tūc aut in bello iniusto: aut iusto. Si in bello iniusto: planū est ꝙ nō est sibi licitum: sine suis fauorē prestet: siue vt timorem incutiat aduersarijs. Et si ibi aliqui sunt occisi vel mutilati: irregularis est. xxiij. q. viij. c. j. et. ij. Si in bello iusto. puta. pro defensione patrie vel aliorū. xxiij. q. iij. fortitudo. Et tunc poterit interesse etiam cū armis defensionis. Nō tū debet pugnare: sed hortari poterit. xxiij. q. viij. vt pridē. Sz cū armis offensibilibꝰ nō debz ibi esse: nisi ea intentōne vt defendat: nō vt pugnet. xxiij. q. viij. clerici. Et si in tali bello est aliq̄s occisus vel mutilatus ab ipso clerico est irregularis. Si autē ipse neminem occiderit vel mutilauerit: nō est irregularis. licet quis ab alijs occisus sit vel mutilat⁹. Ad tollendū tamē duplicitatis ambiguū ad cautelam hoc casu: potest sibi imponi pnīa. Et sic intelligitur. extra de cle. ꝑcus. ꝑsentium. Si vō in tali bello clericus vulnerauit aliquē: sed nō occidit. vel mutilauit: distingue. Aut talis vulneratus: fit postea occisus ab alijs. ꝛ tūc subdistingue. vt supra dictū est. aut habuit animū occidendi: ꝛ est irregularis. aut non. Et tūc etiam distingue. ꝙ aut vulnus ipsius clerici pōt discerni ab alijs vulneribus et tūc nō est irregularis: si vulnus nō est mortale. Aut nō pōt discerni. Et tūc ꝓpter dubium iudicatur irregularis. Nota tamē ꝙ ex hoc ꝙ papa dat licentiā clericis ꝙ intersint bello: non tamen videt ex hoc licere clericis vti armis nisi ad defensandū. nō aūt ad occidendū aggrediendo nec etiā paganū. Sed pōt tū interesse ad hortandū alios xxiij. q. viij. omi. ꝛ. c. se. hec Archi. fi.

Qui etiam se mutilat ex impatientia vel etiā si hoc facit zelo castitatis sibi virilia amputando: irregularis est. lv. distinc. si quis absciderit. et. c. qui partem.

b **Ore canonice.** Vtrũ clerici teneaꝛ ad horas canonicas. Rñ. ſm Panoꝛ. in. c. j. de cele. miſ. Et Car. in clemen. prima. co. ti. ꝙ quilibet promotus ad ſacros ordines tenetur ad diuinum officium. Secundo. quilibet beneficiatus quãtumcũ ꝗ modicũ ſit beneficium: etiam ſi beneficiũ ſit de patrimonio. Et hoc ſi patrimoniũ factum eſt beneficiũ. Alʼs non. Adde tercium ſm Aſteñ. ꝙ licet religioſus nõ teneatur ad horas ratõne qua religioſus. vt patꝫ in religioſis laicis: tñ tenetur ſi eſt ordinatus in ſacrꝭ vel etiam ex ſtatuto religionis. poſſunt oẽs clerici obligari etiã non ordinati. Et ꝑ hoc patet quid dicendũ de fratribꝫ ꝓfeſſis in ordine minoꝝ: qui ex ꝯſuetudine ordinis vocantur clerici. licꝫ nõ ſint in ſacris: nec etiam habeant primã tonſuram. An teneantur ad officiũ? Et ꝑ predicta patꝫ ꝙ ſic. Et hoc etiã tenet magiſter Bar. de piſ. ſuper. iij. c. regule. vbi dicit ꝙ in ordine mi. ſunt fratres in duplici differentia. Quidã ſunt diuino cultui deputati ⁊ literati. Et alij illiterati: ſeruitio prefatoꝝ deputati. Et ſic expreſſe innuit: ꝙ tales fratres profeſſi: licet nõ hẽant primã tonſurã: ex cõſuetudine ordinis nominanꝛ clerici: ⁊ ſic obligantur ad officium clericoꝝ. Alʼs ad nullum officiũ tenerentur. quõ non eſt dicendũ. Nec ob. ſi dicaꝛ ꝙ appellatione clericoꝝ: ſaltem in materia penali nõ veniũt illi qui ſaltem non habent primam tonſuram. Nam patet reſponſio ex ꝑdictis: qꝛ illud verum: niſi aliter conſtaret de mente fundatoꝛis regule: qui potuit et voluit etiam non ordinatos obligare. ad diuinum officium. Idem credo ſit in alijs religionibus.

An autem clericus in minoribus releuetur ab officio diuino: ſi eſt abſens ab eccleſia: in qua ẽ beneficiatus ex cauſa ratõnabili: et deſeruit eccleſie ꝑ vicarium. Pe. et Ab. dicunt in dicto. c. j. ꝙ ſic. Et hanc differentiã aſſignant inter clericum conſtitutum in ſacris: et conſtitutum in minoribus beneficiatum. Allegant. c. peruenit. de ap. Facit. c. cum ex eo. de elec. li. vj. Sed Panor. ibi non placet hec opinio. nec illa iura hoc probant. Nam loquũtur quo ad officiandum eccleſiam. nam ex iuſta cauſa quis excuſaꝛ non tamen releuaꝛ: quin teneaꝛ dicere in priuato.

Sed dubitatur. An iſti beneficiati exiſtentes in minoribꝫ: ex quo deſeruiũt ꝑ vicarium: teneantur dicere officium? Et videꝛ ꝙ nõ: qꝛ ꝑdicti videntur teneri ad officium ratione beneficij: ſed beneficio ſatiſfactum eſt: ex quo deſeruiũt per vicariũ. hanc opinionem refert Jo. an. in dicto. c. j. ⁊ non reprobat: nec expreſſe approbat. Et idem facit Jo. de ligna. in dicta cle. j. Sed ipſe Jo. an. in ſi. d. c. j. dicit vnum dictum: per quod tacite videtur recedere a dicto Pe. ⁊ Ab. Dicit enĩ ſe libenter vidiſſe ꝙ eccleſia feciſſet ſtatutum: vt clerici ſaltem in minoribus beneficiati: non curati: excuſarentur occaſione ſtudij ab officio dicendo deſeruiendo eccleſie ꝑ vicarium: et dicendo officium beate virginis. Et ſic apte vĩ ſentire ꝙ ceſſante ſtatuto eccleſie: ꝙ clericus in minoribus beneficiatus nõ excuſatur: ꝗuis deſeruiat per vicarium: ⁊ ipſe dicat officiũ beate virginis. Etiam ſi ipſe ſit abſens ex probabili cauſa: vt ſtudiorum. Et Panormita. credit hanc opinionem veriorem et tutiorem. Ex predictis infertur: ꝙ clericus in minoribus non beneficiatus ad nullum officium diuinũ tenetur. nec ad ſeptẽ pſalmos nec aliud. Ex quo nullo iure cauetur. Et Panormitanus in dicto. c. primo dicit ꝙ hoc habet generalis conſuetudo: que non dicentes excuſat.

Vtrũ clericus non dicendo horas peccet mortaliter? Rñ. ſm Vl. qui ex aliqua neceſſitate ſm formam eccleſie non dicit. puta. propter defectum viſus. vel infirmitatem: vel paupertatem: vt quia libro caret. recompenſat tamen per equiualẽs. puta. per pſal. vel oratõnem dominicam non peccat. Similiter nõ peccat mortaliter ꝗ verba quidẽ dicit: licet ad illa nõ attendit: qꝛ cum ꝑceptũ de dicẽdo horas ſit de iuꝛ poſitiuo: nõ referꝛ niſi ad ea: ꝗ ſub iudicio humano cadere pñt. Et iſta ſunt ꝗ exercentur per actus exteriores: non autem interiores. Et ſequentes hanc opinionem dant tale exẽplum de illo. vicꝫ qui vult ire ad ſanctũ Jacobum ⁊ poſuit ſe in itinere animo ꝯplendi votum: quia non eſt neceſſe ꝙ ſemꝑ habeat in animo ſanctum Jacobũ: ſed ſufficit ꝙ ab initio intendat. Et hoc idem videtur voluiſſe Scoꝛ in. iiij. vbi dicit ꝙ in conferendis ſacramentis: non ſufficit intentio habitualis nec requiritur actualis: ſed bene requiritur virtualis: quia in virtute illius intentõnis prius habite actualiter. ſ. in principio facit oĩa ꝗ facit: tanꝗ̃ ex radice. Sic in ꝓpoſito. vide de hoc ſupꝛ Baptiſmus. iij. Hoſti. etiam dicit vt notat. Archi. ſi. in ſum. ꝙ in ꝑcepto eſt horas dicere: ſed alia que in deuotõne conſiſtunt: ſuadendo dicunꝛ. Et hoc eſt quõ dicit tex. in. c. dolentes. extra eo. ibi: quãtum deus dederit. per que verba appoſuit ꝯſiliũ fragilitati humane ꝯpatiendo: quaſi dicat precipimus vt vnuſquiſꝗ dicat horas ſuas: attentõnem autem et deuotõnem in ꝑcepto nõ ponimus: ſed gratie dei ſm ꝙ ipſam dare voluerit diuinis relinquẽdum. Et hunc intellectum teneas: quia benignior eſt. ⁊ quia non debet eccleſia alicui laqueũ imponere. xxvij. q. j. de viduis. hec Archi. ſ. ⁊ henbeych. Idem Pet. de palʼ. dicens ꝙ euagatio que eſt preter intentõnem: ⁊ propter occupatõnẽ precedentem licitam peccatũ nõ eſt. Secus ſi ꝓpter illicitaꝫ. Sꝫ ſi euagatõeꝫ aduerteret: et ſolũ ſm actũ exteriorem. licꝫ ſit temeraria ⁊ grauis: forte non tamen mortale: niſi propter ꝯtemptum. Et ideo licꝫ dicendo officium cogiter aliud: non videtur tranſgreſſor precepti ex natura facti. Si autem euagatio mentis ſit ex hoc ꝙ aliquis ſcienter ſe occupat in actu exteriori qui non ſecum. patitur attentionem: vt exercitium manuale: tunc videtur eſſe culpa mortalis: ⁊ directe contra preceptũ dicto. c. dolentes. Sed ſi dicens officium aliqua verba pretermittit: non oportet ꝙ propter hoc a capite re-

sumat disturbando officiū: immo etiam si dicendo in choro cum alijs: ex aliqua necessitate pretermisit psalmū: vel lectionē. vel aliquid huiusmodi: ꝛ nō aliter potest omissum supplere: nisi subtrahēdo vocem ab adiutorio chori: melius est pertransire: q̄ officium chori diminuere. At si is qui tenetur ad horas: ex industria: vel negligētia sola omittat: mortaliter peccat dicto. c. dolentes. Et sm eūdez Pl. non sunt tot peccata: quot sunt hore omisse: quia totum officium vnius diei est totum vnū integratum ex suis partibus. Et ideo p̄cepto vno precipitur: et transgressor non transgreditur nisi vnum preceptum. Et hoc tanto amplius quanto plures partes eius omittit: quotiens autem recordatur de officio dicendo: ꝛ ꝓponit nō dicere: totiens mortaliter peccat.

Utrum scholaris. qui tenetur ad horas canonicas dimittens eas dicere vna die propter studiū: ꝛ lectiones ex ꝓposito et spe dicendi in alio die peccet mortaliter? Rñ. sm Hen. d gan. Si dimittat hoc absq̧ legitimo impedimento: peccat mortaliter. Sed questio nostra querit vtrum studiū possit esse ita legitimū impedimentum omittendi horas: sicut grauis infirmitas? Et ideo dicendū: q̄ si clericus habet talem necessitatem studij: q̄ dicēdo horas imineret crimen ꝛ scandalū mortale cui potest occurrere dimittendo horas: nec istam necessitatem potuit p̄uidere rationabili coniectura: nec per p̄ns p̄uenire: tūc nō peccat omittendo horas: quia licet dimittere sit de se peccatum: tū propter maius malum euitandum amittit rationem peccati. Plus enī tenet̄ occurrere scandalo: ad qd̄ tenet̄ ex diuino p̄cepto: q̄ȝ dicere horas ad quas tenetur ex p̄cepto ecclesie. vnde in hoc potest ecclīa dispensare: non in primo. imo peccat dicendo horas: ꝛ nō occurrendo illi scandalo. Si aūt nō sit talis necessitas: ȝ potest dimitti lectio ꝛ studiuȝ sine tali discrimine: vel scandalo mortali aut potuit p̄uidere rationabili coniectura qd̄ venturū erat. ꝛ p̄uenire dicendo horas: tūc omittēdo peccaret mortaliter. hec Hen. Causa autē rōnabilis esset si populus moueret̄ ad arma vel scādalū magnū venturum esset quibꝰ verisimiliter posset obuiari. Posset etiā dici q̄ causa ratōnabilis omittendi esset: si talis clericus esset solennis p̄dicator vel lector. Et ꝓpter casum inopinatum necesse essȝ omittere p̄dicationem: vel lectionē si haberet dicere officiū: tūc enim omittendo officium: nō esset iudicanduȝ de mortali: cum ꝓposito tamen alia die satisfaciendi. Simile habes infra. c. ieiuniū. de p̄dicatore solenni qui omittit ieiuniū ecclesie ꝓpter predicatōnem cum non potest facere vtrunq̧: et non peccat: cuȝ non sit intentio ecclesie statuentis ieiunia per hoc impedire alias magis pias ꝛ necessarias causas.

An autem clericus infirmus excusetur ab officio? Rñ. sm Inno. q̄ aut talis est infirmitas que multum noceret sibi ꝓpter officium dicendum: et tūc excusat̄. Secus si nō multū noceret. vt in febre quartana vel febricula.

An autem clericus infirmus non valens dicere officiū: saltem teneatur audire? Dic q̄ hoc nullo iure cauetur.

An aūt nō valens dicere officiū ꝓpter infirmitatem: teneat̄ postmodū cessante infirmitate illud resumere? Rñ. Inno. q̄ non. Et Panor. in. c. ex parte de obser. ie. dat exemplū a simili: de nō valēte ieiunare in quadragesima. cui nō iniungit̄ vt ieiunet alio tempe: vt in. c. ij. de obs. ie. Item si teneor p̄stare operas certo tpe: ꝛ impedior: nō sum obligatus in alio tempe. vt est tex. in. l. si non sortem. §. libertus. ff. de ꝯdit. inde. Et si mihi relinquitur vsusfructus biennij futuri: si impedior: nō possuȝ petere vsumfructum alterius biennij: quia nō est idem vsusfructus. vt in. l. si vsusfructus mihi ī biennium. ff. de vsufru. le.

An aūt ille qui tenet̄ ad officium: teneat̄ dicere antiph̄as ꝛ responsoria: vel sufficiat audire. Dic q̄ antiph̄as quilibet tenetur dicere: q̄ cantant̄ vniuersaliter ab omnibꝰ fratribus. Secus vo de respōsorijs: q̄ cantātur vt plurimum a cantoribus duntaxat.

Quid in clerico qui diu dimisit officium sine cā legitima ꝛ confitetur. An cōfessor debeat dare penitentiam: q̄ iteret totum officium omissum. An mutare possit penitentiam. Dic sm Inno. q̄ mutare potest.

An autē clericus nō dicens officium sine causa rōnabili teneat̄ restituere fructus. R. q̄ non. vide diffuse s. Clericus. iiij.

An autem officiū beate virginis sit in precepto. Jo. de ligna. in. d. cle. j dicit q̄ hoc iure nō probatur. Tamen ꝯmunis ꝯsuetudo est vt ꝯputet̄ inter horas canonicas. Et hoc verissimuȝ putat panor. Nam ordo antiquus est ab ecclesia traditꝰ: vt etiam publice dicatur in ecclesia certis temporibus: qd̄ nō esset: si nō esset in precepto. Nam multa p traditionem antiquoꝝ patrum: sunt in precepto: que nō repeiunt̄ scripta. xj. di. ecclesiasticaꝝ. et. ꝫ. e. cum marthe.

Quid si clericus sit p̄bendatus in duabꝰ ecclesijs: cuiꝰ officiū dicet. R. sm Tho. in quolibet sufficit quidē q̄ semel officiū dicat sm ꝯsuetudinem alicuiꝰ ecclesiaꝝ: in quibꝰ hȝ p̄bendā. ꝛ videt̄ q̄ debeat dicere officiū illius ecclie: in qua maiorē habȝ gradum: ꝗuis forte in alia pinguiorem obtineat p̄bendam.

Clericus de iure diuino tenet̄ ad septem horas canonicas: ȝ nō sunt de iure diuino: q̄ ad determinationē. vn̄ officiuȝ seu determinatio ꝛ distinctio officij est de iure positiuo. Sȝ septies laudare deū est de iure diuino. Ex q̄ infert Panor. q̄ papa licite pōt dispensare circa ꝯmutatiōeȝ officij: ȝ nō pōt dispensare vt clericus nō teneat̄ dicere aliqd̄ officium. Licet laud. ꝛ Jo. de li. in. d. cle. j. aliter senserit. Quaꝝ horaꝝ: tres sub nocturno officio ꝯp̄bendūtur. s. matutinū prima ꝛ ꝯpletoriū. Alie vo quatuor hore dicunt̄ officiū diurnum.

Utrum liceat dicere matutinas de sero. Resp. sm Thomam in quoli. Si quis diceret matutinas propter necessitatem honestaꝝ occupationū

nō malefaceret. Nam et hoc etiam in solennibus ecclesijs fieri solet. Si aūt hoc faceret vt quieti vel sōno ⁊ voluptati vacaret: nō est absq₃ peccato. Nō tamen videtur de se mortale: quandocunq₃ tarde quis dicat officiū: dūmodo nō transeat dies: qui quantum ad hoc videt᷑ terminari circa mediā noctē. Non enī istud preceptū de horis dicendis refert᷑ ad tps fm Archi. f. in sum. Tamen vt hr̄ in dicta cle. j. ibi horis debitis. hoc est fm Pan. quā hora officij rn̄det hore diei.

Que autē sit hora dicendi matutinas: Rn̄. diuersaꝝ ecclesiaꝝ diuersa cōsuetudo seruat᷑. tamen si ꝓprie dicamus matutinū est quarta seu vltima vigilia noctis. vicȝ post tres partes noctis vsq₃ ad auroram.

An aūt in principio officij debeat dici pr̄ noster Dic fm Au. ro. in suis singularibꝫ. ꝙ dȝ dici in fine ⁊ nō añ: q₃ hoc nullo iur᷑ cauet᷑. Et ꝙ debeat dici in fine ex tex. in. c. id sp placuit. de ꝯse. di. v.

An aūt liceat de mane oēs horas simul dicere: Car. in. d. cle. j dicit ꝙ itinerantes ⁊ plati occupati ꝑnt omnes horas simul dicere: sicut faciūt cardinales. Et est melius ꝓuenire ꝙ̄ ꝓueniri: maxime q₃ prima pars diei est aptior ⁊ deuotior ad orādū: ꝙ̄ suprema.

An aūt vespere debeāt dici añ prandiū tempe quadragesimali. Archi. f. dicit ꝙ vespe debeant dici tempe quadragesimali ante prandiū: ca non insinuat de ꝯse. di. j. solent. Sed ille tex. videt᷑ loq̄ de officio ecclesiaꝝ. Ideo siq̄s priuatim vespas dicat post ꝯmestionē in quadragesima: nō ꝯdemnarē de mortali: q₃ nō reperio scriptum. Nulli tn̄ ꝯsulerem hoc agere: q₃ videt᷑ esse de ꝯmuni more timoratoꝝ non prandere ante vesperas dictas. Illud etiam decretū magis ibi ponit᷑ ratōne temporis cogētis obseruandi in ꝯmestione ieiunij quadragesimalis: ꝙ̄ ratione officij. Et de nona dicenda ante prandium in ieiunijs ecclesie extra quadragesimā multo minus: quia nihil ꝑ hoc inuenitur determinatum.

Quid si monachus ꝑficitur ecclesie parochiali. Qd̄ officiū sequet᷑: Rn̄. fm Ho. seruabit ꝯsuetudinem ecclesie ad quā transit.

Quid si quis omissa vna hora dicat sequentē: Rn̄. fm ẏẏ. Credo ꝙ sufficit ꝙ eā ute suppleat illud tn̄ qd̄ omissum est: ⁊ agat pn̄iam de negligentia. Penitentia q₃ de omissis horis est arbitraria: sic̄ ⁊ alie de pe. ⁊ re. deus qui.

Utrum clericus excōicatus teneatur dicere horas. Rn̄. si est excōicatus minori: non est dubium Si vo est excōicatus maiori: dic fm Host. ⁊ alios ꝙ tenet᷑ quidē dicere: ȝ nō in ecclesia: vel cum alio aut q̄si in officio suo: sed solus: et quasi ꝑ modum orationis. i. vt nō dicat. dn̄s vobiscū.

An aūt degradati teneant᷑ ad officium: Dic ꝙ sic. Vide de hoc s̄. Degradatio.

Clerici et religiosi commorantes cum cardinalibus: aut cum quibuscunq₃ pontificibus: gratiam et communionem sedis apostolice habentibꝫ. vt i cle. dignum. eo. ti. possunt se coaptare illis in diuinis officijs: nec ad alia tenent᷑.

Ieiunium. Quid sit ieiunium:

Rn̄. fm Gof. et Panor. super rubri. extra eo. ꝙ ieiunium de quo hic est abstinentia a cibis fm ordinatōnem: seu ꝯsuetudinem ecclesie. Et ieiunium dicitur a quodā intestino sic vocato. quia vt plurimū est vacuū et exinanitum.

Utrum ieiunium cadat sub precepto. Respō. fm Tho. scd̄a scd̄e. q. cxlvij. ꝙ ieiunium inq̄tum pertinet ad necessitatem coertionis peccati: vel satisfactōnis in penitentia: vel ad eleuatōnem mentis ad spiritualia: sic in ꝯmuni cadit sub p̄cepto legis nature: ȝ determinatio tpis ⁊ modi ieiunādi: cadit sub precepto iuris positiui: q₃ ab ecclesia sic ē statutū. Nec tamē quilibet transgrediens peccat mortaliter: ȝ tm̄ qui transgredit᷑ ex cōtemptu: vel sic ꝙ impediatur finis: quem intendit legislator. Sed qui ex causa ratōnabili frangit ieiunium: nō peccat mortaliter: nec est transgressor p̄cepti. Glo. autem. xxv. di. in. §. al's ea demum. dicit ꝙ transgrediens ieiunium solenne obligatur ad mortale. Panor. autem vbi s̄. dicit. ꝙ. d. Jnus Car. dicit hᵒ procedere quando ieiuniū omittitur ex contemptu: vel inobedientia: vt quia non vult se subijcere precepto superioris. Secus si sine ꝯtemptu: q̄a tunc transgressio solum obligat ad veniale. Et dicit hoc tenere Archi. in dicto. §. al's ea demū. Sȝ certe Archi. ibi solum refert opinionē Jo. de fon. et transit. Sed aliter dicit in. c. vtinam. lxxvj. dist. Ibi enim dicit ꝙ si ex aliqua causa quis transgreditur ieiunium: non peccat mortaliter. Quod potest intelligi: quādo forte esset debilis: nec curat ire ad superiorem pro licentia. Secus sentit quando nulla subesset licita causa. Sed pro prima opinione facit notabile dictū collec. in. c. j. de consti. vbi dicit ꝙ trāsgressio canonis obligat ad mortale: quā fit ex contemptu: seu inobedientia. Et ꝯtemptus ꝓprie est: quādo ex sola voluntate non vult se subijcere statuto superioris. Et iste ꝯtemptus clare apparere non potest: nisi pᵒ monitōnem fm eū. Sed si quis transgreditur ex ꝯcupiscentia. ira vel negligentia. tunc obligatur ad veniale. Quod dictū prima fronte videt᷑ notabile. Et hoc dictum Panor. putat. verum vbi superior aliq̄d iniungeret ꝑ verbum ꝯmune. puta ꝑ verbum statuim᷒. vel ordinamus. vel simile. Secus vbi ꝓcederet ꝑ verba p̄ceptiua: seu equipollentia. Nam transgressio precepti superioris obligat ad mortale. licet fiat sine contemptu. xiiij. q. j. c. quod precipit᷑. et in. c. ij. de ma. ⁊ obedi. Et fuit illud iudiciū beati Tho. q₃ vbi statutum fit ꝑ verba cōia: transgressio nō est ad mortale. Qd̄ intellige quū fit sine ꝯtemptu. Nam sicut nō omnis transgressio legis obligat ad temporalem mortem. Ita nec eternam: que prouenit ex peccato mortali. Et ideo ponderanda sunt verba statuti: seu canonis quibus indicitur ieiuniū. An sint verba preceptiua: seu equipollentia: seu ꝯmunia. Et predicta notabis: q̄a materia est peregrina. Quū aūt transgressio statuti: vel regule obliget ad mortale, Vide Panor. in. c. nam concupiscentiam. de

consti. et in. c. dens. de vi. et hone cle. et in toto iure canonico non est tex. qui ad hoc faciat: vt facit cle. exiui. de ver. signi. Archi. autem. floren. in sum. dicit secundum Tho. in. iiij. di. xv. quod si quis ieiunia instituta ab ecclesia fregit libenter: vel scienter: et sine causa rationabili peccauit mortaliter: postquam peruenit ad etatem: in qua obligatur. Secus si non aduertebat esse diem ieiunij: vel etiam quando sibi videbatur non posse ieiunare ratione debilis complexionis: cum tamen posset: quamuis peccet forte non mortaliter: si habebat aliquam causam dubitandi. debet tamen induci ad ieiunium. Pe. autem de pal. circa hoc sic dicit. ieiunium cadit sub iure positiuo. vnde eius transgressio sine causa est peccatum mortale. Quando vero fractio eius est cum causa: non ex toto sufficiente: est veniale: vt in his qui legunt institutam in completorio. Quando vero sufficiens est simpliciter: tunc nulla est culpa. Qui autem non aduertens de ieiunio comedit in mane: si quidem scire tenebatur quod esset ieiunium: non excusatur a fractione ieiunij. non tamen tenetur postea eo die ieiunare: cum iam sit obligatus ad alium diem. Et si non liceret sibi plus comedere: nimis grauaretur: nec cum toto hoc esset ieiunium: propter nimiam anticipationem. Item si non ieiunando cum posset in diebus ieiuniorum comedit plures: secundum Jo. An. neapolitanum in quolibet totiens peccat mortaliter: quotiens comedit vltra vnam vicem: quia reducitur istud peccatum ad preceptum negatiuum. Durandus tamen in. iiij. tenet quod sit tantum vnum peccatum: sed tanto grauius quanto plures committitur. Et istud communius tenetur. Et hoc nisi comedens: nouo contemptu: plures incideret in illud. hec Archi. f.

In quibus diebus tenetur quis ieiunare. Respondeo quantum ex precepto ecclesie. tenetur primo totam quadragesimam. de consecra. distinctione. iij. non liceat. c. non oportet. et c. placuit. Item quatuor tempora. lxxvj. distinctione statuimus. Item in vigilia natalis domini. extra eo. c. j. et in vigilia assumptionis virgi. d. c. primo. et in omnibus vigilijs apostolorum preterquam Philippi et Jacobi: quia venit tempore paschali. et Johannis euangeliste: quia venit infra octauas natiuitatis. extra eodem consilium. De festo etiam beati Bartholomei consuetudo seruanda est: non de ieiunando: quia hec est firma et vniuersalis: sed de die celebrandi festum: vt in dicto. ca. consilium. Item ex vniuersali consuetudine ecclesie: preceptum est de vigilia Johan. baptiste. omnium sanctorum. et beati Laurentij. Item vigilia penthe. est ieiunanda: de qua habes duas glo. primam in. §. necessario. lxxvj. distinctione. Aliam. Ber. in dicto. c. ij. Et tene eam mentem. Nam Gratianus visus est sentire contrarium in dicto. §. necessario. In vigilijs autem rogationum secundum Panor. in hoc seruanda est consuetudo loci. Idem dicit de aduentu.

Nunquid autem ieiunium possit differri de die in diem. Dicit Inno. quod sic: existente causa. Nam videmus quod si festum accidit secunda feria non ieiunatur die dominica: sed transfertur ad diem sabbati precedentis: vt extra eo. c. ij. Ita dicendum pari ratione. quod si vigilia accidat in aliquo festo solenni: quod tunc propter venerationem festi: potest ieiunium explicari die precedenti. Et ponunt doct. in multis locis francie exemplum. vbi communiter festum sancti quintini quod accidit in vigilia omnium sanctorum. non enim illi homines ieiunant propter festum solenne: sed transferunt ieiunium in aliam diem. Et idem posset fieri quando ieiunium accidit in festo principali alicuius ciuitatis vel loci: vt ieiunium transferatur in precedentem diem: et placeret: vt ista translatio fieret per episcopum. hec Panor. vbi supra.

An autem consuetudo non ieiunandi excuset non ieiunantes. Hosti. in. c. ij. extra eo. d[...] quod in ieiunijs solennibus. i. indictis per ecclesiam: nihil potest facere consuetudo. Quod intelligit Panor. verum: quando consuetudo ex toto vult illud ieiunium tollere. Secus autem si illud interpretatur qualiter sit explendum. puta. quo ad cibos. horam. collationem. et huiusmodi. Nam consuetudo est optima legum interpres. Et Panor. in dicto. c. ij. limitat adhuc fortius dictum Hosti. quod licet in ieiunijs solennibus non valet consuetudo. Hoc intelliges nisi papa sciret et toleraret. vide tamen glo. singularem in. d. c. ij. quod valet consuetudo ieiuniorum relaxatiua: de qua glo. Panor. ibi facit magnum festum propter eius auctoritatem.

Utrum liceat ieiunare in dominica. Dic prout habetur de conse. di. v. c. quadragesima. quod dies dominicales sunt subtracti ab obseruantia ieiunij tempore quadragesime: fortius alijs temporibus: quia dies est leticie. Si quis tamen absque scandalo aliorum et absque alia superstitione ieiunaret: non peccaret.

Que hora sit competens comedendi in diebus ieiuniorum. Glo. in. d. §. alis. dicit quod comedere ante horam comedendi est mortale. allegat. c. solet. de conse. di. j. Sed Panor. super Rubrica eodem tit. dicit quod aut loquimur de ieiunijs quadragesimalibus Et tunc hora vespertina est competens. i. post completas vesperas in ecclesijs: que tempore quadragesimali dicuntur. et peccatum est anticipare illam horam. de hoc est tex. in. c. solent. Et ratio illius statuti fuit: quia in ieiunio quadragesimali imitamur vestigia christi. qui abstinuit a cibo quadraginta diebus et quadraginta noctibus. Nos ita deberemus agere si natura pateretur. Sed quia hoc non est possibile in humanis: statuit ecclesia: vt saltem per omnes quadraginta dies ficte sumptos homines ieiunarent. nam post vesperas expletas dies ficte dicitur expletus cum non restet aliud officium diurnum. In alijs vero ieiunijs non est hora ab ecclesia prefixa. Et ideo communiter tenetur: vt in nonis licite sumatur cibus. Et ita habetur in obseruantia generali. Nam ex quo non habemus ius specificum: recurrendum est ad consuetudinem loci. ad hoc textus in. c. vtinam. lxxvj. distinctione Ri. in. iiij. dist. xv. dicit quod iam inualuit consuetudo in multis locis comedere quam statim post horam sex-

tam: vel ipsa hora sexta. Non enim tante necessi-
tatis est in obseruatione ieiunij hora sexta sicut co-
medere semel tm̄. Circa tamen horam comedēdi
pōt dispensari: vel ꝓpter debilitatem: vel ꝓpter le-
ctōnem: vel propter iter: vel alias pias causas ſm
Pe. de palu.

Que aūt requirant ad integritatē ieiunij. Ri.
vbi supra dicit. ꝙ sub determinatōne precepti ec-
clesiastici ꝺ ieiunio cadit semel comedere in die na-
turali. Et hora determinata. Et abstinētia ab esu
carniū. ouis. et caseo in quadragesimali ieiunio.
Adde etiā saginē. i. lardū. In alijs aūt nō ꝓhibē-
tur oua ꝛ lacticinia nec vllus tex. specifice disponit
de hoc. Jō sequēda ē ꝯsuetudo. loci. d. c. vtinam.

Quid aūt si quis excuset a ieiunio q̄dragesima
li ꝓpter aliquā cām legitimā. An peccet comeden-
do lacticinia. Rū. Archi. ſm sum. ꝙ si q̄ a excusa-
tus a ieiunio ꝓpter defectū etatis: vel ꝓpter laborē:
vel aliā ratōnabilē cām: pōt in quadragesima vti
cibis quadragesimalibꝫ. et ex voluptate: vel incu-
ria vtiē lacticinijs ouis: vel carne mortalit̄ peccat.
q꞉ facit ꝯtra p̄c̄ptum ecclesie q̄ ordinauit vti debe
re cibis quadragesimalibꝫ. iiij. di. denicꝫ. Itē ad-
dit. ꝙ si quis in ieiunijs ab ecclīa institutis in q̄dra
gesima. vel quatuor tpibꝫ: vel vigilijs sanctoꝝ co-
medit carnes ex delectatōne gule: vel sine causa in
firmitatis peccat mortaliter: cum sit cōtra morem
vniuersalem ecclesie.

Quid de collatiōe que fit in sero? Rū. Panor.
dicit ꝙ aliq̄d sumere ꝓ collatōne ꝺ sero magis ad
sustentōēꝫ nature q̄ꝫ ad delicias: non est pctm̄: nec
frangere ieiuniū: dūmodo hoc fiat ſm cōsuetudi-
nem loci ꝛ tempate. Nam ex q̄ nō habemꝰ in hoc
ius specificū recurrendū est ad ꝯsuetudinē loci. ꝓ
hoc. d. c. vtinā. ꝛ. c. illa. xij. di. Videmꝰ eni in simili
religiosos p̄cipue cisterciē. statuisse: vt hi qui mi-
nistrant reliquis tempe ieiunij aliquid sumāt: vt
sic melius possint differre prandiū. Idem de lecto
ribus mense inter religiosos ꝛ huiōi. Et ſm Inn.
isti nō dicunt̄ frangere ieiuniuꝫ. Idem dic de illis
qui surgūt a mensa: vt portent encenium alicui. ꝛ
postea reuertunt̄ ad comedenduꝫ ꝛ huiōi. Idem
dic de ministrantibꝫ dn̄is qui pregustant cibos ex
suspitōne veneni: nec etiā isti peccarent si p̄gusta-
rent in quadragesima carnes: dūmodo nō faciāt
ex voluptate. Et ꝑ predicta pꝫ error dicentium: ꝙ
comedere panem in sero ꝓ collatōne: etiā in modi
ca quantitate frangit ieiuniū. Istud eni nullo iu-
re cauet̄. ieiuniuꝫ eni saltem quo ad circūstantias
temporis. modi ꝛ sepius. vel semel comedendi est de
iure positiuo: vt dictū est s. Et ex q̄ nō habemꝰ ius
specificū quo ad collatōeꝫ: recurrēdū est ad cōsue-
tudinē loci que est optima legum interpres. Et sic
vbi est ꝯsuetudo comedēdi modicū panis in col-
latōne nullo mō credendū est frangi ieiuniū: ma-
xime in illis qui non habent aliud quod sumant:
Adde etiam ꝙ dicit Pe. de pal. in iiij. di. xv. ꝙ si-
quis: non propter famem: vel voluptateꝫ: sed pre
timore ne deficiat p̄ anxietate die ieiunij ficus: aut
potītā prelibaret: vel huiusmodi. s. ante ꝯmestio-
nem ꝑ modum medicine: sic nō est fractio ieiunij.
Et dicit directo. ſm quosdaꝫ circa ieiunia ecclesie
potest statui ꝙ bis: ſꝫ parū comedat̄ in die. Sicut
faciūt cistercienses: q̄ ad remouendū scandaluꝫ et
charitatem obseruandam statuerunt: ꝙ illi qui le-
gunt: aut ministrant aliq̄d p̄gustent an̄ alios: nec
soluunt ieiuniū ab ecclīa indictū.

In qua aūt etate teneat̄ quis ieiunare? Rū. ſm
Tho. scd̄a scd̄e. q. cxlvij. ꝙ q̄diu aliq̄ sunt in statu
augmenti. s. vsqꝫ ad finē tercij septēnij. s. xxj. anni
nō tenet̄ ieiunare. Conueniēs aūt est: vt etiam in
hoc tpe se ad ieiunandū exerceāt plus vel minus
ſm modū sue etatis ꝛ possibilitatis. Nouicij quo
qꝫ ꝛ iuniores religiosi ſm vꝫ. sup soluēdo ieiunio.
iuxta discretōneꝫ prelatoꝝ se gerere debent. Et ex
dictꝭ Thome ꝛ vꝫ. potest nō irrōnabiliter dici: ꝙ
etiā ꝓfessi in ordine minoꝝ ante dictam etatē. xxj.
annoꝝ: nō teneant̄ nisi ad ieiunia: q̄ expresse in re
gula ꝯtinent̄. Ad alia vō ieiunia ecclesie nō tenen
tur et regula: nec etiā ex p̄cepto ecclesie: vt dictum
est ante dictam etatem.

An autem dari possit pronectis tempus vltra
qd̄ ieiunare nō teneant̄. sicut datur tp̄s anterius.
Rū. in senibꝫ nulluꝫ tp̄s determinatū est ab aliq̄
vsqꝫ ad quot annos quis teneat̄ ieiunare. In ni-
mium aūt senibꝫ secus videt̄ vt patet ꝑ Ri. in. iiij.
dis. xv. vbi dicit ꝙ nimiū senes nō tenent̄ ad ieiu-
nium: q꞉ in eis virtus ꝛ calor est debilis. Et ideo se
pius alendi sunt. Nimiū aūt senes dicunt̄ decre-
piti. Et ſm medicos regulariter hoc est a. lxx. an-
nis vltra. Et ſm glo. in ꝓhemio sexti: a. lxx. annis
vltra nō dicit̄ esse quis in senectute: ſꝫ in senio: qd̄
est aliꝰ etatum terminus. Ad hoc facit psal. An-
ni nostri. lxx. ꝛc. pro hoc facit. l. fi. C. qui eta. lib. x.
iuncta. l. ij. §. fi. ff. de decur. vbi maior. lxx. annis.
vltra excusat̄ quo ad excusatōeꝫ munerū ꝑsonali-
um ergo magꝭ excusabit̄ a ieiunio qd̄ est maximū
onus. nō soliū senibꝫ: veruētiā iuuenibꝫ.

An autem peregrini teneantur ad ieiunia ter-
rarum: ad quas transeūt. Pe. de palu. prout reci-
tat Archi. flo. dicit si consuetū est in aliqua dioce-
si: ꝙ ieiunetur certo die. Illi de diocesi tenentur ie-
iunare. Sicut si episcopus indiceret. de ꝯse. dis. v.
ieiunia. Consuetudo eni ratōnabilis et prescripta
obligat. Et hoc quo ad indigenas. xij. di. illa. Ali-
enigene vō si veniunt gratia habitandi: et tunc li-
gantur ieiunio consuetudinario sicut et scpto. Si
autem transeunt ꝑ terram non ligantur consuetu
dinibus nec statutis dicte terre: tenent̄ tamen nō
scandalizare. vnde occulte comedere pūt ſm ꝯsue
tudinem terre sue. Videt̄ tn̄ ꝙ ꝯsuetudo laicoꝝ
nō ligat clericos: nec secularium clericoꝝ religiosos:
quia distincti sunt modi abstinētie inter hos tres
status. Item excusant̄ alienigene: q̄uis in terra eo
rum ieiunetur ex quo veniunt animo remanendi
Sed qui transitum faciūt per terram sicut nō ob-
ligantur ad ieiunia illius terre: sic non liberantur
a ieiunijs terre sue. Hec Pe. idem glo. viij. dist. c.
que contra.

Quid de pregnantibꝫ? Rū. ſm Ri. vbi supra

qꝫ non tenentur ad ieiunium duplici ratōne. Prima. qꝛ debent accipere cibum: non tm̄ ꝓ se: sed etiam pro nutrimento fetus. Scd'a. quia pregnātes cōtinenerunt, habere varia et inordinata desideria ciborum diuersoꝝ. Et qn̄qꝫ ita intensa: qꝛ nisi aliquo modo possent appetitui satisfacere posset esse periculum periclitatōis fetus. Et ꝓpter priniam ratōnem lactantes etiam non tenent̄ ad ieiuniuꝫ. Et vbi predicte. maxime pregnantes de se vellent ieiunare per longum tempus. puta. per totā quadragesimam: vel medietatē ꝓhibende sunt.

Quid d' egrotantibus vel debilibꝫ: Respōdet thō. s. qꝛ licet in eis aliqñ abstinentia sit vtilis. non tñ ad ieiuniuꝫ: qꝛ in eis natura est debilis. Et ideo si daretur eis vna vice simul totuꝫ quod est necessarium ꝯuenienti sue sustentationi: natura grauaretur. et si datur pluribꝫ vicibus: natura ꝯfortatur et vigoratur.

Quid de laboratoribꝫ: Respondit qui s. qꝛ cuꝫ graui labore victum necessariū lucrant̄: nō tenentur. qꝛ in eis fit magna humidi ꝯsumptio: nec cuꝫ ieiunio possent comede efficaciter opari. Debent tñ si adsit facultas: a suo sacerdote petere dispensatōnē nō ieiunandi: ꝛ ille d; eis ꝯcedere. Qui tamē operarios ꝯducere nolunt: nisi sub hac cōditōne: qꝛ nō ieiunent: a pctō nō excusant̄. hoc aliqui limitāt nisi forte sit causa necessaria: q̄ festinatōēꝫ opis exposcat. Si aūt victū necessariū possunt acquirere cum labore: cum quo ꝯuenienter exercere possunt opus suū cum ieiunio: tūc a fractōne ieiunij nō excusant̄. Circa hoc tñ facta est magna modificatio. p. d. Eu. papā quartū. Mcccc xl. q̄ indulsit: qꝛ artifices laboriosa opa exercentes: ꝛ rustici: siue sint diuites. siue paupes: nō tenent̄ ad ieiunandū sub pcepto peccati: ꝛ qꝛ absolui possunt: ꝛ qꝛ inducātur ad elꝫ'nas: ꝛ ad alia bona spūalia.

Quid autēꝫ de pauperibꝫ mendicantibꝫ. Rñ. Ri. vbi s. qꝛ victū necessariū hostiatim' mēdicantes: qñ sił tantū habere nō possunt de elemosynis ora ꝯtestionis: qꝛ ad victuꝫ totius diei cōmode sufficiat: vel qñ ex pcedenti inedia debilitati ieiunium sufferre comode nō pñt: ieiunare nō tenent̄.

Vtrum peregrinantes ꝛ viatores teneant̄ ad ieiunia ecclesie: Rñ. Asten. qꝛ si sit talis peregrinatio vel viatio q̄ differri possit sine incōmodo: debꝫ differri si simul cum ea nō possit ieiunari si aūt nō potest differri vt qꝛ temp' ieiunij pcoccupat hominem in via: vel quia dies festus alicuiꝫ imminet ad quem ex deuotione homo pergere cupit: vel quia mora in patria periculum habet: vel spirituale: vł corporale potest fm dispositōēꝫ sui superioris soluere ieiunium: vbi ita est ꝯsuetum: quia ex hoc ipso qꝛ prelati dissimulant: annuere videnē fm tho. Nec ob. qꝛ consilio preceptum debet preponi. qꝛ intentio dantis huiusmodi preceptum: nō est excludere alias pias et magis necessarias causas. Secus est de preceptis legis nature: que prohibent hoc: quod fm se semper est malum. Si tamen isti peregrinantes indiscrete iter aggressi sunt tempore quo ieiunare debebant: nec ꝓpter illud iter ieiunare possunt: nec ꝑplexi sint licite frangūt. sicut qñ quis ꝓpter culpam quis sit infirmus: durante infirmitate nō tenetur fm Pe. de pal. Et si isti pegrini: vel viatores: ꝓpter eāꝫ piam: pñt omittere ieiunia ecclesie multoforti' fm tho scd'a scd'e. q. cxlvij. ꝛ Arch. f. vbi adesset aliq̄ publica vtilitas quā aliquis ieiunādo implere nō posset sicut est aliq̄ bōa pdicatio ꝛ necessaria ꝛ discursus ꝓpter eam: vł discursus alt' ꝓpter necessitateꝫ: vel vtilitatē ecclie et hmōi: cum quibꝫ nō posset ieiunare: qꝛ non videt̄ fuisse intentio ecclesie statuentis ieiuniū p hoc impedire alias magis pias et necessarias causas. de hoc vide s. Hore canonice.

Quid de cursoribꝫ. Rñ. qꝛ cursores: quoꝝ vsus est necessarius dñis vel ciuitatibꝫ: si nō pñt cuꝫ ieiunio iter agere: excusant̄. Secus cū modicuꝫ vadunt ꝛ quiescūt. nisi indigerent ex labore pcedenti: vel etiā in ꝓximo debentes magnuꝫ iter facere: opꝫ qꝛ reficiant̄ fm Pe. de pal'. videnē excusari. nō solū si sine tali officio nō pñt viuere: qꝛ tūc paupertas excusaret: ꝫ etiaꝫ si aliter pñt viuere: ꝫ non eque bene: qꝛ aliud est de illis qui ad certū diem se locant: qꝛ nō debent se locare: nisi possint tūc ieiunare: si habent al's vñ viuant. Aliud est de isto q̄ locat se ad totū annū: ꝛ ad totale seruitiū: q̄ si exciperet qꝛ nollet itinerare in die ieiunij: nunqꝫ inueniret qui eum reciperet.

Quid de vxoribꝫ an ꝓpter ꝓhibitiones maritorū debeant dimittere ieiunia: Respon. fm Panormita. sup Rubrica. eo. ti. qꝛ ieiunia voluntaria nō debent explere sine licentia maritoꝝ. xxxiij. q. v. noluit. ꝛ. c. manifestum. Sed ad ieiunia necessaria indicta: p ecclesiam obligantur: nec excusat maritorum ꝓhibitio: quia magis obediendum ē deo ꝛ vicario suo: q̄ maritis iniuste precipientibus. xj. q. iij. c. iulianus. nisi oriretur scandalum inter ipsas ꝛ maritos: tūc enim saltem cum licentia sacerdotis poterūt ieiunium omittere. qꝛ nota. pro hoc facit: quia preceptum positiuum ecclesie non obligat quem cum scandalo. vt in. c. ij. de no. ope. nū. de hoc dictum est s. Adulterium. Scandaluꝫ autem diciturt oriri: si propter hoc vir ꝓcederet ad facta. puta. ad verba vel prouocaretur ad blasphemandum deum et sanctos et huiusmodi quod sciri posset ex retroactis eius factis: tūc enī ꝛ in similibus casibus pōt salua ꝯsciētia dicta ieiunia omittete: ꝛ obedire marito.

Vtrū nō ieiunās vna die teneat̄ alia die ieiunare. Rñ. panor. in. c. ij. de obser. ie. qꝛ nō tenet̄: quia ibi nō imponit̄ frangēti ieiuniū: vt alia die ieiunet. De hoc vide diffuse s. Hore canonice.

Vtrū ieiunia possint redimi. Rñ. fm Inno. ꝛ Panor. s. Rica. e. ti. qꝛ in ieiunijs indictis p ecclesiam nō pōt aliquis dispensare citra papaꝫ: nisi cā sit in debente ieiunare. Ex causa enim potest episcopus dispensare. ꝛ talia ieiunia in aliud bonum compensare. Et causa satis sufficiens est debilitas persone: siue proueniat ex defectu nature. siue ex exercitio exteriori. Exemplum in agrimensoribus et alijs artificibꝫ. qꝛ ex diutino ꝛ lōgo labore debili

tant: ita q̄ cōmode ieiuniū tolerare non possint. licita est in istis commutatio. ar. lxxxij. dist. c. presbyter. in fi. Non tamen intelligas: q̄ quis ꝓpria auctoritate possit sibi hoc ieiunium commutare. arg. in. c. j. de voto. vnde glo. in dicto. c. presbyter. debet restringi ad casum illius capituli. Nam ibi redemptio ieiunij permittitur auctoritate illiꝰ canonis: vnde non debet trahi ad alia ieiunia. Et multos decipit illa glo. hoc idem tenet ibi Archi. In ieiunijs vo ad que quis se obligauit ex voto potest episcopus dispensare etiā sine causa existē te in vouente dummodo illud in quod fit cōmutatio sit melius. id est deo acceptius; vt in dicto. c. primo. Et hoc videtur prima fronte mirabile: vt magis stringat ieiunium indictum per ecclesiam q̄ ieiunium ex voto. Et ratio potest esse: quia primum fuit ab initio necessarium: nec est obuiandū precepto superioris sine causa. secūdū vo a principio fuit voluntarium: et apparet satis de voluntate dei: cui acquiritur obligatio: qui vult commutationem fieri in melius. ieiunia autem que in penitē tia imponuntur: redimi possunt a auctoritate superioris: vel etiā equalis ꝯfessoris. De hoc vide sup. Confessio. ij.

Utrum super solutōne ieiunij sit petenda dispensatio? Rū. fm̄ ꝙ ꝙ. q̄ aut cōstat omnibꝰ vicinis causam esse sufficientem ꝓpter quam soluēdū sit ieiunium. Et tūc non oportet petere dispensationem. Si aūt ꝯstat infirmo de sufficientia cause: sed alijs nō: tunc si timet probabiliter scandalum aliorum; petere debet licentiā: alis non. Si autē dubitat ille qui soluere vult ieiuniū. An causa sit sufficiens: tūc petere debet dispensatōnem ab episcopo si haberi potest; vel saltem a proprio sacerdote. Nec ꝙ ꝙ. vel saltem a proprio confessore. Et causa sufficiens ad dispensandum fm̄ Hosti. est infirmitas nature et debilitas. ciborū caristia paupertas. peregrinatio. labor. et protractio nimia mense: vt in seruientibus mensis nobilium et huiusmodi.

An autē religiosi: seu clerici teneantur ieiunia sua inchoare a quinq̄gesima. Dic fm̄ Directoriū q̄ non quinquagesima: sed quadragesima est eis indicenda. de ꝯse. di. iij. a sacerdotibus. Nec ob. c. statuimus. et. c. sequentia. dis. iiij. que loquunt de speciali ieiunio clericoꝝ: qd̄ ipsis suadet. sed nō precipitur. Idē Jo. ꝛ Archi.

Si festū natiuitatis occurrit sexta feria: licitum est comedere carnes: exceptis ꝓfessis et vouentibus. extra eo. c. fi. Ex quo infertur: q̄ propter excellentiam diei detrahitur abstinentie et macerationi carnis. Et sic videtur q̄ in die festo: nō solum spiritualiter homines gaudere debeant: sed etiam cum honestate possunt aliquam delectatōnem capere. Et tene menti dictum text. facit enim vt cessante iactantia: possint homines; vti licite vestibus magis ꝑciosis in veneratōeꝫ festi.

An autem sit licitum comedere carnes in sabbato. Dic fm̄ doc. et Panormitanū. in. c. ij. extra eod. q̄ attendi debet consuetudo regionis. Et ad c. sabbato. de conse. di. iij. dic q̄ loquitur de cōsilio sicut cauetur de die mercurij. Idem dici potest de c. quia dies. de cōse. dis. v. Et vide de hoc glo. in. c. de esu. de conse. dis. iij. et in eadem glo. habetur q̄ illud quod ibi dicitur de esu carnium: q̄ dies vigilie incipit a cene termino. dicit q̄ illud est consiliū. Et fm̄ directoriam. li. iiij. dic q̄ dies: quo ad esum carnium: est a media nocte. s. precedente vigiliam vsq; ad aliam mediam noctem sequentē. Et hoc teneas.

An autem illi qui ꝯsueuerunt comedere carnes in partibus suis die sabbati: vel huiusmodi peccēt comedendo in alijs partibus. vbi hoc non est cōsuetum? Rū. fm̄ directoriam. q̄ sic. d. c. quia dies et. xij. di. illa a ꝯtrario sensu. Sed illi qui sunt d' patria: vbi non consueuerūt comedere si veniant ad locum vbi consuetum est: ad habitandum intellige totaliter: non peccant nisi als voto: vel abstinē tia regulari ad abstinendum spāliter sint astricti. extra eo. c. fi.

Quid si quis vouit in vigilia alicuius sancti. vt puta. Laurentij non comedere panem: postea vel ante vouit die veneris: vel sabbati non comedere nisi panem ꝛ aquam. ꝛ accidit q̄ vigilia venit illa die. Ad qd̄ votum teneat: seu ieiunium. vel ad vtrumq;? Distingue fm̄ directoriā. q̄ aut in vouendo scōm non recoluit de primo. Et si recoluisset excepisset: tunc tm̄ tenetur ad primum ar. ff. de act. et ob. l. obligationū. la scda. Aut recoluit: sed non excepit. Et tūc distinguitur vtrū possit vtrūq; adimplere: et tunc ad vtrumq; tenetur. argu. de spō. cōmissum. et extra eo. c. fi. quia que sine conditione vouentur. sine conditione soluātur. Aut nō potest vtrumq; adimplere: tunc tenetur ad primū et non ad secundū. extra de voto. c. fi. quia ad impossibile non potuit obligari. Et in hoc casu licitū esset commutare aliquod istorū per episcopū. Ex precedenti qōne soluitur alia questio. Quidā vouit non comedere carnes in die mercurij. nunq̄d possit comedere ferculum: vel brodium in quo cocte sunt carnes? Dic q̄ si in vouendo recoluit de ferculo et brodio: tunc aut intendebat se obligare. Et tunc tenetur non comedere. Si etiam non intendebat se obligare. et tunc potest comedere. Si autem quando vouit de predictis non cogitabat tunc distinguendum q̄ iste qui vouit et non recoluit: aut excepisset si cogitasset: aut non. Si excepisset: tunc non tenetur. si autē non excepisset: tunc tenetur non comedere predicta. Ad hoc facit singulariter. c. quemadmodū. de iureiur. vbi iuramētum non fertur ad nō verisimiliter cogitata. Idē dic de voto.

An autem in diebus ieiunij liceat comedere sagimen. id est lardum. Respon. Panormita. in. c. consuluit. de iudeis fm̄ glosam. xxxiij. qōne. ij. admonere. ꝛ. c. proposuisti. lxxxij. di. dicit. q̄ licitū est comedere sagimē illis diebꝰ: quibꝰ licitū est comedere oua: licet tunc nō licitū sit vti carnibus: quia quasi mutando formam. videatur res substantia mutata.

Ignorantia. Utrum quilibet teneatur scire articulos fidei et precepta legis? Vide supra. Fides. Singuli tamen tenentur scire ea que ad eorum statum et officium spectant.

quia possent esse plures. Et si papa ĩ priuilegio diceret: presenti: per se vel per nũcium: prohibemus omnibus ne quis eum excõmunicet. Idem esset. Statim eñ effectum habet: quia concurrũt voluntates predicte. Si vo nec per se: nec p nũcium q̃s impetrat talem indulgẽtiã: sed papa proprio motu vel ad instantiã alterius dicit ꝙ nisi appareat de voluntate contraria cõcedentis. priuilegiatus nõ gaudebit beneficio indulgentie nisi postq̃ ad eũ peruenerit. Idem videt tenere Inno. ꝛ Ho. Et hec faciunt ad ea que dicta sunt s. Excõmunicatio. vj. in fi.

Quid aũt si in ꝯsecratiõe ep̃us ꝛ archiep̃us cõcurrant. ꝛ quilibet dat annum? R̃ñ. Dir. li. j. fm Hostiẽ. dicit ꝙ cõprouinciales habebunt annũ. Subditi vo ep̃i biennũ.

Nũquid autẽ concedens indulgentiã habebit eam: si facit ea ꝓpter que cõcedit? R̃ñ. Dir. refert quosdam theo. tenere ꝙ sic. Idem Vin. in dicto. c. cum ex eo. Ad hoc faciũt nota. p doc. in. c. p venerabilem. qui fi. sint le. vbi princeps potest legitimare filios suos. nõ tanq̃ pater: sed tanq̃ princeps. Et sic gaudet priuilegio: quo ceteri participes gaudent.

An aũt vnus possit alteri indulgentiã mereri? R̃ñ. nõ potest nisi ꝓcedat ex intentiõe dantis. vñ posset si indulgẽtia fieret hoc modo dicẽdo. ꝙ ille qui facit vel pro quo fit habeat talem indulgentiã. Et ratio est fm theo. quia licz ꝓprium opus possit quis p intentionẽ cuicunq̃ voluerit applicare. Et sic cum satisfactio sit ꝓpriũ opus. poterit quis cui voluerit p intentionẽ suam applicare: ꝛ sic ꝓ alio satisfacere. Indulgentia autẽ nõ est ꝓprium opus sed eius qui dat indulgẽtiam. quod opus ipse applicat p intentionẽ ad hunc: vel illum qui sic fecerit ꝛc. Et p ꝯsequẽs nõ potest quis hãc intentiõez ad alterũ transferre.

Quid si quis faciat pluries ĩ die illud ꝓpter qđ indulgentia est cõcessa: vel cum vadit ad locũ vbi indulget remissio. nũquid habebit totiens indulgentiã: quotiẽs vadit. R̃ñ. aliqui dicũt ꝙ quãdo indulgentia ad determinatũ temp⁹ datur: vt cũ dicitur. Quicũq̃ iuerit vsq̃ ad tale tempus ad ecclesiam talẽ: habebit tantũ de indulgẽtia. Intelligitur tñ semel. Sed si in aliqua ecclesia sit ppetua indulgentia sicut in ecclesia beati petri est indulgẽtia. xl. dierũ. tunc quotiẽs aliquis vadit totiens indulgentiã cõsequitur. Et huius sentẽtie est Tho. fm Io. Inno. ꝛ Guil. in Spe. quãdo indulgẽtia cõsistit in visitatione alicuius ecclesie: tũc pro qualibet vice qua quis ad ecclesiã vadit indulgentiaz habebit.

Sed quid de his qui deferunt multas litteras ep̃oꝝ: ꝛ legũt oẽs ĩ vno loco: asserẽtes ꝙ talis ep̃s facit talẽ indulgẽtiã: ꝛ talis talẽ. nũquid ꝓdest cõferenti. Ita ꝙ omnes indulgentias capiat? R̃ñ. fm Dir. ꝙ non. sed illi tñ qui subest ep̃o indulgẽtias facienti: nisi forte ꝛ is qui cõfert: habeat licentiã a suo iudice ꝙ tales indulgẽtie illi ꝓsint. ar. ext̃ de fo. cõpe. significasti. vel suus cõfessor ei indulserit: ꝙ possit p tales indulgẽtias redimere penitentiã. extra de pe. ꝛ re. qđ aũt. vbi Panor. dicit ꝙ tutissimũ est ꝛ valde expediens vt volens peregrinari ꝛ visitare loca pia: habeat licẽtiam a proprio iudice: ꝛ gratiaz participandi indulgentijs alienis. hoc tamẽ intellige de indulgẽtijs concessis ab alio q̃z a papa. Nam respectu pape quilibet est subditus. vt in. c. cuncta per mũdum. ix. q. iij. hoc etiã verum nisi indulgentia esset restricta ad habitatores certi loci: que tamen sic cõmuniter non cõceditur: sed generaliter.

Quibus ꝓsint indulgentie? R̃ñ. fm Hosti. ꝓsunt tñ viuis ꝛ non mortuis: sicut enĩ membrũ corporale putridũ vel resecatũ vel mortuũ nõ põt nutriri: vel viuificari cibo corporali: sic nec mẽbrũ spirituale: cibo isto spirituali. Ideo excõmunicatis. hereticis ꝛ scismaticis sic existentibus nõ ꝓsunt orationes. nec ieiunia. nec elemosyne. nec indulgẽtie quo ad effectum spũalis nutrimẽti. s; nec mortuis ꝓsunt huiusmodi remissiones. licz alia suffragia ecclesie ꝓsunt: q: charitas sola prodest in purgatorio. Cum fm ꝓsperum. Sit in omnibꝰ fidelibus operosa. de pe. di. ij. charitas. Sed potestas clauiũ nõ habet ibi locũ. Pro predictis facit quod notat Ri. in. iiij. di. xx. vbi querit. An valeant indulgentie existentibꝰ in peccato mortali. Et cõcludit ꝙ non hac ratione: q: non potest fieri remissio pene manẽte culpa. Et ideo cum p indulgentias nõ remittatur existentibus in mortali peccato culpa: nõ remittetur eis per indulgentias aliquid de pena. Bona tamẽ facta in mortali disponunt de cõgruo ad penitẽtiam. Et illa mediante ad susceptionem remissionis peccatorũ per diuinã misericordiam. Quo tamen ad existentes in purgatorio dicit Ri. ꝙ illi qui sunt in purgatorio: cum ecclesia militante. aliquo modo cõmunicant in pena. Cum triũphante ĩ impossibilitate peccãdi: tamẽ cũ vtraq̃ in charitate. Et ideo quia cõiuncti sunt cum militãte ecclesia per charitatem: maximo auxilio indigent: quia non sunt in statu in quo possint penam assumere voluntariam: per quaz citius admitterẽtur ad visionẽ beatã. Ideo ecclesia põt eos iuuare: cõicãdo eis merita viuoꝝ nõ tñ p modũ auctoritatis vel iudicij: p q̃ directe iuuant illi qbꝰ directe prosunt indulgentie. Et per p̃dicta soluit questio: que de facto accidit de indulgẽtia plenaria cõcessa olim per Calixtũ papam patribꝰ ꝛ matribus defunctis fratrum minorũ: si qui in purgatorio repiebantur. An valeat dicta indulgentia? Dic per p̃dicta ꝙ sic: per viam cõicationis bonorum spiritualiũ ecclesie. Et sic indirecte. nõn autẽ directe p viã auctoritatis seu iudicij. quia sic illos nec ligare nec absoluere põt.

Vtrum ille cui iniuncta est penitentia. vij. annorũ: ꝛ postea ꝯsecutus est indulgentiã. Septem annoꝝ teneatur postea agere penitentiã illam? R̃ñ. ꝙ nõ tenetur ampli⁹ penitẽtiã illã agere: dũ tamẽ peccatũ oĩno p cõtritionẽ dimissum sit. q: p omni peccato mortali duplex pena debet. s; eterna et temporalis. de pen. dist. j. si peccatum. Sed

per cōtritionē pena eterna dimittitur seu in temporalem cōmutatur. de pe. di. j. verbū. Temporalis vo ꝑ satisfactionē. vt in dicto. c. si peccatū. Et per istā penā qualitercūqꝫ satisfaciat ecclesie; dū tamē nō decipiatur ecclesia sufficit; ⁊ absolutꝰ est. xxiiij. q. j. quodcūqꝫ. nec tenetur amplius de necessitate ieiunare: vt bene ꝓbatur in dicto. c. qđ aūt. vbi dicitur ꝙ ꝑ tales remissiones eneruatur penitēnalis satisfactio. Et Panor. ibi reprobat opinionē dicentium ꝙ huiusmodi indulgētie ꝓsunt quo ad penitētiā hic iniunctā: dūmodo sacerdos qui ꝑus indulsit penitēnā: hoc cōcedat vt possit cōpensare penitētiā cum indulgētia. alś secus. Sed hec opinio nimis restringit potestatē ⁊ effectum indulgentiarum. Nam cū hec indulgētia ꝓficiscatur ex thesauro ecclesie: cuius potestatē habet papa cōpensandi: debet ꝓdesse quibꝫ papa cōcedit: vel alius prelatus habens ad hoc potestatem. vnde non est necessaria licentia sacerdotis licꝫ sit consilium vt habeatur licentia.

Quid valent iste indulgentie? R̄n. fm Hos. Hosti. ⁊ theo. ꝙ tantū valēt quātū sonant. videlicꝫ. xl. dies indulgētie valent quātū. xl. dies penitentie fm taxationem factam; siue a iure siue a sacerdote; siue a iusticia diuina. Dies enī isti siue anni: non sunt anni celi nec purgatorij: sed mūdi. Et sicut in mundo. xl. dies penitentie plus valent ꝓficienti cum maiori feruore ꝙ̄ valeant alteri. Ita xl. dies indulgentie plus valent illi qui cum maiori charitate vel rei date quātitate accedit. Sciendum tamē ꝙ aliquādo indulgentie sonant numerum dierum vt quando dicitur. Quicunqꝫ ierit ⁊c. habeat. xl. dies de indulgentia. Aliquādo sonant numerum annorum: vt cum dicitur. Quicūqꝫ ierit ⁊c. habeat duos annos ⁊c. Aliquādo sonāt partē peccatorum; vt cum dicitur. Quicūqꝫ ierit vel sic fecerit: habeat suorum peccatorū tercie vel quarte partis remissionem. Aliquādo sonant plenariam remissionem. Si indulgentie sonant numerū dierum; tunc talis indulgentia debet sic intelligi ꝙ si alicui essent. xl. dies de penitentia iniuncti. xl. dies de indulgētia. Ipsam penitentiā euacuāt. Et sic si quis tenebatur ieiunare. xl. diebus. habita indulgētia. xl. dierum; non tenetur amplius ieiunare. Ita enī dicitur in forma litterarū. xl. dies de iniūctis sibi penitentijs: misericorditer relaxamus. Si sonant numerum annorū: tunc similiter intelligendū est. videlicꝫ ꝙ penitentiā in cōfessione vnius anni iniūctam: vnus annus indulgētiarum soluit. Et si dicitur. ponamus. tanta tibi non fuit assignata penitētia: vt cōmuniter fit. Quid dicendū? Dico ꝙ tibi in purgatorio recompēsabitur ac si illam fecisses. et tibi iniūcta fuisset. vnde posito ꝙ quis ꝑ decenniū in purgatorio stare deberet. Et ipse. vij. annos de indulgentia in vita habuisset; certe solū per trienniū in purgatorio puniretur: quia quod semel fuit relaxatum: amplius a christo non repetitur. Si autem indulgentie partem peccatorū sonant: tunc tantū valent ac si quis penitentiā illius ptis suorum peccatoꝝ fecisset. Et si talis in gratia decederet: manifestum est ꝙ in purgatorio: nisi ꝓ residuo puniretur. Si plenariam indulgentiam sonant. Clarum est ꝙ ei plenaria pena relaxatur. Et si in illo instanti moreretur absqꝫ additione noue culpe; ꝓculdubio si fuisset peccatorum maximus ad celos euolaret. Nota tamen fm Augu. de ancho. prout recitat Archi. flo. in summa: ꝙ quatuor sunt que faciunt retardare ne statim euolēt: nō obstante ꝙ in litteris papalibus dicatur plenariam indulgētiam cōcedimus. Primū est forme indulgentie taxatio: vt si dicatur. Tibi indulgētiā plenariam omniū peccatorum tuorū de penitētia tibi iniuncta indulgemus; tunc si moreretur: non statim euolaret: si maior sibi penitentia fuerat iniungenda. Et vigore indulgētie non sibi remittitur: nisi pena iniūcta a ꝯfessore. Pro illa ergo parte pene que sibi debebat iniūgi in foro penitentie luet in purgatorio. Secūdum est alicuiꝰ peccati omissio per obliuionem vel ignorantiam. scꝫ ꝙ nō fuit de eo confessus. Et hoc precipue videtur habere locum; quādo dicitur in forma indulgentie; ꝙ habeat remissionem omniū peccatorum; de quibus corde cōtritus ⁊ ore confessus est: quia non valet quo ad peccata nō ꝯfessa. Sed de hoc infra. Tercium est alicuius mortalis peccati post cōsecutionem indulgentie perpetratio. De illo enim licꝫ cōfiteatur ⁊ satisfaciat. non tamē habet indulgentiā quo ad illud sequens. Quartum est culpe venialis inexpurgatio. id est qr decedit cū aliquo peccato veniali: de quo non est contritus; sed fixus in affectu eius. stant enim venialia cum gratia et nō potest remitti pena remanente culpa. vnde indulgentia quo ad talia quibus est affectu fixus; non valet. Sed si ista non impediāt; cum alijs que cōcurrē debent; puto ꝙ papa a tota pena ⁊ culpa absoluere potuit a ꝙ talis euolabit.

Sed que sunt alia que concurrere debent ad huiusmodi indulgentias consequendas? Dic ꝙ quatuor requirūtur. Duo ex parte dantis. scꝫ auctoritas et causa rationabilis. Alia duo ex pte suscipientis. scꝫ ꝙ sit in statu merendi. ⁊ vt faciat illud pro quo indulgentia datur. Et ob defectum huius vltimi indulgentie non valent his què libenter facerent illud pro quo indulgentia datur: sed non possunt: ex quo indulgētia datur sub hac forma. vt faciat vel det hoc vel illud. vtputa est indulgentia mediolani certis temporibus plenaria his qui porrexerint manꝰ adiutrices: licet fratres minores ⁊ alij religiosi nihil habentes illuc accesserint ⁊ deuotissime: non cōsequētur illam indulgentiam virtute talis priuilegij. Quid ergo haberent facere in hoc casu: vt ⁊ ipsi dictam indulgentiam consequātur. Debent facere vt alius pro eis aliquid tribuat. Et hoc nota.

Et per predicta patet quid sonat remitto tibi vnum annum de penitentia iniuncta. Nam iste est sensus fm Inno. ⁊ Hosti. id est tāto minꝰ punieris in purgatorio: quātū esset; si vno anno cōegisses penitētiā in hac vita. Nec ꝓpter has generales indulgētias; nō minꝰ debes agē pniaꝫ in hac

vita q̃uis de necessitate non tenearis: tñ q2 nescis verū sacerdos iniūxerit tibi penitētiā quā debuis-set. Nam hodie vix iniste imponit: cū pro quolibz peccato mortali: septēnis penitētia debeat. xxxiij. q.v. hoc ipm. Et cū illud qd nō est purgatū ī hac vita: debeat purgari in purgatorio: fatuus est et simplex qui ibidē huiusmodi indulgētias non reservat cū si ipas reservauerit tot dieb9 quot hic re-misse sunt: sit minus in purgatorio puniendus q̃ fuisset. Sed illis tñ ꝓsunt: quib9 dū viuerent fa-cta fuit remissio. Et hoc intelligas de pticularib9 remissionib9 que fiūt per papam vel alios inferio-res dicentes tñ de iniūcta penitentia relaxamus. Secus de generali ꝛ vniuersali: per quā oīs satis-factio remittit que a solo papa fieri cōsueuit. Idē dit. Et hoc de papa intelligendū est: qñ in tali re-missione generali nō refert se ad penitētiā iniūctā sed absolute et generaliter remittit. Al's secus fm Augu. de anch. ꝛ arch. flo. vt dictū est.

An antē isti dies sint vtiles vel cōtinui: Rñ. Panor. post Host. extra de pe. ꝛ re. cum ex eo. di cit q dies debent esse vtiles. Annus vo est fm q cu-rrigit in penitētia: hoc est q si debeo ieiunare in anno per. xl. dies: licz interpolatim vt q2 forte qua libet septimana debeo ieiunare semel: valet illa in-dulgētia. xl. dierꝫ ad tollendū omnes istos. xl. dies vnde nō currunt quotidie: sed sunt vtiles. De an no vo sic intellige. debeo agere penitentiā p annū qualiscūqꝫ sit illa penitētia, puta ieiunādo p annū semel in septimana tollit iste ann9 p hāc indulgē-tiā annalē. Ita q indulgentia anni nō diuidit p dies: sed valet respectu anni integri: put peniten-tia est annalis.

Querit de. q. quotidiana. An indulgētia con-cessa vere penitētibus ꝛ cōfessis: ꝓsit illis qui fue-runt cōfessi semel in anno ꝛ habēt ꝓpositū cōfiten-di ꝛ ptritionē de peccato ꝑtento: Rñ. fm panor. in. c. oīs. de pe. ꝛ re. q sic. nam isti dicūtur vere pe-nitētes: ex quo hnt cōtritionē ꝛ vere cōfessi: ex quo fuerūt cōfessi tempore determinato: ꝛ habēt ꝓpo-situm ꝯfitendi. Nā cōtritio est illa: q̃ multū ope-ratur apud deum. Idem Car. in cle. j. de reli. ꝛ ve. sanctoruꝫ. vbi etiam querit d alia. q. quotidiana. Datur indulgentia p totaꝫ octauam corporis xpi interessentib9 diuinis officijs in eccia. Quid si ob multitudinē populi omnes nō possunt intrare ec clesiā: sed pars populi audit diuina extra ecclesiaꝫ An tales habebūt talē indulgētiā: videt q non p dicta: quia ex quo indulgentia est data sub hac forma dūtaxat qui audierint in ecclesia. Glo. sol. dicit q non gaudebit hac indulgētia. Pau. dicit q si ex necessitate celebretur extra ecclesiā sub tētorio gaudebūt presentes indulgentia. Cōcludit tamē q propter verbū in ecclesia. tuti9 est tenere q non sufficiat bonis interesse extra ecclesiaꝫ. Dicit tamē q si propter turbam omnes non possunt ingredi ecclesiam: stantes extra ambitum muroꝝ: gaude bunt indulgentia: quia sufficit voluntas intrādi. ꝛ q p eos nō stat. p regulā Imputari.

Utrum autem vicini ecclesie: vt clerici vel re-ligiosi illius loci vbi indulgentie conceduntur: con-sequātur tantam indulgentiam quātam remoti. Rñ. q sic: quia remissio non ꝓportionatur labori. sed meritis que dispensantur: sed qui plus labo-rat: de merito plus acqrit. Nota tamē fm astē. q propter indulgentias dissolui non debet obser-uantia regularis: quia religiosi magis merentur religionem seruando: quo ad premium vite eter-ne q indulgentias exquirendo. licet minus quo ad dimissionē pene: quod est minus bonuꝫ. Nec iterum per indulgentias dimittūtur pene iniun-cte in capitulo: quia ibi agitur quasi forum iudici-ale magis q̃ penitentiale. vnde non sacerdotes: quādoqꝫ capitulū tenent: sed absoluūtur a pena iniuncta: vel debita pro peccato in foro peniten-tiali.

Sed querit de. q. quotidiana. Pone quidam habet priuilegium a papa: q semel possit absolui plenarie ī articulo mortis. Et fecit se absolui: post-ea liberatus est. An virtute dicti priuilegij possit iterū in alio articulo mortis absolui: Rñ. Archi. flo. in sum. dicit. non putet aliquis q qñ semel in articulo mortis fuit: ꝛ vsus fuit tali grā q postea ī alio articulo mortis vti valeat: nisi papa laxiorem auctoritatem daret q̃ dat: qñ ponit q in articulo mortis dūtaxat semel. Et ita cōsultum fuit fm eum in cōcilio cōstanciensi a litteratissimis viris. Nec mirū: quia priuilegiuꝫ de indulgentijs tantū dat quātū sonat. nō aūt extēdi dꝫ vltra.

Utrū indulgētie faciēde sint ꝓ subsidio tēpo-rali: Rñ. fm Ri. q ꝓ tpalib9 pncipaliter nō de-bent dari spūalia. Nā cū dant indulgētie ꝓ eccle sijs vel hospitalib9 cōstruēdis: nō dant: vt in illis tpalib9 sistat: sed ꝓpter vtilitatē spūalem cōseqnē-tem. Et ideo nō dant ꝓ tpalibus: nisi in quātum ordinant ad spūalia.

An aūt ꝓ edificatione pontiū licitum sit dare indulgentias: Dic fm Panor. in dicto. c. qd aūt. q qñ pons fit: aut reficit in aliquo loco periculoso: vbi pegrini ꝛ paupes sepe patiebant mortis peri-culū in trāsitu: tūc licitū ē. al's sec9.

Utrū cruce signatus qui morit anteqꝫ iter ar-ripiat: habeat indulgentiā. Rñ. fm Tho. forma priuilegij ꝯsiderāda est.

Infidelis.

Utrū liceat cū infide-libus cōicare: Rñ. fm Tho. q in fide fir-mi sunt ita q ex eorū cōicatione cū infi-delib9 sperat magis illoꝝ cōuersio q̃ hoꝝ subuer-sio: nō sunt ꝓhibendi cōicare cū infidelib9. Sim-plices aūt et infirmi ꝓhibēdi sunt ne sine magna necessitate cū eis cōuersent.

Utrū cū infidelib9 sit disputādū. Rñ. q nlli laice psone licet disputare d fide cū ifidelib9 p tex. in. c. qcūqꝫ. de here. li. vj. vbi sic habet. Inhibem9 quoqꝫ ne cuiqꝫ laice psone liceat publice vel priua-tim de fide catholica disputare. qui vo cōtrafece-rit: excōicationis laqueo innodet. Glo. in v. laice. forte intendit de laico ad moduꝫ vltramōtanorū qui illitteratos laicos vocāt. Quid eni ē dicere: q

puralis clericus disputādo de fide catholica nō incidat in hanc penā: τ doctor decretorū laicus incidat. Tamē sufficit ita esse scriptū. Et solum duo sunt christianorum genera. Clerici et laici.xij.q.j. Duo sunt.

Inquisitio.

Sciendū ꝙ tribus modis principaliter ꝓcedit̃ cōtra aliquē de crimie. videlicȝ ꝑ accusationē. denūciationē. τ inquisitionē. Et quidē quō debeat fieri accusatio. vide §. Accusat⁹. τ Accusare. Ad denūciationē vo an debeat p̄cedere charitatiua admonitio⁹: Dic fm Ri.in.iiij.dist.xix.ar.iij.ꝙ peccatū ꝓximi: aut est publicū aut secretū. Si publicū nō est necesse secretam monitionē p̄cedere denūciationē. de pe.τ re.c.manifesta. Et illud Thi.v. peccantea corā omnib⁹ argue. Si autē est secretum: tūc distinguendū ꝙ aut tardatio denūciationis eius ꝓbabiliter videt̃ esse in notabile nocumentū ꝓximorū corporale seu spūale: vt si aliquis tractaret occulte ꝙ ciuitas hostibus traderet: vel occulte homines auerteret a fide vel morib⁹. Aut nō īminet tale periculum. Si sic: festinandū esset ꝓcedere ad denūciationē. nec est necessariū expectare quousqȝ precedat secreta monitio: quia magis cauendum est detrimēto boni corporalis et spūalis reipublice q̄ȝ fame ipsius peccatoris. Si vo peccatum est occultum: nec pro tardatione denūciationis īminet tale periculum. adhuc distinguendū est ꝙ aut probabiliter creditur per conditionē et signa peccatoris τ alia que probabilitatē possunt generare: ꝙ homo circa eum per secretam monitionem non proficeret: sed ille magis exasperetur contra corrigentem τ p̄monitus subterfugia quereret: vt corrigi non posset: tunc non debet secreta monitio precedere denunciationē. Aut sperat̃ ꝙ secreta monitio proficeret contra ipsum quod semper credendū est: nisi per signa probabilia contrarium videatur. Et tunc dico ꝙ ex precepto diuino debet secreta monitio publicam denunciationem precedere. non tamen est necessariū: vt precedat secretam denūciatiōem: que fit soli prelato: maxime quādo denuncians ad hoc compellitur per sui prelati obedientiā. Et si frater ad secretam monitionem se corrigat: debeo desistere a publica denūciatione. Et sic intelligitur quod dicitur.ij.q.vij.accusatio. vbi dicitur. ꝙ si aliqui sacerdotes ante secretam monitionem lacerare: accusare: vel infamare p̄sumpserint: excōmunicent̃. Si enim possum sine detrimēto spiritualis boni illius quē corrigo τ cōmunitatis: custodire famam fratris: teneor ex precepto dei famam ipsius non ledere: q: preciosior quidē est inter temporalia: τ multum vtilis ad spiritualia: τ multi timore infamie a malo retrahunt̃. Et homies quādo se infamiatos cōsiderant: magis sine freno peccant: nō tamen propter fratris correctionē factam per secretā admonitionem. teneor desistere a secreta denūciatione: prelato facienda: quia valet ad precauendum fratri a recidiuo: nec est in fame fratris p̄iudiciū. Si talis est prelatus qualis esse debet. Si tamen per signa valde probabilia: et p̄sumptiones quasi violentas crederet ꝙ ex illa denunciatione: fratrem correctum infamare vellet: tunc crimen occultū fratris iam veraciter correcti: sibi denūciare non deberet. hec Ri.

Ad inq̄sitionē vo p̄cedere debet fama publica: vel clamorosa insinuatio. nec inquisitio debet fieri nisi precedat diffamatio a viris honestis: nō mal uolis: non semel sed pluries. Et pro huius, ca sus declaratiōe. Dic fm nota. per docto. in.c. qualiter τ quādo. el.ij. de accusa. ꝙ quedam est inquisitio generalissima: vt quādo p̄latus inquirit sup statu tocius prouincie: vt in.c. romana. de censi. lib.vj. Et in hac non est opus infamiam p̄cedere imo tenetur quolibet anno generalem inquisitionem facere. Quedam est inquisitio generalis: vt quādo inquirit̃ super statu ciuitatis castri vel loci. Et tunc etiam nō exigitur ꝙ infamia precedat ad hoc.c.j. de offi.or. facit.l. cōgruit.ff. de offi.p̄si. Et ita patet per hoc ꝙ sindicatores rectorum qui sindicant caput τ eius membra. puta potestatem capitaneum et eius officiales possunt contra eos inquirere in genere de delictis ꝯmissis per eos in eorum officio non p̄cedente fama publica vel clamorosa insinuatione. Et ita de ꝯsuetudine seruatur. Quedam est inquisitio specialis: que fit cōtra certam personā: τ si fit non ad penam imponendam: sed ex debito officij: vt matrimoniū carnale non contrahat̃ propter aliquod impedimentum vel vt non ꝓmoueatur quis ad prelaturā seu nō confirmet̃ electio: si requiritur promouendus vicio sus: τ etiam non exigitur infamia: quia vt dictum est non agitur ad penā: τ fit ex debito officij. Idē cum iudex inquirit ex mero et puro officio et non ad instigationē alterius: vt ī dicto.c.j. Et per hoc sint cauti rectores terrarū ꝙ ad hoc: vt ab eis nō possit peti copia diffamationis: semper cum formant inquisitiones dicant. hec est inquisitio quā facit talis contra talem ex suo mero officio. Quādoqȝ ista specialis inquisitio fit ad penam imponendā. Et tunc si ad denūciationem publici officialis: non est opus ꝙ infamia precedat: vt.l. ea quidē. C. de accusa. et.c. preterea. de testi.co. Sed tamen non denunciantur hoc casu: nisi notoria. alias non creditur denūciatoribus: de quo vide supra Familia. Quandoqȝ fit inquisitio specialis: infamia deferente. Et tunc si proceditur contra prelatum secularem: non debet fieri inquisitio: nisi p̄cedat tanta infamia ꝙ sine scandalo non possit tolerari. vt in dicto.c. qualiter. Si autem fit inquisitio contra priuatum secularem: non requiritur scandalum vel periculum. Sed satis est infamiam clamorosam precessisse. Si autem fit inquisitio contra subditum regularem; et si agitur ad penitentiam seu ad correctionem; tunc non est necesse seruare ordinem positum in dicto capitulo qualiter. sed de plano τ sine strepitu potest procedi. vt in capitulo. reprehensibilis. de appellatio. Si vero contra prelatum regularē. tunc aut agitur

abbatem: aut contra priorem conuentualem: vel aliquem habentem curam auctoritate epi. Et tūc debz ordo seruari positus in. d.c. qualiter. sed nō ad vnguem. Debet tamen seruari aliquis ordo. Nic. n. remouet ordo quo ad subtilitatem: nō quo ad veritatem. Si contra aliū regularem obedientiariū. tunc nō seruatur iste ordo: quia potest remoueri ad libitum abbatis ab administratōne: vt in.c. cū ad monasteriū. de sta. mo. Idem fallit fm quosdam: vbi inquisitio fit presente parte: et non opponente se diffamatam esse: vel diffamatōnē precessisse nō legitime: vt in.c. ij. de accu. li. vj. Item fallit vbi inquisitio formatur contra confessum crimen. vt in.c. primo. de confessis. li. vj. In criminali vo in quo iudex procedit ex necessitate officij: non est necessaria diffamatio. quod est notandum pro inquisitionibus que fiunt hodie per rectores terrarum. An sit necesse diffamatōnem precedere. Nam si de necessitate officij inquirere tenentur: nō est necessaria diffamatio. Sed si inquirunt ex voluntate non necessitate: tunc si inquirūt ad petitōnem alterius: necessaria est diffamatio. Si vo ex mero officio: vel ad denunciatōez publici officialis: nō est necessariū diffamatōez precedere. vt dictū est.

An autem inquisitus teneatur de omnibus respondere veritatem de quibus fuerit interrogatus? distinguendū est fm Pe. de palu. in. iiij. Aut certū est quod iudex inquirit de crimine in casu in quo potest de iure. et tunc tenetur homo sibi dicere tam de se: quam de alio: quia mentiri in iudicio est mortale Aut certum est quod ipse iniuste inquirit. vt puta. quia non precessit accusatio: nec denūciatio: nec clamosa insinuatio: nec infamia illius: nec factum ē diuulgatum: nec denunciatum in generali: nec ī speciali. tunc enim nō tenetur: nec de se: nec de aliquo alio respondere: quia ille in hoc nō est suus iudex. Et fm Lu. de ro. in suis singularibus: talis confessio sine indicijs precedentibus non valet. Ac etiam indicia: si superueniant post questionem habitam illam confessionem nō confirmāt. vt dictū est s. Confessio iudicialis.

An autem confitens proprium delictum: debeat interrogari de alijs criminosis? Rn. Bar. in. l. repeti. ff. de questi. distinguit. quod quedam sunt delicta: que non committuntur principaliter in offensaz vel odium alicuius: sed propter comodum committentium: vt falsare monetam: seu eā fabricare. Itē latrocinia facere. Nam latrones non odiunt aliquem: sed diligunt eos alterius. Et in isto casu possunt interrogari de socijs. vt probatur in. l. diuus ff. de custo. re. et in. l. prouinciarum. C. de ferijs. Quedam sunt delicta: que committuntur principaliter in odium offensi. Et in istis confessis de se: non debent interrogari de alijs: vt in dicta. l. repeti. et. l. vltima C. de accus. Fallit in casu. l. prius. ff. ad sill. Et fm Panor. in. c. primo. de confe. etiam fallit in crimine lese maiestatis. Et ex predictis infert Barto. quod fures possunt interrogari de socijs et de receptatoribus et similibus ar. dicte. l. diuus. Ratio predictorū est: quia quando delictum committitur in alterius iniuriam: est qui alios potest accusare: sed non ita in delictis que non committuntur principaliter in alterius iniuriā. Ideo magis permittitur iudici inquirere.

Quero. An fama faciat plenam fidem? Resp. Bar. in. l. de minore. ff. de questi. refert Dy. et Cy. tenere. quod fama cum vno teste faciat plenam probationem in ciuilibus: non in criminalibus: in quibus requiruntur probationes luce clariores. Sz sibi videtur dicendum quod quedam sunt in quibus sufficit famam sic esse: licet in veritate sic non sit: et tunc sufficit probatio fame. vt. l. barbarius. ff. de offi. preto. Quandoqz requiritur probatio veritatis: quod ita sit. Et tunc quedam sunt in quibus ipsa fama seu communis opinio facit veritatem et inducit. Et tunc sufficit probatio fame. vt. l. j. §. j. ff. de flu. Facit. l. cuz de lanionis. §. asinā. ff. de fun. instrue. Quedam sunt in quibus ipsa fama seu cōmunis opinio non inducit veritatē. Et in hoc dico. quod si quidem est fama probata solum ex voce populi non probata aliqua presumptione: ex qua dicta fama et opinio trahat originem. tunc quod ista non probat: sed magis dicetur vana vox populi: que non est audienda. Sed licet nō probet: tñ adiuuaret probationem iam factam. vt. l. iij. §. eiusdez. ff. de testi. Si vo ista fama esset probata: que traxit originem ex aliquibus presumptionibus legitimis precedentibus: tunc dico quod in quibusdaz casibus facit plenaz probatōnem. vt puta. in causis breuioribus: vel modici preiudicij. Sed an faciat semiplenam: ita quod probetur cuz vno teste? Dico quod debemus considerare illa indicia et illas presumptōnes: ex quibus fama traxit originem: qualiter vigeāt. Et fm qualitates illas dicam istam famam facere semiplenam probationem: vel non facere. Ita debet intelligi glo. in. l. excusantur. §. j. de excu. tu. et dicta. l. iij. Et ex hoc habes etiam perpendere vtrum fama sit sufficiens indicium ad tormenta: vel non hec Bar. vide etiam eū ro. ti. in. l. ex libero. vbi dicit quod licet minor non possit torqueri: vt ex eius dicto aliquis condemnetur vt ibi: potest tamē torqueri: vt ex eius dicto sumat indicium propter qd veritas inquiratur. Torquebit autem ferula vel zona vt notat fm. l. talis. in prima glo. C. de his q. vt indig. Nota etiā panor. in. d.c. j. quod illud qd dicit. quod vnus testis facit indicium sufficiens ad torturam dz intelligi in teste integro.

Ascriptio.

Qui accusat aliquem: debet se inscribere. id est ad penā talionis: si non probauerit se obligare: vt s. Accusare.

Vtrum inscriptio semper sit necessaria? Respon. Quando crimen non opponitur directe per modum accusatōnis vel denunciationis: sed per modum exceptōnis. vt cum obijcitur accusatori. vel testi ad hoc vt ab accusatōne: vel testificatione repellatur: vel electo: vt a promotione excludatur non est necessaria inscriptio. Sed si obijciatur iaz confirmato. puta. in consecratione: obijciens debet se obligare ad penam extraordinariam ad arbitrium iudicis circa vinculum inscriptionis. naz

electus crimine sic probato perdit quod per electionem et confirmatōnē ei fuerat acquisitū: sed prius habita nō amittit. extra de accu. sup his. et c. qualiter et qñ. el secundo.

Interdictum primo.

Quid sit et quot sunt eius species? Quo ad primum dic q interdictū est priuatio quo ad aliqua eccl'estastica per sententia iuris vl' iudicis facta. Quo ad secūdū dic q due sunt species. s. loci aut psone. Interdictū loci: aut est generale: aut speciale: aut particulare. Et simili modo diuiditur interdictū persone: siue hominis. Et de quolibet istorum est dicendū. Interdictum loci generale dicitur: nō tm̄ quando regnū vel prouincia interdicitur: sed etiā si ciuitas: vel villa: vel castrum vnum tm̄ solum interdicatur. extra de ver. sig. cū in partib9. quia dicitur generale q̄tum ad locū illū: cum nullus excipiatur: vt ibi dicit glo. Et cum interdicitur terra alicuius domini intelligitur de ea que est sua quo ad dominiū iurisditōnale. Et multo fortius si terra illius domini: esset simpliciter et absolute propria. Item intelligitur de terra. quā hꝫ ab alio in feudum. vel emphiteosim. Item intelligitur de terra: que pertinet ad ipsum dominū ratione dotis vxoris: quia maritus: constante matrimonio: est dominus dotis vxoris. Item intelligit̄ de terra sibi pignorata: si proferens dixit Interdico terram quā talis tenet. Secus si dixerit. Interdico terrā suā fm̄ Jo. an. Item si talis domin9 cuius terra interdicitur habet terram in diuersis prouincijs: vel diuersis locis. Si habet eam p parte et pro diuiso: omnes ille partes subiacent interdicto. Sed si pro indiuiso secus: ne innocens puniatur. Si autem postea dn̄s acquirat nouam terram: talis terra non subiacet interdicto: nisi lator sententie expressisset: vel intenderet tam de ea quā habebat: q̄ de ea quam habiturus esset. Si autē vendit terram interdictam: vel perdit eam: nō p pter hoc tollitur interdictum: cum onus rei transeat cum ipsa re.

Nunquid aūt ciuitate interdicta: sint ciues ei9 interdicti? Rn̄. qñ pter delictum dn̄i: vel rectoꝝ est ciuitas interdicta: ciues ei9 qui culpabiles non existūt: nō sunt interdicti: dūmodo et ipsi pter dominū: vel rectorē in eis puniendū: non fuerint interdicti: vnde poterūt in alijs locis nō interdictis interesse diuinis. c. si sñia. extra de sen. ex. li. vj.

Quid de hominib9 nō interdictis venientibus aliunde ad terrā interdictam. nunq̄d ibi poterūt audire diuina? Rn̄. Assen. vbi s. de mente Hos. dicit. q nec poterūt celebrare: nec audire diuina qz loco interdicto intelligit̄ oīb9 interdictū ibi audire diuina: nisi sup hoc sint priuilegiati. puta. si accipientes signū crucis p subsidio terre sancte vel quiuis alij. Et hoc nunc est expressum de priui. licet. primo Rn̄. li. vj.

Interdictū aūt loci speciale: seu pticulare dicit̄ qñ vna certa ecclesia: vel etiam plures certe ecclie nō omnes alicuius ciuitatis supponunt̄ interdicto: vt extra de sen. ex. si ciuitas. li. vj. Et intelligit̄ q nec in capella nec in cimiterio ecclesie interdicte contigua pōt celebrari: nisi puta a iure pmitti vel sepeliri. Secus si nō sint ei contigua. vnde contigua sūt: quoꝝ vltima se contingunt. Sciendū etiā q interdicta ecclesia: nō pter hoc intelligit̄ clerus illi9 ecclesie interdictus. vn̄ licite clerici illius ecclesie celebrare possent in alia ecclesia ar. li. vj. de priui. p exemptōnem. et similiter interdicto clero alicui9 ecclesie: nō pter hoc intelligit̄ ecclesia interdicta. vnde alij clerici licite celebrarent in ea fm̄ Jo. an. in. d. c. si sñia. Item qñ interdicit̄ clerus alicui9 loci: nō ex hoc intelligit̄ populus illi9 loci interdictus: qz hec sunt diuersa. Et ecōuerso. d. c. si sñia. Et fm̄ Joh. cal. appellatōne cleri intelligit̄ ptinen. non solum pmotos ad ordines: sed etiā religiosos. cōuersos et cōuersas: qui ita sunt ad eccliam translati: q de populo pprie dici nō pñt. xij. q. j. duo sunt.

Interdictū aūt psone: siue hominis. aliud ē generale. aliud est spāle: siue pticulare. Generale est: quando interdicunt̄ homines regni: vel prouincie: ciuitatis vel ville: vel castri etiam vnius tm̄. ar. dicto. c. cum in partib9. Aliud est enim interdicere locum tm̄. Aliud locum et homines loci. Si em̄ locus est tm̄ interdictus: homines loci: qui nō dederunt causam interdicto: alibi possunt audire diuina: et ecclesiastica recipere sacramenta. Si vo locus et homines loci sunt interdicti: nō possunt alibi: nisi in casibus expressis a iure. vt colligitur ī dicto. c. si sententia. in tex. et glo. Particulare vo: vel speciale interdictum hominis. qd̄ pprie dicitur suspensio est: qñ suspenditur: vel interdicit̄ certa persona: vl' etiā incerta: vt cū dr̄. Qui fecit sic vel sic: sit interdictus ipso facto. Et isti quocūqz vadūt: semper sunt interdicti: nisi absoluant̄: vel nisi interdictum sit ad tempus. vnde ē interdicti siue generaliter: siue gnālit̄ siue spālit̄: siue singularit̄ nō pñt exercere aliquē actū qui ptineat ad ordines: aut ad celebratōēz diuinoꝝ. Alīs essent irregulares vel suspensi fm̄ q infligit̄ pena violantib9 interdictum vt. j. dicetur.

An autē huiusmodi interdicti sint vitandi ab alijs? Respon. de hoc dicendum est: sicut de excōmunicatis et suspensis. vicz an sint nominatim et expresse interdicti: vel ve: sicut dicitur in concilio Basiliensi.

Pone q homines alicui9 loci sint interdicti. nūquid si quis ex eis se transferat ad aliud domiciliū remanebit interdict9? Rn̄. Assen. q sic: donec sententia saltem circa eū relaxet̄. Si tn̄ iudex nō intēdebat ligare subditos illius domini: nisi q̄diu essent sub dominio eius: tūc q̄cito desinunt esse sub dominio eius desinunt esse etiā interdicti: nec egēt alia relaxatione speciali fm̄ quosdam Joh. tamen caldri. tenet indistincte q si domicilium transtulerint: non amplius sint interdicti. Item absentes ignorantes excusantur. extra de cleri. excom. apostolice. Item populus non interdictus si fiat ď populo interdicto: efficitur interdictus fm̄ Caldri. Item si interdicitur populus: vel vniuersitas. collegium. vel commune alicuius loci: non intelligitur per hoc locus ille interdictus fm̄ Jo. an. in. d.

c.ſi ſententia.quia aliud eſt interdictum loci aliud vniuerſitatis.vel collegij.poterit ergo celebrari al ta voce in illo loco vt prius:interdictis tn̄ excluſis ⁊ poterunt admitti om̄es qui non ſunt de populo illo.Sed ſm Jo.cal.licet hoc dictū Jo.an.proce dat de iure ſcripto:tn̄ preſtare videtur occaſionem periculi.Audient enim voces publice celebrãnū ab interdictis.⁊ ꝑ hoc vilipenderet̃ cenſura eccle ſie.vnde ꝯſulendū eſſet clericis: vt tali interdicto durante abſtinerent a publica celebratōne. Itē ſi exiſtens de populo interdicto:vel vniuerſitate.ſi banniãt ſimpliciter ⁊ non ad tempus:ceſſat inter dictum:quia non cenſet̃ amplius de vniuerſitate vel populo illo: ſed ꝯfinatus vel relegatus biē ꝑ manet interdictus:quia adhuc cenſet̃ de corpore vniuerſitatis ſm Cal.Item ſi talis de populo vel vniuerſitate interdictis ingrediat̃ monaſteriū pꝰ pfeſſionem:indubitanter poterit ordinari: qꝛ deſi nit eſſe de populo totaliter.Sed ante pfeſſionem: ꝯſiliū eſt ꝙ nō ordinetur: tali interdicto durante: ſi tamen fuerit ordinatus:putat Jo.cal.illam ordi natōnem tenere.Item de abſentibus tempore la te ſententie interdicti:⁊ ď pſentib; non ꝯſentienti bus:ſed ꝯtradicentib; aliorum culpe ꝓpter quam latum eſt interdictum:an ligentur? Jo.an. refert quoſdam religioſos tenere:tales non ligari:etiam ſi eo ad eccleſiam:quia abſens ⁊ ignorans ex male ficio nō obligatur.Sed dicit ipſe ꝙ iſti nō pon de rant:ꝙ pena interdicti etiam puniunt̃ qui nō pec cauerūt:de ſpō.nō eſt.vn̄ tenet abſentes et contra dicentes ligari quod probat dicta decre. ſi ſniā.

Et per idem dici poteſt.Quid de mulieribus q̃ viris ꝯtradicūt inq̄tum pñt:⁊ nihilominꝰ dicen dum ꝙ ſunt interdicte:licet ferat̃ Jo.de deo dixiſ ſe ꝯtrarium.

Quid autem de impuberibus? Ad hoc fertur Jo.de deo reſpondiſſe.ꝙ ſi ſint doli capaces.Idē dicendum de eis quod de alijs:quia etas illa ē ple na malicijs ⁊ mendacijs.extra de delic.pue.c.pue ris.Si vͦ nō ſunt doli capaces audire poſſunt di uina in locis alijs non interdictis:in terra vͦ in terdicta non:quia non eſt eis a iure ꝯceſſum. Itē ſi talis abſens eſt de alia ciuitate vel populo: lꝫ gra tioſe receptus fuerit in ciuē vel popularem popu li interdicti:vt faciunt veneti:⁊ forte ibi nunq̄ ha bitauit:credo ꝙ cū tali populo interdicto talis in telligatur interdictus. Item habitantes in ciuita te non ciues:nec de populo illius: non includunt̃ interdicto illius vniuerſitatis vel populi.vt in di cto.c.ſi ſententia.Si tamen etiā locus eſſet inter dictus:in eo non poſſent audire diuina: ſed extra locum illum ſic ſm Cal. Itē ſi interdicitur locus ſub appellatōne regni.ꝓuincie.ciuitatis. caſtri vel ville.ſuburbia.⁊ ꝯtinentia edificia loci illius inter dicta intelliguntur.de ſen.excom.ſi ciuitas.lib.vj. etiam ſi dicta ſuburbia et ꝯtinentia edificia in nul lo eſſent ſubiecta dicto loco interdicto: vel vniuer ſitati.Si tamen ꝓferens interdictum habeat iu riſditionem ſpiritualē in dictis ſuburbijs. Si aūt tem non haberet iuriſditionē licet de iure ſcripto non videantur interdicta dicta ſuburbia: tamen ponderata ratōne dicte decre.ſi ciuitas. Poſſet di ci ꝙ etiam tūc intelligāt̃ interdicta:nō ab homine ſꝫ a iure.extra de ſen.ex.nup.

Quid autem intelligatur nomine ſuburbij aut continentis edificij? Reſpon. Jo. de deo dicit.ꝙ ſuburbia intelliguntur illa que ſunt infra vltimā portam ciuitatis:et faciunt cum ciuitate publicas functiones.et vocantur ad conſilia ⁊ huiuſmodi. Ge.autem in dicto.c.ſi ciuitas.dicit ꝙ dicuntur burgi extra et prope ciuitatem:in quibus domus ſunt contigue. Vel dic ꝙ ſuburbia dicuntur do mus per quas eſt iter rectum eundi ad ciuitatem vel locum. Continentia autē edificia ſunt domꝰ circa ciuitatem non intra ſuburbia .Et nō directe introducentes ad ciuitatem.Glo.tamen in dicto. c.ſi ciuitas.dicit.ꝙ arbitrio iudicis eſt relinquen dum que dicantur continentia edificia. nec tex.lo quitur de contiguis.Et ſic ſm hanc glo.iuncto tex. poſſumus dicere:om̄ia illa dici ꝯtinentia edificia: que ſunt ita prope ciuitatem:ꝙ in illis celebran do vilipenderet̃ cenſura eccleſiaſtica.puta.qꝛ quaſi ita cōmode ibi ꝯuenire poſſent:ſicut ſi non eſſet interdictum.Secus vbi nō ꝯtineret̃ ꝓpter hoc ec cleſiaſtica cenſura. Item ciues habitantes ꝯtinuo extra ciuitatē ⁊ ſuburbia ⁊ ꝯtinētia edificia: inter dicto populo:vel ciuibus ciuitatis. Intelliguntur ⁊ ipſi interdicti etiā vbicūq; habitent:ex q̄ ponun tur ciues: vel de vniuerſitate interdicta: ſm Cal. Itē nobiles.Marchiōnes.Comites.⁊ barones. ⁊ hmōi habitātes in tali ciuitate:ſi ſīt ď populo in terdicto:vel de dicta vniuerſitate.Mͦ parꝫ ex hoc qꝛ ſubeunt onera ⁊ hñt honores:ſicut alij ligantur ſniā interdicti.Et idem ſi ꝑ priuilegiū eſſent exem pti ab oneribꝫ.Secus aūt ſi eſſent ſui iuris: vel ex ꝯſuetudine: vel ex priuilegio impiali. Ita ꝙ dicte vniuerſitati: tanq̄ de eius corpore in nullo partici parent ſm Cal.

Quid autem ſi ciuitate interdicta: aliqui ſatiſfa cere volunt.An in eis interdictum intelligat̃ rela xatum. Reſpon. Tan.dicit ꝙ ſic. Sed Hoſti.di cit ꝙ nō.quia ſic rigor eccleſie diſſolueretur. Hoc idem tenent Ber.Jo.et Inno.extra de pe.et re. qͦ in te.pro eo ꝙ ibidem hoc ꝯceditur: ſpecialiter ſumentibus ſignū crucis ⁊ peregrinis.ğ hoc intelli gitur ꝓhiberi alijs.

Quid de cruce ſignatis contra hereticos:q̄ ha bent ex priuilegio.ꝙ tpe interdicti in terra inter dicta:poſſunt admitti ad diuina:nunquid ſi non ꝯtradicūt poteſtati ⁊ ꝯſiliarijs:habebunt illius pri uilegij beneficiū. Rñ.ad hoc fertur Joh. de deo dixiſſe.ꝙ tales q̄ ꝯtradicere pñt:⁊ nō ꝯtradicunt: ꝯſentire vident̃.Et ideo nec ad diūa:nec ad ſepul turam eccleſiaſticā debent admitti. Si tñ de taci turnitate poſtea doleant ⁊ ꝯtradicāt: reuiuiſcit eo rum priuilegiū ꝑ decre.extra de ſen.ex. duobus.⁊ ſano eiꝰ intellectu.

Quid aūt ſi ꝯcedat̃ alicui ſingulari pſone:vt cō miti epō ⁊ hmōi:ꝙ tpe interdicti poſſint celebra re.vel audire diūa.An eiꝰ familiares domeſtici ad

audiendũ cum eo ꝛ celebrandũ sibi diuinum officium licite admittant. Rñ. ꝙ sic dũmodo nõ sint ob istam cãm in fraudẽ assumpti: vt ꝫ in.c.fi.de v. signi.li.vj. Secus aũt de familiarib⁹ alicu⁹ ꝯuentus seu collegij illi⁹. extra de puil.c.licet.li.vj. Illi eñi nõ debẽt admitti: nisi sint puilegiati. Ratõ diuersitatis est: qꝛ in p̃mo casu puilegiũ illõ posset esse inutile: qđ esse nõ dꝫ. extra de priuil. in his. In scđo aũt casu ꝯuenientius pñt p se: sine familiaribus celebrare diuina. Et ideo puilegiũ est restringendum.

Sed quid si in cõuentu sunt tñ tres: et duo infirmi. nũqđ tercius celebrare posset cum familia? Rñ. Hosti.in.c. qđ nõnullis. de puile. dicit. ꝙ sic: alr̃ puilegiũ inutile esset: ad instar eius qđ de persona dicitur singulari. in dicto.c.licet. Intelligetamen ꝙ hoc non conceditur illis familiarib⁹ qui dederunt aliquomõ causam interdicto. vt in dicto.c.licet.§.vltimo.

Quid si interdicatur familia alicuius nunquid clerici de eius familia erũt interdicti. Rñ. Rob. ꝙ sic: nisi spãliter excipiant. Idem Asten.

Quid si interdicant doctores oĩs alicu⁹ ciuitatis. An intelligunt interdicti clerici qui sũt doctores. Rñ. ꝙ nõ: fm nota. p glo.in.d.c. si sententia. ꝛ bene ꝑ nota.§. Clericus.j.

Interdictum secũdo.

scilicet quo ad eius effectuꝫ. Sciendum p̃mo. ꝙ in loco supposito ecclesiastico interdicto fm antiqua iura: nulla pmittebant ecclesiastica officia celebrari: vel audiri. extra de pe. ꝛ re. qđ in te. et de spon. nõ est. nisi semel in ebdomada celebrari causa ꝯficiendi corpus xp̃i. de sen. exc. pmittimus. Sed p noua iura extitit moderatum de sen. excom. alma.li.vj. p istum modũ: ꝙ singulis diebus in tali loco possint in ecclesijs et monasterijs misse et alia officia celebrari sicut prius. Sꝫ cum his quatuor ꝯditionib⁹. s. voce submissa. Ianuis clausis. non pulsatis campanis. excommunicatis et interdictis exclusis. vnde per quodlibet horum quatuor de per se: si non seruetur: etiã alijs tribus seruatis violatur interdictum. ꝛ est irregularis ibi. sic celebrans vel aliquid agens alicu⁹ ordinis. vt in officio suo. puta. si pulsans campanis celebrat vel etiam si alta voce tñ et hmõi fm Io. an. et Cal. Item si clericus in loco interdicto facit tñ vnum predictorum: alijs celebrantibus. puta. sonat campanas: vel aperit ianuas ecclesie ꝛ huiusmodi credo ipsum irregularem: quia participat in crimine criminoso. de sent. excom. nuper. Secus si facit alterum predictorum: vt celebretur diuina: que tamen non celebrantur de facto: cum irregularitas requirat actum perfectum. Nota tamen fm glo.in.d.c.alma. ꝙ si huiusmodi ecclesie. vel monasteria essent spãliter interdicta: tunc nullo mõ possent ibi celebrari diuina: etiaꝫ cum dicta moderatõne. Silr̃ idem dicendũ in quatuor solennitatib⁹. de quib⁹ infra. qꝛ si esset aliq̃ eccl̃ia specialiter interdicta: nullo mõ possent ibi celebrari diuina: nec alta: nec submissa voce. Et in his duob⁹ casibus pauci aduertunt.

Vtrũ aũt predicta ꝓhibeant ita in ecclesijs exemptis sicut nõ exemptis. Dic ꝙ sic. Et ita seruabunt sicut faciũt alie ecclesie: celebrando fm modificatõeꝫ capl̃i alma. nisi hmõi ecclesie eẽnt interdicte spãliter: vt dictũ est. Item nota. ꝙ dicta moderatio interdicti ꝛ effectus interdicti nõ hꝫ locuꝫ in interdicto populi: seu vniuersitatis: non expresso loco in s̃ñia interdicti. ꝗuis eñ ꝛ illud dicat interdictum generale: tñ decre. alma. cũ sua moderatõne loquit de interdicto generali loci: vt ciuitat⁹. castri. ville. regni. ꝛ huiusmodi. Nota tñ. ꝙ interdicto loco generaliter: vel spãliter: aut singulariter: non sunt interdicti homines vel clerici talis loci. vnde extra illa loca: pñt audire diuina et sepeliri: si ibi elegerint sepulturam: qꝛ nõ sunt interdicti nisi fuerint in culpa. Item laici qui nõ sunt interdicti: nõ pñt admitti ad diuina que celebrant cuꝫ dicta moderatõne in loco interdicto: nisi sint super hoc specialiter puilegiati. De clericis vero extraneis seu alibi beneficiatis. An possint admitti in ecclesijs sita in loco interdicti ad celebrandũ: seu ꝯcelebrandum. Archi. tenet ꝙ nõ. Io. an. dicit. ꝙ hoc ẽ dubium. Et sic videt tenere ꝯtrariũ. qđ ꝯtrarium Io. Cald. ꝓbat p multas rõnes. Et idem dicendũ de religiosis. Item taꝫ canonici: q̃ꝫ clerici ecclesiaꝫ: in quib⁹ distributões q̃tidiane tribuunt illis q̃ intersũt horis: si nõ veniũt amittũt eas sicut amitterẽt si nõ esset interdictũ. d.c.alma. Iteꝫ misse nõ ꝯuentuales seu peculiares celebrari pñt tp̃e interdicti in ecclesijs ꝯuentualib⁹: seruata moderatõne p̃dicta: qꝛ licet Io. mo. in. d.c.alma. teneat ꝙ monach⁹ celebrans missam peculiarẽ in ecclesia sua interdicta a iure vel ab hoĩe sit irregularis: tñ Dire. etiam tenet p̃miũ. Item p.d.c.alma. extat moderatio circa interdictũ. videꝫ in festiuitatib⁹ natiuitat⁹. resurrectõnis. penthe. ꝛ assumptõnis b̃te Marie. Iteꝫ p̃dictis quatuor festiuitatib⁹ addita est solennitas corpis xp̃i. p extrauagantẽ. Martini. v. in qua interrumpit interdictũ seu suspẽdit. videt in quib⁹ ordib⁹ ꝯcedit vt campane pulsent. ꝛ ianuis apertis. alta voce diuina celebrent in locis interdict⁹: excõmunicatis exclusis: s̃ interdictis admissis. Ita tñ ꝙ illi ꝓpter quos ꝓlatum est interdictũ: altari non appropinquẽt: nõ obstantib⁹ quibuscũqꝫ priuilegijs q̃ reuocant p.d. decre. alma. Que tñ decre. respicit puilegia p̃terita ꝛ nõ futura.

Quid ḡ si aliqui sint puilegiati. ꝙ tp̃e interdicti celebrare possint in suis festis. nunqđ alij celebrare pñt in eoꝝ ecclesijs. R. Inno. ꝛ Ho.in.d.c. vt puilegia. ꝙ nõ si sit eis puilegium ꝑsonaliter datum. puta. Concedim⁹ vobis ꝙ possit⁹ celebrare. Pñt aũt si nõ sit ꝑsonaliter datũ. puta. Concedimus: vt in vr̃is eccl̃ijs celebret. Nota tñ ꝙ fratres minores p puilegiuꝫ Alexandri. qđ incipit. Pro reuerentia. tp̃e generalis interdicti: pñt in vigilijs ꝛ festiuitatib⁹ b̃ti Fran. Antonij ꝛ b̃te Clare: ꝛ octo dieb⁹ imediate sequẽtib⁹: vna cũ religiosis ꝛ clericis secularib⁹ qui tũc in eorum ecclesijs

non venerint apertis ianuis: excōmunicatis dumtaxat exclusis: diuina officia solenniter celebrare: dummodo ijdem fratres minores: ac etiā ijdem religiosi et clerici cām non dederint interdicto: nec eis et alijs ꝯtingat specialiter interdici. Item fratres minores habent ex mari magno Sixti quarti ꝙ possint recipere ad diuina fratres et sorores tertij ordinis beati Fran. necnō ꝓcuratores. et negotia gerentes vtriusq; sexus dicti ordinis: ac beate Clare. Item nota ꝙ illud qđ dictū est de dictis quatuor festiuitatibus: intelligi debet de vna die tm̄ pro qualibet festiuitate. Vnde doc. querūt quando incipiat talis dies. Et quātum ad principium dicet concordant quasi omnes. s. ꝙ incipit in vesperis vigilie. Sed quātum ad finem: Archi. tenet ꝙ terminetur in ꝯpletorio festiuitatis inclusiue: quia in beneficijs est larga interpretatio facienda. Jo. an. in. dicto. c. alma. dicit ꝙ terminatur in vesperis ipsius festi. Et sic excludit ꝯpletorium. que opinio etiā placet Cal. Item notandum: ꝙ in predictis festiuitatibus nō potest licite dari corpus xp̄i in loco interdicto: nisi sicut et alijs diebus. s. infirmis decedentibus. de sen. ex. responso. Et idem dicendū de extrema vnctōne fm̄ Archi. s. ꝙ non est danda istis diebus. Item et si in dictis festiuitatibus: honesti est saltem quātum ad principalem missā: que in ipsa ecclesia celebratur: de ipso ꝓprio festo dicere: quia id est inductum in honorē ipsarum solennitatum. Et ideo de eis celebrandum. Pōt tamen et alia missa dici ꝙ de ipso festo. Item in dictis festiuitatibus credo ꝙ possunt aque solenniter benedici: et aspersio fieri: panes et fructus benedici. et laicis etiā interdictis ministrari: quia ista de se nō ꝓhibentur tempe interdicti. et ipsorum benedictō est officium diuinum: qđ generaliter in p̄dictis festiuitatibus permittit̄ fm̄ Cal. Itē in festo assumptionis virginis semper tempe interdicti n aprie possunt solenniter benedici: quod alijs dieb⁹ tempore interdicti non potest fieri fm̄ Hosti. Et hoc ideo: quia talis benedictio pertinet ad diuinū officium: qđ illa die permittit̄ solenniter celebrari. De alijs tribus festiuitatibus non oportet querere: quia in his festiuitatibus prohibentur celebrari in omni loco: et ab omnibus fidelibus. Item in istis festiuitatibus possunt virgines et altaria consecrari vel benedici. et calices. et paramenta. et abbates. et abbatisse: quia huiusmodi benedictōnes nō sunt sacramenta ꝓprie: sed orationes et certa officia fm̄ Cal. Item dictis diebus in loco interdicto vtrum possint admitti mortui ad ecclesiasticā sepulturā. Jo. an. putat ꝙ nō: licet multotiens fuerit contrarium obseruatum. Sꝫ Jo. Cal. dicit ꝙ licet videatur temerarium resistere opi. Jo. an. maxime cum non viderit ꝑ aliquem contrarium scriptum: tamē non obstante interdicto: putat posse publice et solenniter mortuos sepeliri. vbi aliud nō obstat. puta. q: est spāliter: aut nominatim interdictus. Aut q: fuit in culpa: vel ad hoc dedit ꝯsilium. auxiliū. vel fauorē. Mouet̄ ad hoc dicendū. ꝙ ꝑ gn̄ale interdictū ꝓhibetur ecclesiastica sepultura: q: ipsa accedit ad diuinum officium: nam cum officio diuino dꝫ ferri funus ad ecclesiā. xiij. q. ij. qui diuīa. Sed officiū diuinū ꝑmittit̄ his diebus solenniter celebrari. ergo ⁊c.

Tempe interdicti: et si prohibita sit administratio sacramentoꝝ: illud tamen habet multas exceptiones. Nam primo excipit̄ baptisma nō solum paruuloꝝ: sed etiā adultorum. extra de sen. ex. qm̄. li. vj. Et fm̄ Cal. si quis baptizaret in ecclesia interdicta spāliter nō incurreret irregularitatem: quauis si honeste alibi posset fieri melius esset. Item excipitur ꝯfirmatio. de sen. ex. responso. Item excipit̄ penitentia: nō solum morientiū: sed etiam sanoꝝ: dūmodo nō fuerint excōmunicati. qui nō possūt admitti nisi in morte: et exceptis illis: ꝓpter quoꝝ culpam vel dolū: lata est sententia interdicti: vel p̄buerint auxiliū. ꝯsilium. vel fauorem: nisi primo satisfecerint: vel de satisfaciendo dederint idoneā cautionem. aut si hoc nō possunt: nisi iurauerit ꝙ cum potuerint satisfacient: et ad satisfactōē faciendam per illos qui tenentur: dabunt consilium auxiliū: et pro posse laborabunt: nec ꝓpter aliquod predictorum fieri debet relaxatio interdicti. d. ca. alma. Item et cathecismus q̄ p̄cedit baptismū pōt fieri: q: ꝑmisso baptismo: intelligunt̄ ꝑmissa et ceta. Itē ꝑmittit̄ ꝯfectio crismatis in die cene: q̄ vtendū est in baptismo et ꝯfirmatōne. extra eo. tito. Item ꝑmittit̄ eucharistia dari decedentib⁹. de pe. et re. qđ in te. Sanis etiā damnatis ad mortē dari pōt tempore interdicti: q: censent̄ tūc in articulo mortis. Sed laicis et clericis nō interdictis: sed loco interdicto suppositis: an possit dari eucharistia p̄terq̄ in mortis articulo: dubiū est. Exceptis tm̄ p̄sbyteris missam celebrantib⁹: cum forma seruata decre. alma. Celebrantes enī tenent̄ sumere corpus xp̄i. De alijs ergo dicit Cal. trepido ferre sniā: cum viderim gn̄aliter religiosos suis fratrib⁹ et sororibus vel monialib⁹: quaꝝ curā gerūt: tpe interdicti indifferenter ꝯcedere eucharistie sacr̄a. Sꝫ q̄ iure faciant ipsi discernāt: cū cōtrariū videat̄ de iure scripto. In edictis enī ꝑmissionis certoꝝ casuū. qđ nō inuenit̄ exp̄sse ꝑmissū: subiacet regule ꝓhibitiue vt in de. extra. de ver. si. Cum ḡ sit ꝑmissum tpe interdicti spāliter corp⁹ xp̄i in ꝗtum dicit̄ viaticū. s. in ꝗtum datur decedentib⁹ ḡ ⁊c. Ge. autē in. d. c. alma. dicit ꝙ clerici ecclesie interdicte pōt ꝯcedi corpus xp̄i: q: nō est eis ꝓhibita ꝑticipatio sacroꝝ: nec diuinoꝝ officioꝝ: q: pn̄t secrete celebrare: et sic sumere corpus xp̄i.

Vtrum autem debeat dari corpus christi secularibus: quibus conceditur audire diuina per dictum. c. alma. Archi. in. d. c. alma. dicit ꝙ nō. licet aliqui dicant ꝯtrarium.

Vtrū p̄gnantib⁹ appropinquantib⁹ partui possit dari viaticum: Panor. in. c. quod in te. d̄ peni. et remis. refert Jo. an. sepe in facto dubitatū. Sed sibi placet ꝙ non dicantur decedere: et sic ꝙ eis dari non debeat. Sed Panormitanus dicit. ꝙ debꝫ considerari qualitas mulieris: et eius consuetudo et sic vbi verisimiliter dubitaretur de morte: sit locus indulgentie dicto. c. quod in te. al's secus. Cal. tamen tenet opinionē Jo. an. Idem p omnia p ꝛtat

de intrantibus mare: vel bellum campestre: vel obsessis. ꝛ facit quod notatur de offi. or. pastoralis. in glo. Item cum portatur eucharistia ad infirmũ: debet portari cum pulsatõne campanelle. ꝛ lumine ꝑcedente. ꝛ alijs ↄsuetis: q꞉ cum aliquid ꝑmittitur: vbi aliud nõ apparet: intelligit̃ fore ꝑmissum: ſm ꝙ ius disponit illud fieri ꝛ vsus obseruat. Poterit aũt dari tale viaticũ infirmo in ꝑñtia stantiũ ꝛ venientium: vt ꝑmissio intelligat̃ ſm ꝯditõem stat⁹ persone infirme.

Extrema vo vnctio incõstãter est ꝓhibita tempore interdicti. Sed an clericis vel religiosis tempore interdicti sit exhibenda. Rñ. Panor. in .d.c. qd̃ in te. dicit ſm doc. cõiter ꝙ non. licet in facto q̃dam nõ aduertant. Nam ibi ex duobus denegatis cõceditur vnum dũtaxat eis. vicꝫ sepultura. ergo videtur aliud denegatum. Idem Cal. qui etiam hoc intelligit in clericis non interdictis: licet de loco interdicto etiam posito ꝙ seruauerint interdictum.

Sed nunquid officium recõmendatõnis aĩme sit ꝑmissum. Rñ. Cal. dicit ꝙ sic: q꞉ videtur annexum sacro penitentie. Matrimonium vo in dicto tempore ꝑmittitur. qd̃ ↄtrahi põt quocunqꝫ tempore ꝑ legitimũ ↄsensum viri ꝛ mulieris: etiã si cõtrahentes essent interdicti ſm Inno. Sed solẽnis benedictio nuptiarũ fieri nõ põt ſm Hosti. etiam si alter tñ vir vel mulier esset interdictus: et in loco nõ interdicto fieret. Idem Cal. Panor. in .c. nõ est. de spon. de hoc dubitat. Et ideo ĩ hoc tenẽda ẽ pars tutior.

De sacramento aũt ordinis sciendũ ꝙ null⁹ ordo conferri põt in loco interdicto clericis vel laic. Et ratio est: q꞉ ꝓhibentur ecclesiastica sacramenta ministrari ibi. exceptis quibusdam casibus de quibus iste nõ est. vt in. d. c. nõ est. Si autem populus ẽ interdictus: cum ꝓpter hoc nõ sit clerus interdictus poterũt clerici illius loci extra locũ interdictum ad ordines ꝓmoueri: ab eo tñ qui hoc de iure possit. Item si locus tñ est interdictus: licet ibi null⁹ valeat ordinari: laici tamen qui nõ fuerũt culpabiles extra locum interdictum: poterũt ordinari: nisi ꝓpter delictum vniuersitatis lata fuisset sentẽtia interdicti in loco: q꞉ tũc nullus de dicta vniuersitate posset ordinari ſm Cal. Idem Panor. in .d.c. non est. Secus tamen dicit. quando ꝑsone essent interdicte: q꞉ tunc quocũqꝫ se ↄferant. Interdictum sequitur easdem ꝑsonas. Addit etiã vnũ singulare ꝙ ex necessitate poterũt etiã laici ordinari in loco interdicto: sicut de ↄfectõne crismatis: arguit tex. in. ca. quõ. de sen. ex. li. vj. cum nõ fiat baptismus sine eo: q꞉ ex quo ↄcedunt̃ aliqua sacra: que nõ pñt cõferri nisi ꝑ clericos: ergo indirecte ꝑmittentur ordinatio clericorum. Sed sine necessitate: nec clerici: nec laici poterunt ordinari in loco interdicto. Sed alibi ordinabuntur: si ipsi non sunt interdicti: vt dictum est.

Item tempe generalis interdicti denegat̃ laic ecclesiastica sepultura: etiam si ꝑniam egerint ſm Inno. in. d. c. qd̃ in te. Ratio est: q꞉ interdicti sunt tales et si peccatores nõ sint. xvij. q. iiij. nitior. Sꝫ et illi interdicti qui tunc absoluunt̃ ab aliqua excommunicatõne: remanent tñ adhuc interdicti donec soluat̃ interdictũ. Et si in morientibus interdict apparuerint signa pnĩe: ꝛ postmodũ fuerit solutum interdictum tũc talium corpa erunt apud ecclesiam transferenda. Et si apud ecclesiam: stante adhuc interdicto: sepulti fuerint: nõ erũt postmodũ exhumandi: cum ad eũ statum venerit res: a quo incipere potuit. Et ꝓ huiusmõi interdictis: cum penituerint: licet mortuaria recipere: ꝓ eis orandum ẽ. Et si nõ penituerint: nec ꝓ eis orandũ est: nec mortuaria recipienda. lxxxviij. di. c. si. Clericis vo: qui in tali generalitate nõ sunt interdicti: nõ negat̃ ecclesiastica sepultura. Ita tamen ꝙ fiat sine pulsatione campanarũ ꝛ cessante omĩ solennitate. vt ĩ dicto. c. qd̃ in te. Et qd̃ ibi dicit̃. cum silentio. non videtur hoc intelligendũ de silentio funeralis officij: q꞉ cum ↄcedatur quod maius est. s. dicere horas ꝛ missam submisse ꝛ de officio funerali ↄcedi videt̃. Et sic poterũt sepeliri cum officio sine nota dicto. Et sic ſm moderatõnem dicti. c. alma. ſm Fede. in diebus in quibus põt publice celebrari: põt sepeliri cũ campanis ꝛ alijs ↄsuetis.

Quid autẽ si ecclesia sit spẽaliter interdicta. nunquid clerici poterũt ibi sepeliri. Rñ. Panor. in. d. c. qd̃ in te. refert quosdam tenere ꝙ non. Hosti. vo tenet ↄtrariũ: q꞉ tantũ valet generale quo ad omnia q̃ntum spẽale quo ad quedam. Sicut ḡ ꝑmittit̃ sepultura in loco generali interdicto. Ita ꝑmitti debet in speciali. Jo. an. in. d. c. qd̃ in te. tenet contrarium: q꞉ textus ille loquitur de generali interdicto. Et panor. videt̃ qd̃ dubia. Nam ꝓ opinione Jo. an. facit. d. c. qd̃ in te. qd̃ in duplici loco semper facit mentõnem de generali interdicto. Item tũc fit est ratio: quia nisi possit sepeliri in cimiterio alicuius ecclesie: tunc oporteret eum sepeliri: extra cimiterium in campis. Sed pro contraria opinione facit. c. vt priuilegia. de priuil. Item quia posito generali interdicto: quelibet ecclesia censet̃ interdicta valde equũ esset dicere: ꝙ in speciali interdicto possint clerici illius ecclesie ibidem sepeliri: ꝗ alij nõ: cũ habeant in loco ecclesias nõ interdictas.

Utrum confratres: qui ex priuilegio religiosorum quorum sunt confratres admittuntur ad diuina: possint sepeliri in ecclesia interdicta. Respõ. ꝙ non licet in alijs ecclesijs libere possint eligere sepulturã. extra de priuile. c. vt priuilegia.

Utrum priuilegiatus tempore interdicti super admissione ad diuina et receptione sacramentorũ possit sepeliri in cimiterio. Respon. ſm Calde. ꝙ sic. Et idem videtur dicendum etiam si solum esset priuilegiatus super auditione diuinorum dumtaxat: non facta mentione sacramentorum: per regulam. Cui cõmunicamus viuo et mortuo. Item quando aliqua ecclesia est interdicta singulariter: si quidem est interdicta propter delictum clericorum tñ: vel quia fuit violata: tunc possunt parochiani in alia ecclia nõ interdicta eligẽ sepulturã ꝛ audire diuina. Sed si sit interdicta in penam populi: etiam si multi ex eis non deliquerunt: sed forte vniuersitas vel magna pars: vel forte quia deliquit domi-

bus.et in hoc punitur: tunc parochiani non possunt in alia ecclia eligere sepulturã: etiã si nõ sit interdicta: nisi forte ex privilegio sm Inno.

An autem laici tempore interdicti possint sepeliri in cimiterio per episcopum non benedicto: licz sit deputatum ad sepulturam: Jo.an. dicit. q̃ oportet q̃ sit locus ad usum cimiterij per episcopũ benedictus. Idem Jo.cal. qui dicit q̃ hoc oportet facere. Etiam ad penam excõmunicationis: que ponitur in de.cos.de sepul. De hoc vide s. Excõmunicatione. xxxviij. Item sepeliendo extra ecclesiam τ cimiterium interdictam personam vel nõ interdictam: sed in loco interdicto. cum officio divino: clerici illud officium celebrantes sunt irregulares. Sed sine officio divino bene possunt interdicti extra ecclesiam τ cimiterium sepeliri. nec enim debẽt corpora remanere inhumata sm Calde. Et si laici de facto sepeliunt in cimiterio clerici peccant: dando eis crucem et aquam benedictam τ incensum.

Interdictum tercio.

De pena nõ servantis interdictũ. Primo. si clericus est: et ista sm Hostiẽ. q̃ scienter celebrans in loco interdicto: vndecũq3 sit: efficitur irregularis: τ suspensus est. extra de cle. excõ. postulastis. τ de sen. ex. is qui. li. vj. Item talis nõ potest eligi: nec eligere. d.c. is qui. Item nec potest postulari. extra de post. p̃.c.j. Item qui nõ servat interdictũ: remouendus est ab officio. d.c. postulastis. Si aũt talis sit religiosus τ ad nullũ ordinem ordinatus. Et si irregularitatẽ nõ incurrat q̃ non est expressum in iure. Nã decre. is qui. agit de sola irregularitate: que pcedit ob celebratõnem diuinoꝝ: et executõnem ordinum: poterit tamen aliter puniri. Et idem videt dicendum de moniali nõ servante interdictum: quilibet tamen homo scꝫ religiosus et religiosa si non habent ordinem: si violãt interdictum: sunt ineligibiles actiue τ passiue. Nam et si nõ habent ordinem clericalem: ratione tñ status ipsoꝝ: habent officium celebrandi diuina sm pditõnem ipsoꝝ. vnde violando interdictum: illam penam incurrerent: cuius sunt capaces. Purus vo laicus violans interdictum: q̃uis irregularitatem non incurrat vel suspensionẽ sm Inno. grauiter tamen peccat: et puniendus est pena arbitraria per ecclesiasticum iudicem. Item om̃is qui scienter celebrat in loco interdicto: sine psonis interdictis a iure: vel a iudice: vel recipiens publice interdictos ad diuina vel sacramenta: vel sepulturam: etiam si nõ sit irregularis: est interdict' ab ingressu ecclesie. extra de priuil. c. epoꝝ. li. vj. Et si ita ingerit in officio suo fit irregularis. de sen. ex. is cui. li. vj. Nota tñ q̃ conceditur epis τ alijs superioribus: vt vbilibet possint cum altari portatili celebrare τ celebrari facere: τ audire diuina q̃uis sit interdicta terra: ciuitas: vel castrũ: servato tamen qd dictũ est s. Janus s. clausis τc. vt in. c. fi. de priuile. li. vj. Et simile priuilegiũ habent fratres minores τ p̃dicatores. vt extra de priuil. c. in his. Et notat glo. in. d.c.fi. Si tñ esset interdicta ecclesia: vel aliquis locus singulariter: tũc secus: q2 nec epũs nec fratres p̃dicti possent ibi celebrare sm Jo.an.

Quid aũt si quis celebrat in loco nõ interdicto: nec ipse est interdictus sed tñ psonis interdictis: Rñ. nõ est irregularis: est tñ ei interdictus ingressus ecclesie τc. d.c. epoꝝ. Idem sm Fede. q̃n admittunt laici aliunde venientes ad diuina in ecclia nõ interdicta: existẽte in loco interdicto generaliter vel specialiter. Item nota. q̃ clericus licet nõ sit interdictus: tamen si exercet aliquod deputatum certo ordini in loco interdicto: nisi sm qd pmittit a iure est irregularis. hoc tamen intelligit Fede. Verum: qñ publice τ palam more solito celebrat: sicut dicimus de excõmunicato: vel interdicto sient pri' celebrante. Similiter existentes interdicti: si exercẽt aliquod deputatum certo ordini: vbicũq3 sunt irregulares. c. is qui. τ c. is cui. de senten. excõmuni. li. vj.

Quid aũt si talis clericus exercet ea q̃ nõ sũt deputata certo ordini: Rñ. sm panor. in. c. ij. de cle. ex. τ in. c. fi. de ex. pre. vbi pcludendo dicta doc. dicit. q̃ illi incidũt in irregularitatẽ nõ servando interdictũ: q̃ exercẽt aliqd deputatũ alicui ordini ecclíastico. τ hoc faciũt tanq̃ clerici: siue sint p̃sbyteri: siue in minoribus. vñ si diaconus diceret euãgelium vel subdiacon' eplam vel acolit' exercet officiũ suum tanq̃ clericus om̃s efficiunt irregulares: vt in d.c. ij. Sec' aũt vbi exercet aliqd nõ deputatũ certo ordini: vt cantans rñsoria vel dicens psalmos: nõ officians principaliter ecclesiã. forte hoc intelligit panor. si esset ebdomadari': q2 tũc incurrẽt irregularitatẽ. Secus aũt si dicit officiũ vt q̃libet ali'. nam tũc nõ efficit irregularis sm Inno. Sz si suspẽsus vel excõicatus. vel interdictus sine apparatu diceret eplam: nõ incurreret irregularitatẽ. de quo vide. s. Irregularitas scd'o. Idem si p̃dicti exercẽt aliqua q̃ sunt iurisdictõis. vñ tpe interdicti nõ est irregularis aliũ excõicans vel absoluẽs: dũmodo non absoluat tanq̃ sacerdos: τ cũ solẽnitate: que habetur in. c. a nobis. el' scd'o. de sen. ex. hmõi enim non sunt phibita tpe interdicti: nec ea exercens tpe excõicatõnis efficit irregularis. hec panor. Idem tenent Inn. Ho. τ Guil. dur. Et sic ex dictis panor. videt dicendũ. q̃ si interdict' vel suspẽsus exercet hmõi iurisdictõnalia: nõ cũ dicta solẽnitate: nõ efficiunt irregulares. al's secus. nec sequit. p̃nt absoluere ab excõicatõne: g etiã poterũt absoluẽ cũ solẽnitate illa: q2 illa solennitas pot' ẽ de iusticia: q̃ de necessitate. Interdicti aũt suspensi τ hmõi sũt impediti ab exectõe ordinũ. vt ex̃ de cle. ex. p totum.

An autem in benedictõne aque cõtrahat irregularitas. R. sm Inno. q̃ sic: q2 est annexa ordini. de pse. di. iij. aquã. q̃n. s. interdictus cleric' hoc ageret. Sed si nõ est ipse interdictus: ex eo q̃ facit talem bñdictionẽ aque in loco interdicto: servata moderatõne: q̃ tradit de alijs officijs nõ incurrit irregularitatem. Aqua autem benedicta nõ debz aspergi laicis loci interdicti a sacerdote. Et hoc p̃terq̃ in quatuor festiuitatibus. de quibus in. c. alma. Si tamen aspergeret: putat Jo. Cal. q̃ nõ esset irregularis.

Per benedictionem aũt mense etiã ab interdi-

ero clerico:nō ɔtrahit irregularitas:q̄r nulli est ordini deputata.

A benedictōne etiā:quā ɔsueuerunt epi vel alij plati itinerando obuiantibꝰ eis in sua diocesi dare dixerūt quidā tutū esse in loco interdicto:abstinere. Si tū ɔtrafaciūt:nō erunt irregulares. Nō putat Jo.cal.verū de simplici benedictione. Secꝰ de solenni:ad quā ꝑmittit. Sit nomē dn̄i benedictū talis eū benedicto ɔpetit epō ratōne ordinis.xcvi di.ecce.

De benedictōne aūt calicis:vel pamentoꝝ:vel corporaliū:vel candelaꝝ in festo purificatōnis:vel cinerū in die cineris.vel oliuarum in festo palmarum.Jo.cal.dicit.non posse fieri a clericis interdictis:vel nō interdictis in loco interdicto:nisi seruata moderatōe:que tradit̄ de officijs diuinis in dicto.c.alma.Et idem dicit tenendū de facientibus officium ꝓ baptismo in sabbato sancto:vel ꝓ confectōne crismatis in cena dn̄i:vel pro anniuersario defuncti.

Benedictio etiā pere ⁊ baculi ꝑegrinoꝝ videt̄ esse ɔcessa:cum nō sit ꝓhibita fm̄ Rod. Item de purificatōne post partū.dicit Jo.cal.q̄ nō potest mulier pꝰptum introduci in ecclesiā in loco interdicto ꝑ sacerdotē cū psalmis ⁊ oratōnibꝰ ⁊ solenni introductōne. Alis incurreret irregularitatē:q̄r illō est officiū diuinū:ordini clericali ɔpetens. Sz sine officio.facta solū ɔfessione vt moris est:poterit mulier intrare ꝑ se. Itē in loco interdicto:⁊ interdictꝭ ⁊ excōicatōnis pōt ꝑdicari verbū dei.ex͛ de sen.ex.rn̄so.Et pōt etiā interdictis fieri ɔfessio generalis in fine ꝑdicatōnis:q̄r fm̄ eū nō videt̄ officiū diuinū. Sz fm̄ aliquos ista non est bona rn̄sio:q̄r hoc etiam ptinet ad ordinem.vn̄ si talis faciens eēt interdictus efficeret̄ irregularis. Sed ideo licet:quia sicut pn̄ia omnibꝰ cōcedit̄.ita ⁊ absolutio:siue generalis siue pticularis. Item pōt pro predicatōne campana pulsari:q̄r cum dicta pulsatio sit signum et preambulum actus permissi:vt habet generalis consuetudo:intelligitur ⁊ ipsa pulsatio permissa Cal. Pro missis vō et horis canonicis dicendis nullo modo debent pulsari campane tempore interdicti.Alis incurret̄ur irregularitas:Exceptis q̄tuor festiuitatibus:de quibꝰ supra:etiā si campane ipse essent extra ecclesiam ⁊ ꝓcul ab ea:non licet ꝓ ꝑdictis pulsare.alis fieret fraus legi:nec etiam paruas campanellas licet pulsare tempore interdicti:pro diuinis officijs celebrandis. Nam prohibitio pulsatōnis campanaꝝ tempe interdicti:vtiq; etiā minores campanellas includit.cum de facto sonꝰ audiatur extra muros:⁊ interdum satis ꝓcul:vnde tales sibi caueant ⁊ sufficiet eis:q̄ aliquo signo.puta.tabula possint ɔuenire ad diuina cōi. Sed pulsare campanas tempe interdicti ꝓ horis notificandis.puta tercia.sexta.nona.⁊ hmōi.nō credo illicitū laicis:sz clericis nō credo hoc licere.licet enī de facto celebrent diuina:tamen ex q̄ dicto tempe solēt diuina celebrare:ꝑsumeret̄ verisimiliter q̄ ꝓ celebratione diuinoꝝ sonarent. Fateor tamen propter hoc tn̄ ipsos nō incurrere irregularitatē fm̄ Cal. Pulsare aūt campanam pro aue Maria i sero vel in mane tempe interdicti:nō inducit irregularitatē. Item pulsare campanas pro ostensione literarum aliquaꝝ vel in aduentu alicuius prelati ⁊ hmōi tempe interdicti:nec laicis:nec clericis ꝓhibetur fm̄ Cal. Consuluit etiā q̄ itinerantes ꝑ loca interdicta:si sunt duo vel plures:q̄ nō dicāt horas canonicas in via:q̄r ex q̄ ab alijs audiri possunt:dicit ipse q̄ nō audet dicere q̄ hoc facere possint sine violatione interdicti. Secus si esset vnus solus:quia ita submisse dicere posset q̄ non audiretur. Sed Asten.lib.vij.ti.xvj.de mente Ber.et Hosti.in.c.quod nonnullis.de priuil.dicit q̄ nō licet interdictis et multomagis nec excōicatis audire extra ecclesiam diuina officia que dicuntur in ecclesia.que vō dicunt̄ in domo vel in via:non ꝓhibentur audire fm̄ quosdam:vt dicit Rod. Similiter non licet clericis ita alte dicere q̄ audiātur deforis. Intellige:studiose. Possunt enim ita alte dicere q̄ audiātur in choro:etiā si sic dicendo audirentur a bextra ar.dicti.c.alma.in.§.adijcimus vbi permittitur q̄ in monasterijs misse celebrentur et alia diuina officia.Et sic per hoc datur intelligi q̄ debent ita alte dicere:q̄ religiosi existentes in choro possint audire.Et fm̄ Asten.debēt celebrare diuina officia voce demissa.i.q̄ videantur potius legere:q̄ cantare.Et fm̄ Rod.nō est laicis aperienda fenestra:vel ostium vt videant eleuatōnem corpis xp̄i:nec pax extra portanda:nec admittēdi ad offerendū post euangeliū. Nota etiā fm̄ eundem Rod.q̄ interdicti possunt in ecclesia oratiōe priuata orare:etiā si ecclesia sit interdicta:nisi sit sibi interdictus ingressus ecclesie. Aliq̄ tn̄ circa dicētes officiū ꝑ viam vel extra ecclesiā tempe interdicti:dicūt.q̄ si hoc faciūt studiose:vt seculares audiant:sic violant interdictū ar.c.fi.de priuil.li.vj. vbi habet̄ q̄ etiā celebratio diuinoꝝ extra ecclesiā ꝓhibetur tali tempe. Secus aūt si sic dicēdo:a casu seculares transeūtes audiunt:q̄r hoc modicum est. Excōicatis tn̄ ⁊ interdictis nō licet audire diuina officia:q̄ etiā dicunt̄ extra ecclesiā. Item lz clericis ⁊ laicis in loco interdicto legere euangeliū vel psalmos ⁊ hmōi.

Quid autem hic ɔtineatur nomine diuini officij:Dici potest q̄ solummodo ordinatum in breuiario vel missali. Item nota.q̄ auditio diuinorū non pertinet ad certū ordinē.Et ideo talia exercētes tempe interdicti:nō erunt irregulares:nisi auctorizando audirent diuina.vt notat panor.in.c.fi.de ex.prela.

Utrū autē habentes priuilegia vt in suis festiuitatibꝰ celebrare possint ⁊ aliquos admittere:vt dicit̄ in.c.vt priuilegia.de priuil.possint celebrare non seruata moderatiōe dicti.c.alma. Rn̄.fm̄ Jo.an.⁊ Arc[illegible]hi.q̄ nō:quia eorum priuilegia.p.d.c.alma.reuocantur quo ad hoc.Secꝰ si priuilegia obtinuisset post.

An autē laici teneant̄ de ecclīa exire:si sacerdos recipit interdictū ad diuina. R.fm̄ Monal.q̄ non.nec peccāt audiendo:sz solus sacerdos.

Quid autem si ille:cui est interdictus ingressus ecclesie ingerat se diuinis extra ecclesiam.puta sub

dino vel sub tentorio. R̄n. ſm gloſ. in c. is qui. de ſen. ex. li. vj. q̄ nō eſt irregularis. q2 dictū limitatū ſm ſuam limitatōez debet intelligi.

Quid aūt ſi celebrat in oratorio: qd ꝯſtrui nō poteſt ſine dioceſani licentia. Dic q̄ ſi ſtricte eſt oratorium: ita q̄ nō eccleſia: nō eſt irregularis. Sꝫ ſi celebrat in eccleſia nō ꝯſecrata: que ꝓprie dicitur baſilica: eſt irregularis. Satis eſt eñ q̄ auctoritate pōtificis ſit dedicata. Item pſbytero celebrante miſſam in eccleſia: ſi ſubdiaconus cui eſt interdict᷒ ingreſſus eccleſie: dicit epiſtolam extra eccleſiā in illa miſſa: vel diaconus ſic interdictus euangeliū: tales. ſ. ſubdiaconus ꝛ diaconus ſunt irregulares q2 vnum eſt officiū: qd tamen in eccleſia principaliter celebratur: cū cooperanꝰ in actu ſibi ꝓhibito. l. di. ſi quis viduam. Preſbyter vo: ſi celebrans in eccleſia admiſit ſcienter dictū ſubdiaconū: vel diaconum ad lectionē epiſtole: vel euangelij etiā extra eccleſiam: eſt irregularis: q2 participat criminoſo. Immo videꝰ tale participiū factum in eccleſia: ꝑ proxime dicta. Sꝫ ecōuerſo: ſi ſubdiaconus: cui eſt interdictus ingreſſus eccleſie: dicit epiſtolam in eccleſia in miſſa: quam ſacerdos celebrat extra eccleſiam: irregularis eſt: q2 in eccleſia vere et de facto id fecit ꝛ ſic in loco ꝓhibito dicto. c. is qui. et idem dicendū de diacono in tali caſu dicente euangelium. Pſbyterum autem talem celebrantē extra eccleſiam: non audeo dicere irregularem: quia licꝫ videaꝰ participare in culpa cum miniſtris: tamen nō eſt dignū q̄ principale: vel dignius trahaꝰ ad acceſſorium: vel minus dignum. Item non prohibenꝰ laici tempe interdicti dicere letanias: vel laudes ſuas: vt faciūt ꝯfraternie.

Interdictum quarto.

De forma ſeu modo ponendi interdictū ꝛ quomodo relaxetur: vbi ſciendū ſm Cal. q̄ cum ab homine proferꝰ ꝛ ꝓpter ꝯtumaciā ſemꝑ eſt neceſſaria monitio ꝛ forma: que traditur de ſen. excom. c. j. li. vj. Et ſic intelligiꝰ de ap. reprehenſibilis. Sed ſi propter delictum fertur: non eſt eſt neceſſaria monitio. v. q. iij. in loco. Cum vo a iure ꝓfertur ꝓpter exceſſum ſiue delictum: ſine monitione fit: ſiue ſit ſpāle interdictum: ſiue generale ſiue ſingulare. Sub hac autem forma verboꝝ profertur. Nos ꝓpter talem cauſam: eccleſiam vel terram talem ſupponimus interdicto. extra de verb. ſignifi. cum in partibꝰ. ꝛ additur etiā cōiter eccl'iaſtico. ad dīam interdicti legalis.

Poteſt etiam ſnīa interdicti ad voluntatem iudicis determinari. puta. vt interdicat miſſam cū cantu: vel horas vel ſepulturas vel hmōi. Poteſt etiā iudex ab interdicto excipe ꝛ ſubijcere q̄s vult ꝛ qū vult. puta qū dn̄s terre eſt ibi pn̄s ꝛ hmōi. d ſpon. nō eſt. Ad hoc aūt vt obliget ſnīa interdicti: ſufficit eam publice ꝓmulgari: nec poſtea neceſſe ē eam ſinguloꝝ auribꝰ inculcari. Sufficit etiā cum quis ſcit vicinos ſuos: maxime metropolitanā eccleſiā recepiſſe ſententiā ꝛ ſeruare. extra de poſtu. pre. c. primo.

An aūt interdictū poſſit ad cautelam relaxari. R̄n. q̄ generale interdictū nō pōt. vt in. c. pſenti. de ſen. ex. li. vj. Sed ſi interdictū ſit ſpāle ꝯtra pſonam: ſic pōt relaxari ad cautelam ar. a ꝯtrario illi᷒ c. pſenti. vt notat glo. ibi. q2 ſpāliter interdicto oīa ſacramenta neganꝰ ante abſolutōnez. Et ſic idem eſt q̄ in excōmunicato: qui pōt abſolui ſub ꝯditione. Hoc tamen verū ſi penitet: al's non: q2 ſic relaxatio daret cām peccandi: niſi forte in caſu: ſic cum abſoluꝰ iniuſtus ab excōicatōne.

Utrū epūs vel alius poſſit ſuū interdictū ſuſpēdere. Videtur dicendū ꝑ predicta q̄ ſic. Quod tenent Lau. Tan. ꝛ Vin. vt notaꝰ in. c. ad hec. el. iij de ap. ꝛ. c. directe. ꝛ. c. pterea.

Utrum ꝑ appellatōnez ſequentē ſuſpendaꝰ interdictū. R̄n. q̄ nō: niſi ei᷒ effectus ſit ſuſpenſus ad temp᷒: q2 ſic pōt appellari a ſnīa ſuſpenſa: ſicut a ꝯditionali dicto. c. pterea. Et hoc verū de interdicto vel ſuſpenſione. nō aūt de ſententia excōmunicatōnis cui᷒ effectus nunq̄ poteſt relaxari: niſi ī toto abſoluaꝰ. vt in. c. cum deſideres. de ſen. excō. Hoc idem tenet Ho. in. d. c. ad hec. Hoc etiā intellige de interdicto a diuinis ꝛ ſacris ꝛ alijs ſpūalibus. Sec᷒ in interdicto a tpalibꝰ. vt puta. q̄ q̄s nō ingrediaꝰ poſſeſſionē. P. Vn̄ Jo. an. in. c. is cum. de ſen. ex. li. vj. reſtringit ſolū in iure ſpūalibꝰ: per que ligaꝰ anima vide eū ibi in glo. vbi ſingulariter declarat hanc materiā.

Utrum priuilegiū ꝯceſſum a legato de latere: q̄ interdicti tpe valeat celebrari: interdict᷒ ꝛ excōicatis excluſis: valeat q̄tum ad ſuas ſnīas ꝛ ſuoꝝ ſucceſſoꝝ ordinarioꝝ. R̄n. q̄ ſic: niſi ſpāliter a ſucceſſore reuocetur.

Utrū papa dante licentiā celebrandi in eccl'ia ſpāliter interdicta: relaxeꝰ eo ipſo interdictū. R̄n. ſm Hoſti. q̄ non.

Sꝫ nunq̄d epūs poſſit dare priuilegiū celebrandi in eccl'ia ab eo interdicta. R. Ber. extra de ap. ad hec q̄ſi. q̄ nō: q2 hoc ꝑtinet tm̄ ad papā. Inn. vo dicit q̄ lꝫ locus ſit interdict᷒: pōt tn̄ celebrari: ꝛ de ſnīa iuris. extra de priui. vt priuilegia. Et de ſnīa hoīs. vt in. c. dilectis. de ap. q2 nihil aliud ē interdicere: q̄ interdiceꝰ celebrantes in ea: a q̄ ſnīa pōt epūs q̄s vult excipe. Sꝫ ſi pſona ſit interdicta vel ſuſpēſa: nō pōt celebrare de alicui᷒ ſnīa: nec pōt interdictum ſuſpēdi in pſona ſuſpēſa: niſi ꝓ delicto alterius ſit ſuſpenſa. Idem panor. in. d. c. vt priuilegia. Item nota. q̄ qū interdictū eſt latū ꝓpter aliq̄s: ꝛ ipſi nō ſeruant illud. Alij nō teneꝰ ſeruare. vt in c. petiſtis. de priui. Nota tn̄ ſm Ho. ibidē. q̄ ſi ciuitas vel eccl'ia eſt interditta ꝓpter aliq̄s. ſ. ꝓpter eorum delictum: tūc licet ipſi violent interdictū: alij tamen ſeruare teneꝰ. Si aūt ſit poſitū ꝓ eoꝝ querela ꝛ ad coīm vtilitatem: tunc ſi ipſi nō ſeruant: nec alij ſeruare teneꝰ: ꝛ ſic efficiꝰ nullum. d. c. petiſtis. vbi panor. querit qū tales dicanꝰ violare interdictū. nūq̄d ſufficiat vna pſona. R. ſm doc. q̄ nō ſꝫ requiritur q̄ maiores violent: ſeu maior ps eoꝝ arg. in. c. fi. de procu. Et oportet q̄ habeant perſeuerandi animū. Et hoc poteſt ꝑcipi ex actibus eo-

rum. Et hoc nota: q singulare.

Quis autem possit relaxare interdictum? Rñ. fm Directorium. Aut cōditor canonis reseruauit sibi relaxationem interdicti expresse. Et tūc ille solus potest relaxare. Aīs episcopus possz. ar. de sen ten. ex. nuper. Aut reseruauit sibi absolutionez excommunicatōnis late ɔtra singulares personas et ex eodem delicto sequitur interdictum contra vniuersitatem vel loca ꝓlatum a iure: licet absolutionem interdicti expresse nō reseruet. videt tamen ꝓ ɔsequens relaxatōnez interdicti sibi reseruasse fm Archi. nam quotiens vicuū ex vna radice nascitur ɔsequens est vt eadem lege tollat. C. de nupt. si libertam. Facit huiꝰ similitudo ratōnis. Etenī excōmunicatio. et interdictū nomine censure ɔtinētur. de ver. sig. querenti. et qd de vno dicitur: de alio intelligendum est. Nota tamen q nullus alius minor: epo pōt relaxare interdictū a iure qd sic ꝓbat. Constat enim q fortius et maius impedimentuz seu vinculū interdicti est ꝓlatio: seu afflictio: quaz seminis pollutio vel sanguinis effusio. Et inde est q magis punit celebrans in ecclesia interdicta ab homine: vel a iure: q celebrans in ecclesia: semine aut sanguine polluta. Nam in primo incurrit irregularitas: non autem in scdo. vt in. c. is qui. de sen. excom. li. vj. Sed impedimentū seu vinculuz prefate pollutōnis nō pōt reconciliari: saltem si est cōsecrata: ꝑ minorem epō: ergo multo minus et alia. Dictum tamen Archi. §. non placet Joh. an. hac ratione: quia de duobus suppositis vno solo reseruato: alterum videtur ɔcessum. Et hoc videt placere glo. in cle. j. de heret. Quibus tamen adde. q si interdictum esset terminatum ad certum tempꝰ a iure: tunc ante illud tempus nō posset ꝑ ordinarium tolli. ꝑ nota. in glo. in. c. cupientes. in. §. ceterum. in ver. suspensos. de elect. li. vj. Ex quo infert limitatio ad. c. nuper. de sen. excom. quod est valde notandum. A sententia tamē interdicti vel suspēsionis ab homine: non potest inferior illo qui tulit absoluere: sed superior. vt dicitur de excōmunicatione: quia ista quoad hoc pari mō ɔcurrunt. De hac materia vide. j. Suspensus.

Qualiter autem debeat fieri cessatio a diuinis ꝑ canonicos capituli vel ɔuentus. Directo. fm Joan. dicit. q ad hoc. q fiat cessatio: necesse est ista interuenire. Primo. q hi qui cessant hoc habeāt de ɔsuetudine vel a iure: vt cessare possint. Secūdo. q vocent absentes ad tractanduz de cessatōne: ac si de electōne agerent. Tercio. q de illa cessatōe tractent diligenter. Quarto. q de cessando deliberēt. Quinto. q sit manifesta offensa ꝓpter quā cessant Sexto. q causa sit ratōnabilis. Septimo. q añ cessatōnem instrumento publico: vel patentibus literis: autentico sigillo munitis: cām cessatōnis exprimant. Octauo. q illud instrumentū vel literas tradant et ɔtra quē cessant. Nono. q requirant illum q emendet ɔpetenter iniuriam vel offensam ꝓpter quam cessare volunt. Qz si non fecerit: tunc locū habeat cessatio. Decimo. q post cessationem: vtraqz pars iter debet arripere ad sedem apostolicam infra mensem per se vel per ꝓcuratores: sufficienter instructos. et cōtinuatis diebus ɋcito poterunt: sedi apostolice se representent: vt discernat quid super hoc sit agendum. his nō seruatis: non seruatur cessatio. Et si pars que posuit cessatōnez: eam non seruauerit: ab alijs non seruetur. Et si cā cessationis fuerit iniusta: ponentes cessatōnez: durante tempore: nihil percipient: et si perceperint restituere tenentur et parti satisfacere de iniurijs et damnis. Et fm Inno. et Hosti. causa cessationis debet esse notoria. q si non esset: nulla cōsuetudo prodesset: quia esset ecclesijs onerosa. Et ille cōtra quem cessatur: non debet conuinci ex probabilibꝰ sed apertis et notorijs: maxime in cultu diuino tollendo. vt notat Jo. mo. et Archi. in. c. si canonici. de offi. or. li. vj. Adde etiam predictis quod notat Panor. in. ca. dilictis. de ap. q differentia est inter cessationem a diuinis: et sententiā interdicti. Nā cessatio a diuinis: est quid facti: non eniz est aliud q suspendere organa ministrorum: vt ibi non celebrent diuina. Sententia vo interdicti est quid iuris. Vnde quando supponit locus interdicto. Ibi celebrans quandocunqz etiam forensis incurrit irregularitatem: vt in. c. is qui. de sen. ex. li. vj. Secꝰ sūt in cessatōne a diuinis: vt volunt doc. in. c. infragabili. de offi. or.

Sed dubium remanet si cessatio a diuinis est generalis. puta respectu totius ciuitatis. Nunqd ibi celebrans sit irregularis. Jo. an. in dicto. c. si canonici. concludit q sic: quia talis cessatio generalis equiperatur interdicto. per cle. j. de sen. excom. Sed. d. An. dicit forte q ex toto non procedit ista equiperatio. Et hoc forte verius putat Panor. q celebrās in cessatiōe generali: non efficitur irregularis. per regulam. vt nunqz quis irregularitatem incurrat: nisi in casibus a iure expressis. vt in dicto c. is qui. Sed iure non cauetur nisi inꝰ celebratōne in loco interdicto. Nec ob. dicta clem. j. quia facit equiperationem tm̄ in illo casu. et pene non debēt extendi. Nota tamen q fratres minores et predicatores habent priuilegium. q quando in ciuitatibus vel locis vbi habitant contingit interdictuz poni: et prohiberi omnia ecclesiastica sacramenta excepto paruulorū baptismate. et penitentijs morientium: non obstantibus quibuscunqz priuilegijs: religiosis quibuscunqz: ab apostolica sede cōcessis: nihilominus tempore talis interdicti possunt confiteri peccata sua: et absolui. et temporibꝰ consuetis iuxta morem ordinis sui: sacre communionis: et vnctionis extreme recipere sacramenta: et diuina officia celebrare simul ianuis clausis: nō pulsatis campanis et voce submissa: excommunicatis et interdictis: ac omnibus personis que non sunt de ordine suo exclusis: non obstantibus prohibitionibus huiusmodi: seu aliquibus literis a sede apostolica impetratis vel impetrādis q de ordine suo: et de hac indulgētia spālem nō fecerint mētionē. Honoriꝰ in priuilegio qd incipit. Mentis vie. Excipiunt tamen tres casus. Primꝰ si causaz dederint interdicto. Scdo si cōtingat eos specialiter

interdicti. Tercius si ecclesia illa vbi volunt celebrare est interdicta specialiter hec habentur in pamle go Bonifacij. qd incipit virtute ↄspicuos.

Inuenta. Quid sit agēdum de inuentis? Rñ. quedā sunt que nunq̄ fuerūt in bonis alicui⁹. sicut sunt lapilli ⁊ gēme: que inueniunt i littore maris. ⁊ talia occupanti ↄceduntur. Et eadem est ratio de thesauris antiquo tempe sub terra occultatis: quoꝝ non est aliquis possessor: nisi q̄ fm leges tenetur medietatem dare dn̄o agri. ⁊ hoc si inuenit in alieno: nō data opa. Sed si data opa inuenit totū tenetur dare vt in. l. vnica. C. de thesau. li. x. Et notat glo. insti. de re. di. § thesauros. Et hoc verum: etiā si cū voluntate dn̄i requireret: q2 etiam cū voluntate dn̄i nō debet querere in alieno thesaurū suo nomine et vt in. d. l. vnica. vbi etiā patz q̄ thesaurus dicitur coadunatio reꝝ mobiliū abscondita: quaꝝ ignorantur possessores: seu dn̄i ꝓpter vetustatem temporis. Ibi etiam patet q̄ nec in suo solo pōt quis querere thesaurū arte magica: diuinatōnibus vel alijs illicitis modis. al's thesaur⁹ erit fisci. De hac materia vide s. Furtum. Quedam vo res inuente fuerūt de ꝓpinquo in alicuius bonis. Et tunc si quis eas accipiat: nō animo detinendi: s; restituendi dn̄o: nō ↄmittit furtum: al's secus.

Utrum emens domū pro mille: in qua postea inuenit thesaurū valentem. x. milia: teneatur restituere venditori? Quidā dicunt q̄ sic. Et circa hoc habetur remediū capl'i. cum cā de emp. ⁊ ven. Sed contrarium videtur: posito q̄ iste thesaurus sit reconditus ab ignotis dominis tempe vetusto: vt in di. l. vnica. q̄ non erat reconditus. ab illo vendito re: sed casus est in dicta. l. vnica. q̄ thesaurus reperiens efficitur eius cuius est solum: ⁊ iste emptor est dn̄s ergo eius erit. Idem ↄfirmatur per. l. a tutore: iuncta glo. ff. de rei ven. vbi pecunia inuenta per modum thesauri cedit emptori. Secus si nō esset inuenta p modū thesauri: vt; murata in muro: q̄a tunc non cederet. Nec ob. q̄ venditor non vēdit thesaurum: qd conceditur tamen p iura communia cedet dn̄o soli.

Quid si res ab aliquo inuenta sit: que fuit a proprio dn̄o habita ꝓ derelicta? Rñ. res que habetur ꝓ derelicta occupanti ↄceditur: siue sit mobilis ⁊ abiiciatur: siue immobilis. vt si ex causa de fundo exeo hac intentōne: vt pro derelicto habeam. ff. pro derelicto. l. j. Sed si in mari iactauero res meas: nō habeo pro derelicto. vide de hac materia sup̄. Furtum.

Irregularitas primo

de irregularitate homicidaꝝ. Omnes qui habuerūt officium vindicte sanguinis. s. mortis vel truncationis membroꝝ sunt irregulares. vt dictū est s. homicidiū. iiij.

Quid si clericus scribat q̄ aliquis capiatur ⁊ ex illa captione sequitur mors: vel truncatio: ipso tamen ignorante ⁊ factum ⁊ causam? Rñ. fm Ho. videtur irregularis: quia debuit suspicari hoc posse euenire.

Quid de illis clericis qui cum alijs trahunt ad mā ganelas: vnde si aliquis ꝓbabiliter creditur interfectus. R. fm v. v. creditur irregularis.

Quid de presbytero qui misit puerum ad adaquandū equum: monens vt caueret a flumine. et tamen submersus est. Rñ. fm Hosti. hūc p̄sbyterum culpabilem esse: sicut ⁊ sacerdotē qui nō animo cultellum a corrigia: cum qua verberabat famulum. extra de homici. c. ad audientiam. hoc qdam intelligunt: ⁊ bene: quādo de periculo pueri missi poterat rationabiliter dubitari: vt q2 erat infans: vt patet in sum. confe.

Quid si aliquis clamet latrones latrones. Rñ. fm Inno. Siue sic clamet: siue aliud agat: per qd potuerit intelligere: q̄ ex clamore vel actu suo poterat sequi homicidiū: irregularis est: nisi faceret propter timorē corporis sui. Nam si timeret q̄ aliquis vellet eum occidere: bene posset clamare pro auxilio: q2 non intendit in alicuius mortem: sed in suam liberatōnem. Idem Ho. qui addit. Secus si clamaret ꝓ solis rebus.

Quid de illo clerico qui cum latro duceretur dixit clandite eos ne clamet: nunquid sit irregularis si mors inde sequatur. Rñ. fm v. v. q̄ sic: q2 iuuit ducentes: dando eis ↄsilium. Et eodem modo si quesentibus malefactorē indicauit eum: nisi forte ignorauerit: ⁊ ignorare ꝓbabiliter potuit: nesciēs q̄ ad mortem quereretur.

Quid si ↄsuluit amico; vt occideret aliquē inimicum suū: Ille incōtinenti nō fecit: s; longo tpe interposito. Rñ. Panor. in. d. c. ad audientiā. de mente Inno. dicit. q̄ ↄsulens est irregularis: q2 debebat reuocare ↄsilium. Et si putabat sibi amicū nō obtemperaturū in reuocatione; debebat hoc intimare illi ↄtra quē ↄsuluit. Et sic caueret: al's non euadit irregularitatem.

Quid si clericus comodat balistam: et inde aliquis occiditur. Rñ. si concessit in bello iniusto. Irregularis est: et eodem modo si bellum sit iustum: quia ars sagittandi est ꝓhibita. extra de sagit. artē. Glo. tamen ibi videtur restringere tex. ⁊ bene fm Panor. ibi quando bellum est iniustum. Naz data iusticia belli: licitum est pugnare cū quibuscumq3 armis. Immo licitū est decipere inimicum per seditionem: parando insidias. vt in. c. dominus. xxiij. q̄one. ij.

Quid de eo qui ministrat ensem vel lanceam: et inde aliquis moritur. Rñ. fm directo. lib. iij. q̄ si quis in bello ministrat balistam vel huiusmodi ad sui defensionem: non ad impugnatōnem alterius: dato q̄ balistarius occidat aliquem: dūmodo tradens vel ministrans nō intendat principaliter. q̄ balistarius occidat: nec credebat ipsum tendere ad occidendum: sed solum q̄ se et sua defenderet vel recuperaret: non est irregularis. l. distinctione. si quis viduam. Secus si alterum p̄dictorum interuenisset. In bello autem iniusto: etiam ad sui defensionē. nō licet ministrare predicta. Alioquin ministrans homicide: est irregularis. ar. dicto. c. ad audientiam. ⁊. c. Iohānes. et. c. si. codē ti.

De hac materia vide singularia .8. Homicidium. ij.et.iij.et.iiij.

Irregularitas secun-

do scz de illo: qui exns irregularis ministrat. Et primo sciendū fm Spe. q irregularitas est nota seu impedimentū canonicuz: ex facto: seu defectu proueniens: qua quis ,phibetur ad ecclesiasticos ordines ,pmoueri: et in eisdem ministrare. Et ad sciendū qn incurrat quis irregularitatem ex indebita celebratōne vel executione ordinū Jo.cal. ponit hanc distinctionez. Celebrans siue, vtens officio ordinis. aut est femīa vel masculus. Si est femina: siue laica: siue religiosa: nō efficitur irregularis: qz cum nō sit capax ordinis clericalis: nō cadit in ea irregularitas: p quaz quis impeditur in ordine; vel ordinis officium celebrare. Si aūt est vir. aut furiosus. et tunc p quamcunqz celebratōnez: nō efficitur irregularis: nec peccat. Idez de infante. de. si furiosus. de homici. Aut est sane mentis. Tūc aut talis est laicus vel clericꝰ. Si laicus: et cum solenni apparatu alicuius ordinis celebrauit. s. exequendo actū alicuiꝰ ordinis: siue puersus sit alicuiꝰ religionis: siue secularis: videt q sit irregularis. extra de cle. ex. c.ij. Nec cum tali: vt valeat ,pmoueri alius q papa pōt dispensare. Directoria tn̄ li.iij. dicit q laici ,pter talia: irregularitatem vel suspensionē nō incurrūt: cum nec ordinez nec officiuz habeant. vn̄ aliter puniunt laici: si contrafacuīt: vt in dicto .c.ij. Et hoc videt verius. Si vo est clericus. aut celebrat in ordine quem nō habet. aut in eo quem habet. Si primo mō: hoc agēs in ordinibꝰ sacris: est irregularis. De subdiacono tamen dicit vv. q si est in minoribꝰ potest cantare epistolam: dūmodo sine solennitate. Et addit Inno. q hoc est licitū: quando deest subdiaconꝰ. Sed solennis apparatus subdiaconi videtur esse manipulus. Dicit enim Petrus de palu. in quarto. q tunicellam licet etiam nō subdiacono portare: quia non est ei propria vestis: sicut manipulus quem nullus inferior subdiacono portare debet. hec Pe. vnde si talis cantet epistolam cuz tunicella sine manipulo: et non porrigendo calicem diacono ꝛc. Dicp tont habetur .s̄. Dispensatio. Si vo clericus celebrat in ordine quem habet; tunc aut est excommunicatus maiori: vel celebrans: vel officium exercens in loco interdicto ab homine vel a iure. Aut est suspensus. Si primo mō; tūc vtroqz casu efficitur irregularis. et indispensabilis; nisi per papam. de sent. excom. is qui li .vj. Dicit tamē vv. q in minoribus constitutus ministrando seu exercendo officium suum etiam cum solennitate cum est excommunicatus: non efficitur irregularis: quia illa duo capitula si quis episcopus. el primo. et scdo. xj. qōne. iij. non loquuntur de his. Sz Hosti. sentit q talis oīno irregularitatem incurrat per. c. cum medicinalis. de sen. excom. li. vj. Et sic non potest dispensari nisi per papam. Idez Panor. in dicto. c. scdo. qui dicit q hec opinio est vera et communis: quia iura loquuntur indistincte. Idem directo. li. iij. quo ad incurrendam irregularitatem. Sed quo ad dispensationez: videtur tenere q episcopꝰ possit dispensare fm Ray. Hosti. et Archi. Sed Panor. in. c. cleri. de cle. exc. salnando opiniones dicit. q aut queritur: nunquid per inferiorem a papa possit iste talis celebrans liberari ab irregularitate iaz causata. Et dicit q nō Et ita loquitur. c. j. de re iudi. in. vj. et dicto. c. cum medicinalis: que iura dicunt indistincte: soluz papam ab hac irregularitate posse liberare. Aut queritur de pena depositōnis imponenda p iudicem et tunc ,pcedit alia opinio: vt etiam eps dispenset cum parato se corrigi. ne duplici pena conteratur. Si autem clericus est suspensus; sumendo ,p stricta suspensione. s. quo ad se et quo ad alios. aut est suspensus a canone: aut ab homine. Si ab homine; tūc aut ignorauit igñantia ,pbabili. et tūc nō est irregularis. vt in. c. apostolice. de cle. ex. Aut ignorantia crassa et supina. et tūc est irregularis et multo magis si sciuit se suspensuz. Et hoc quomodocunqz sit suspēsus simpliciter; siue ad tempus determinatum; aut indeterminatū: etiam si ratione defectus vel infamie pnto talem; durante suspensione: celebrantem esse irregularem. nec secuz posse dispensari: nisi per papam dicto. c. cum medicinalis. Si vo est suspensus a canone. tunc aut ratōne criminis; aut ratione defectus: aut ratione infamie vel scandali. Si primo modo. tunc aut simpliciter est suspensus: et sic celebrando est irregularis dicto. c. si quis eps. Aut est suspensus ad tempus: et tunc. aut ad tempus determinatū. et sic interim celebrando est irregularis. Aut ad tempus indeterminatum: et tunc. aut cum conditōne: donec satisfaciat: vt in cle. j. de deci. Et tunc licet quidam contra. puto si sic suspensus ante absolutiōez celebrat: est irregularis: quia in hoc: factum iudicis est necessarium; vt habeatur pro absoluto. Et sic: cum factum hominis sit necessarium: sequitur q ad suspensionem dei: canon aliquid addat. Si vo est suspensus cum conditione; donec peniteat: vt de elect. Osius. et tunc equum est tenere: q interī celebrando non efficitur irregularis: quia talis suspensio videtur esse dei: ad quam nihil addit canō nec vt habeatur pro sublata aliquod factum iudicis est necessarium. Et ideo dicendum est de ea vt de suspensione dei tm̄. Si secundo modo sit suspēsus a canone. s. est ratione defectus. tunc aut ratione defectus ordinis: aut alterius defectus. Et si ratione defectus ordinis. vt clericus per saltuz ,pmotus q̄tum ad ordinem omissum: in quo si exercet officium anteq̄ recipiat: est irregularꝭ. Sed celebrando in ordine ad quem est per saltum promotus quem habet: non est irregularis. lij. distinctione sollicitudo. Si vo ratōne alterius defectus vt bigamus. Illegitimus. corpore viciatus. ordinatus ante legitimam etatē. vel a nō suo episcopo: hoc casu ,pcordant omnes q celebrando non est irregularis; quia hoc non est iure expressum. Et q̄ q̄n curia mandat cū suprdictis patientibꝰ dictos defectꝰ dispēsari: nihil dr̄ de irreglaritate. Stilus aūt curie est attendendꝰ de cri. fal. q̄ grani. Nec ob. q ordinatio facta ante legitimā etatem; vel a nō suo

episcopo fuerit cū peccato: q2 pncipalis causa: ppter quā dicimus tales suspēsos: est defectus: nō peccatū. ergo rōne defect⁹ nō criminis: talis censeri debet suspēsus. Et hac rōne puto ꝙ licz irregularis ex celebratiōe diminorū sit suspensus a canone ꝓpter hāc irregularitatē. Si tamē al's nō sit suspēsus a iure vel ab homīe, puta q2 absolutus ab excōicatione. ꝛ suspēsione: sed nō est secū dispensatū sup irregularitate. vel nō suspēsus ꝯtrabit irregularitatē: talis nō ꝯtrabit nouā irregularitatem: q2 nō est in iure exp̄ssum. Si ē tercio nō suspēsus a canone. s. rōne scandali vel infamie. tūc celebrādo nō est irregularis de de. ꝑtis. c. j. Sed bñ facit abstinēdo. Et p hoc infert Inno. ꝙ illi quoꝝ crimina sunt notoria: qui etiā post penitentiā ꝓhibent̄ celebrare ꝓpter scandalū ꝛ infamiā. vt de coha. cle. c. fi. si ante absolutionē celebrant nō incurrūt nouaz irregularitatē. ꝛ ex allegatiōe quā facit Inno. videt̄ intelligere de notorio fornicatore qd ꝑui est tenere. ꝛ qd notat̄ in. c. j. de sen. ex. li. vj. intelligat̄ de notorio fornicatore ante penitētiā celebrāte: ne videat̄ sibi ꝯtrariꝰ. tñ de rigore iuris sola penitentia nō tollit suspēsionē canonis in notorio fornicatore: vt videt̄ exp̄ssum. l. dist. ꝑuenit. q2 requirit̄ factū iudicis: vt dictū est de suspēso a canone donec satisfaciat. vide de hac materia. s. Clericus. iij. Et nota fm̄ ꝺꝺ. ꝙ irregularis celebrās: nō ꝓpter hoc aliā irregularitatē ꝯtrabit. Alioqn totiens nouā irregularitatem ꝯheret: quotiēs celebraret. Nota tamē ꝙ ex p̄cedētibꝰ videt̄. ꝙ ordinatus ante legiti. nā etatē lz ip̄o iure suspēsus ab executiōe ordinis sic recepti. Sed solēnes doc. cōiter tenēt ꝯtrariū. videlicz Ray. ꝺꝺ. Archi. An. de butrio. Pau. de eleaz. ꝛ Fran. zab in cle. generalē. de eta. et qua. hi oēs dicūt. ꝙ talis nō est ip̄o iure suspēsus ꝫ suspēdendus. ꝛ interdicēda est ei executio ordinis recepti ante legitimā etatē vsqz ad legitimā etatē. Et si postq̄ fuerit ei interdicta a iudice suo: vtit fuerit ordine tali añ legitimā etatem erit irregularis. Si aūt nō fuerit ei interdicta: ꝛ sic vtat̄ ordine añ legitimam etatem recepto: non est irregularis. Hec Archi. flo.

Recipiēs ordines etiā minores i maiori excōicatione: incurrit irregularitatē indispēsabilē: nisi per papā. de sen. ex. cū illoꝝ. vbi nō distinguit̄ int̄ ordines minores vel maiores fm̄ Guil. Dur. Recipiens aūt ēordines in minori excōmunicatione nō incurrit irregularitatem: quia non est iure expressum.

An aūt excōicatus extra ecclesiā officians populo: efficiat̄ irregularis. Rñ. fm̄ Ri. in. iiij. dist. xviij. ꝙ aliquibꝰ ꝓbabilit̄ videt̄ ꝙ si excōicat⁹ etiā ex̄ ecclesiā dicat horas suas. officiādo populū i exercitu vl' naui. incurrit irregularitatē. Si tñ dicat horas suas cū vno socio vel pluribꝰ. nō tñ officiādo ecclesiā vel populū irreglaritatē nō ꝯhit. Quo ad baptizādū dicitidē Ri. ꝙ si excōicat⁹ baptizaret nō solēniter. vt faciunt vetule in casu necessitatis nō esset irregularis.

Quid autem si excōmunicatus in choro cum alijs clericis dicat officium. an efficiatur irregularis? Rñ. Ge. in. c. cum medicinalis. de sent. ex. li. vj dicit. ꝙ clericus suspensus de quo loquit̄. d. c. si interest diuinis auctorizando. vt puta. si legit et cantat cum alijs. ꝛ vltro hoc facit scilicet principalem chori: vt q2 dicit capitulum ꝛ orationem vel facit officium cantoris in choro: tūc incurrit irregularitatem. Secus si auctoritatem non p̄stat. puta. si legit ꝛ cantat in choro: nō exercendo aliquod officium chori. nec auctorizando. tunc nō est irregularis. Et vt plene habeat̄ hec materia: ꝯcludendo dicta docto. ꝛ Panormita. in. c. fi. de ex. pre. potest dici ꝙ presbyter vel alius clericus exercens aliqd officium deputatū alicui ordini ecclesiastico. ꝛ hoc facit tanq̄ clericus; efficit̄ irregularis. Secus autē vbi exercet aliquid non deputatum certo ordini. vnde cantans rñsoria vel dicens psalmos; non officiando principaliter ꝫ tanq̄ quilibet alius laic⁹ non efficit̄ irregularis fm̄ Inno. etiam dato ꝙ illud esset deputatum certo ordini. tamen de consuetudine exercet̄ per quemcunqz indistincte. etiam a non ordinatis. tunc talis exercens. non esset irregularis. Et per predicta patet responsio. quid de ebdomadario cantore. dicente antiphonas ꝛ responsoria. legente lectiones. ꝛ de exercente actuz minoꝝ ordinū. Et quo ad ebdomadarium. si solenniter officiat ecclesiam in matutinis. vesperis. vel alijs horis excommunicatus: incurrit irregularitatem. Et hoc est indubitatum fm̄ Asten. Sz dubium est quando iste sacerdos non solenniter officiaret ecclesiam: vt faciunt communiter ebdomadarij: tamen per predicta idem videtur dicendum: quia saltem de consuetudine tale officiū exercetur p sacerdotem duntaxat; ꝛ cum habeat dicere. dominus vobiscum. qd est deputatum certo ordini. De alijs autem supradictis dici potest. ꝙ z si officium cantoris ꝛ quedam alia supradicta. de iure sint deputata certo ordini. tamen de consuetudine quasi generali exercent̄ indistincte a quocunqz ordinato ꝛ non ordinato etiam a nouicijs ꝛ laicis. Et per consequens tales etiam excommunicati non incurrerent irregularitatem. Item fm̄ Asten. si excōmunicatus actum minoꝝ ordinum etiaz solēniter exerceat. cū hoc etiā p nō ordinatū licite fieri possit: nō incurrit irregularitatē hoc ptz ex p̄dictis.

Quid aūt de simplici clerico si in officio cantat. Rñ. Dir. tenēdo ꝙ tonsura siue psalmistat⁹ sit ordo. tunc incurrit irregularitatem. Tenendo autē ꝙ tonsura nō sit ordo: dic ꝙ non. Similiter si presbyter excōmunicat⁹ vel suspensus si in officio ac colitatus ministrat: est irregularis. q2 p susceptōz alic⁹ ordinis non absoluit̄ a minori. hoc tñ limita vt dictum est. s.

An aūt excōicat⁹ audiens diuina: incurrat irregularitatem. Dic ꝙ sic auctorizādo. Et iō panor. in. d. c. fi. dicit. ꝙ caueat p̄latus tpe excōicationis. suspensionis. vl' interdicti. ne faciat corā se celebrari aut ne intsit celebrationi: q2 tunc vi auctorizare.

An aūt excōmunicat⁹ dicens officium in ecclesia cum alijs: peccet mortaliter. Rñ. fm̄ ꝺꝺ. ꝙ sic cōmunicando cum alijs. īmo etiam videt̄ tenere

q dicendo officium extra ecclesiam cum vno vel duobus socijs peccet mortaliter eadem rõne. Et minus malum faceret, si ab alio etiã nõ sacerdote faceret horas incipe.

Quid aũt de suspensoꝝ pfessionibus. nunquid si celebrat ante reconciliatõez sit irregularis. Rñ. fm Inn. ꝛ Io. an. q nõ. qꝛ hoc nõ inuenit̃ iure cautũ De hoc vide. j. Suspensus.

Iudeus primo. com-

munniter iudei dicunt̃ qui legem mosay cam ad lrãm tenent: sic dicti a noĩe principali tribus. s. iude q etiam prius hebrei dicebant̃ ab heber: cuius familia cultũ dei tenuit: ceterꝫ idolatria fedatis.

Quomodo xpiani se dñt habere circa iudeos? Rñ. non dñt cum eis comedere. aut eos ad conuiuia recipere. nec cum eis cohabitare. Item phibetur omnibus xpianis: ne in infirmitatibus suis iudeos vocent. aut medicinam ab eis recipiant. aut cũ eis in balneo se lauent. vt in. c. omnes. ꝛ. c. nullus. xxviij. q. j. Et sic videt̃ pceptũ. ita q contrauenien s peccat mortalit̃ nisi pbabilis ignorãtia iurꝭ eum excuset. Dicit tñ Hug. q necessitas excusat eum. qñ s. aliũ nõ habet medicum. Et idem videt̃ quãdo nõ habet sufficientẽ. Item dicit Hu. ꝛ Lau. q medicinalia pñt ab eis emi: ꝛ facere p aliũ pparari. Dicit etiaꝫ Hu. in. d. c. omnes. ibi ad cõuiuia non vocent̃. q hoc intelligit si volũt discernere cibos comedendo nobiscum. Sed si indifferenter volunt vti cibis nostris. credit q tunc licite possumus eos inuitare. ꝛ habere nobiscuꝫ in comestiõe. imo plus credit q in hoc casu eoꝝ cibis vti possemus. puta. si ipsi nolẽt cibos suos discernere: cessante enim causa cessare debet id qđ pter causam statutum est. Secus ergo si ipsi cibos nostros discernũt ꝛ vitant. quia ꝛ nos ab eoꝝ cibis abstinere debemus. ne videamur eoꝝ factum venerari. ꝛ etiaꝫ ne xpiani videant̃ inferiores iudeis Et sic cõcludit Hu. q non tñ azima eoꝝ comedere non debemus hoc casu. imo credit q nomine azimorum quilibet eorum cibus intelligatur. Glo. etiam in dicto ca. omnes. dicit. idem esse in gentilibus. Cum ꝛ ipsi hodie cibos discernant. licet enim gentiles non contineantur verbis edicti. vt. xj. q. iij. c. ad mensam vbi dicitur. Ad mensam quippe paganorum si voluerit ire: sine vlla phibitione permittimus. hec ibi. Tamen mens ꝛ ratio non deficit. vt patet in dicto ca. omnes. Mens enim illius. c. est. quia cum apud xpianos cõmunibus cibis non vtantur. indignum atqꝫ sacrilegum est: eorum cibos a xpianis assumi cum ea que ab apostolo permittente nos sumimus: ab illis iudicentur immunda. hec ibi. Idem dicit glo. in dicto. c. ad mensam. q hodie sicut nec cum iudeis, ita nec cum paganis comedere licet. cum ꝛ ipsi discernãt cibos. sicut ꝛ iudei. hec glo. Sic ergo ex predictis patet q opinio Hug. videtur vera. q vbi iudei nõ discernerẽt cibos: licite possemus cum eis comedere. Idem de gentilibus. Sed cum iudei hodie dicernant cibos. peccant mortaliter christiani qui eos vocant ad conuiuia; vel si ipsi christiani vadunt ad eorum conuiuia. Et valde reprehendendi sunt christiani illi: qui ad eorum solennitates inuitant mulieres iudeas ꝛ ad choreas. et econuerso. viri christiani et eorum vxores vadunt ad solennitates iudeorum. Et postmodum vadunt per ciuitatem astricti christiani cũ iudeis brachio ad brachium. Tales enim christiani huiusmodi facientes ratione scandali: videntur mortalit̃ peccare. Euntes tamen ad predicandum saracenis ꝛ alijs infidelibus: cibis eorum vti possunt: dummodo non de his que fuerũt idolis immolata, in necessitate tamen extrema vti possunt idolotito: dũmodo non in venerationem idoli. Item non debent admitti ad officia publica: ne occasionem habeant seuiendi. liiij. dist. nulla. xvij. q. iiij. constitutum.

An autem iudei possint admitti ad studia litterarum: et per consequẽs ad doctoratum? Rñ. Panor. in. c. j. de iudeis. dicit q de hac questione sepius fuit interrogatus. Et concludit, q de rigore iuris non possunt intrare scholas causa addiscendi: quia dictũ. c. nullus. prohibet a iudeis recipi medicinam: nec cum eis esse in balneo: nec lauari propter periculum corruptionis. vbi tamen contrahitur consortium: et quedam cohabitatio temporalis: ꝛ quasi momentanea. fortius ergo debet prohiberi ingressus scholarum: vbi inter scholares nedum consortium contrahitur: sed etiam intrinseca amicitia. Iteꝫ quia iuuenes habẽt etates molles ꝛ de facili possent subuerti ex astucia iudeorum. Consuetudo tamen est in contrarium. illud tamen est verum q iudei non debent doctorari: quia cum doctoratus sit dignitas non cadit in iudeũ. vt notat Bar. in. l. fi. C. de iudeis. Iteꝫ nullus potest congregationi iudeorum: seu alicui iudeo vel pagano aliquid relinquere in testamento. ꝛ si fecerit etiam post mortem iudicabitur anathema. extra de heret. si quis episcopus. xxiiij. q. ij. sane. Hosti. dicit q vniuersitati iudeorum legari nõ potest. C. e. l. j. Sed singulari forte sic ad succurrendum necessitati eorum; non ad ditandum eos. Item non debent permitti iudei nouas erigere synagogas: sed antiquas reficere possunt: vt in. c. iudei. et. c. consuluit. extra eo. vbi Panor. dicit hoc verum: ita tamen q noua edificatio non amittat antiquam formam: vt videlicet non fiat edificium magis preciosum vel maius. Naꝫ vbicunqꝫ mutatur pristina forma: videtur nouũ edificiũ: ꝛ cadit sub phibitiõe.

Sed quid si antiqua synagoga fundit? corruit: nũquid licitum sit de nouo edificare in loco vbi fuit antiqua? Et potest dici q non: quia videtur omnĩo nouum edificium: ex quo funditus destructum est. Intelligatur ergo iste tex. quãdo antiqua synagoga minatur ruinaꝫ seu corruit: nõ tamen ex toto.

Sed quare iudei tolerant̃ in antiquis synago-

gis? Rñ. Panor. de mente Jo. an. q spes est de eorum cõuersione. Et vt facilius trahantur ad fidem. ideo ecclesia permittit eorum ritus τ solennitates seruare. vt in dicto. c. iudei. τ. c. cõsuluit. Item etiam in sabbatis eorum nõ debent trahi ad iudicia. nec ipsi alios trahere; sed nec in alijs festiuitatibus suis debent turbari: nec sepulcra eorum obtentu fone pecunie effodi. C. eo. ti. die sabbato. et extra eo. sicut. Item in diebus lamẽtationis τ dominice passionis non debent in publicũ prodire. extra eo. in nõnullis. q̃n etiam in die veneris sancta nõ debent iudei tenere ostia vel fenstras apertas. extra eo. quia super. Item cogendi sunt iudei τ saraceni vtriusq; sexus: in terris christianorum in habitu per quem a christianis discernãtur dicto. c. in nonnullis. Quod intelligit Panormi. ibi hoc verũ nedum de nocte: sed etiam de die: τ omni tempore. Nec debent portare signum distinctionis occulte sed publice. Non est ergo satisfactũ huic cõstitutioni si portant illud signum sub mãtello vel in plicatura mantelli. Sicut a multis fieri vidimus: sed palam τ publice: vt ab omnibus discernãtur. Item cogẽdi sunt christianos testes recipere contra se. sed iudeus nõ potest ferre testimonium contra christianum. extra de testi. c. iudei.

An autem in mercimonijs christianus possit cõmunicare cũ iudeo. Rñ. fm Panor. in. c. post miserabilem. de vsu. per argumentũ a contrario illius tex. q christiani non peccant cõmunicantes iudeis in mercimonijs. Nam in penam interdicitur eis hec cõmunio. ergo regulariter nõ est interdicta. sed nimia familiaritas τ cõuersatio bene interdicit. vt extra eo. c. ad hec. τ. c. finali. Et ideo in dicto. c. ad hec. dicitur q in familiari seruitio iudeorum christiani esse non debent. nec christian⁹ debet se exponere seruitio iudei: per id quod contrahit familiaritatem intrinsecam cum ipso iudeo. Et ideo prohibetur assidua mora τ seruitiũ in domo. Et due sunt principales cause huius ꝓhibitionis. vna ne propter nimiam cõuersationem et assiduam familiaritatem subuertãtur anime simplicium. Secunda ne iudei videantur superiores si iudeis christiani famularent cum potius iudei debeant recogñscere se seruos christianorũ. vt extra eo. et si iudeos. Et sic quelibet istarum rationum militat in seruitio cõtinuo extra domũ: cum et ibi cõtrahat familiaritas: et denotetur quedam superioritas. Item dictus tex. ad hec. facit mentionem de domib⁹ quãdo loquitur de nutricibus: sed in precedenti casu nullam facit mentionem de domo. Intelligo tamẽ predicta τ tex. quãdo christianus vult seruire persone ipsius iudei. Secus videtur si aliquod edificium vl' aliquid aliud fabricet i domo iudei ad vtilitatem eius mercede constituta. Hosti. tamẽ videtur tenere q extra domum potest christianus seruire iudeo. sed in domo ipsius iudei non. Et sic videtur intelligere dictum tex. ad hec. quando in domibus iudeorum christiani se exponebant seruitio. Sed Panor. putat q alia sit mens dicti tex. scz q extra domum non debet christianus assidue seruire iudeo: nec etiam in domo eorum licet nutrire infantes eorum. vnde ille tex. voluit equipare assiduum fuitium extra domum. τ fuitium qđ fit in domo. Et certe illa dictũ tur parta. habito respectu ad causas ꝓhibitionis. nam si bene omnia huius materie ponderentur. due predicte cause sunt principales huius ꝓhibitionis.

An autem episcopi possint dispensare: vt iudei possint habere nutrices xpianas in domo. Videt concludendum q non: quia episcopus nõ dispensat contra ius; nisi expresse vel tacite permittatur: maxime: quia illa ꝓhibitio tendit in decus fidei. Et ꝓ hac parte cõsuluit. d. Car. quod placet Panor.

Vtrũ dominis terrarũ liceat exactionem facere in iudeos? Rñ. fm Tho. in quadam epistola ad ducissam Lothoringie. Quis sicut iura dicũt iudei merito sue culpe fuituti sint addicti: τ sic corres possint domini accipere tanq̃ suas ita tamen q non subtrahant necessaria vite. quia tamẽ oportet nos ambulare honeste etiam ad eos qui foris sunt. ne nomen dei blasphemet: hoc obsuadũ est. vt exactionibus quas facere non consueuerũt nullatenus pregrauentur. sed ad consueta cogi possunt.

Quid si iudei nihil habent nisi vsuras: cui restituent ea que male accepta fuerunt ab eis? Rñ. Tho. vbi s. cum ea que iudei per vsuram extorserunt non possint licite retinere: ꝯñs est q si vos illa ab eis receperitis: nec vos licite retinere possitis nisi forsan essent talia: que a vobis vel antecessoribus vestris hactenus extorsissent. Siqua vo habent que extorserunt ab alijs: debent restitui illis: quibus iudei tenebant restituere: si inueniunt. Alioquin in pios vsus fm ꝯsilium diocesani τ aliorum ꝓbor. vel in ꝯmunem vtilitatẽ terre si necesse est. nec esset illicitum. si vos de nouo exigeritis talia a iudeis seruata tamen consuetudine predecessorum vestrorum. hac intẽtione: vt in pios vsus expendant.

Vtrũ iudeus qui nihil habet p̃ter vsuras possit puniri pecunialiter. Rñ. fm Tho. vbi s. q expedit omnes pecunialiter puniri: ne ex sua iniquitate comodum reportent. τ maior pena q̃ quicũq; alius non vsurarius in simili casu: quanto pecunia que eis aufert; minus ad eos pertinet. potest superaddi etiam alia pena. ne ad penam sufficere videat. q pecuniam alijs debitam desinunt possidere. Pecunia tamẽ: pene nomine ab eis ablata. retineri non potest. sed debet de ea fieri vt s. dictum est.

Vtrũ liceat recipere donum vel precium laboris τ hmõi a iudeis vsurarijs. Rñ. fm. vo. Si iudeus habet aliquid aliud q̃ vsuras: potest accipi ab eo. Si vo nihil habet preter vsuras: tunc ante recipiens certat de damno suo vitando. Et sic accipiendo non peccat. Sicut qui a fure: vel raptore damnificatus est. puta. per incendium τ huiusmodi non peccaret si recuperaret ab eo damnum suum: licet ipse fur vel raptor nihil haberet nisi q

acquisitum esset ex furto. vel rapina. dummodo non reciperet p damno suo in specie ipsas res alienas. Addit etiam Tho. q si iudeus vltro confert pecuniam vel encennium: expedit accipere. vt pecunia sic recepta reddatur his qbus de iure debetur.

Quid si iudei occupant totam aliquam parochiam emendo que a xpianis solebant possideri. nunquid potest ecclesia. hac occasione petere aliquid ab eis. Respon. petere potest τ soluere tenetur decimas prediales. τ omnes census τ alia que xpiani de predictis soluere tenebāt. extra de vsur. quanto. Secus de decimis seu oblationibus personalib. cum non recipiant ecclesiastica sacramēta. nec audiant diuina.

Iudeus secundo. De

puersione iudeoꝝ. iudei nolentes: non sunt inuiti baptizandi nec ad hoc cogēdi extra eo. sicut. Siue sint adulti. siue paruuli fm Panor. ibi. licet quidam de paruis teneant q paruuli inuitis parentib baptizari possint. quaz opinionem Io. an. τ Archi. xlv. distin. qui sincera. quia cum sint iudei filii xpianoꝝ. non habent filios in potestate. Sz Panor. dubitat de hoc. an. s. sint filii. imo stricte τ pprie non sunt filii. imo nec ab eis pnt coacta fidcia exigi.

Quid fiet de possessionib τ bonis iudeoꝝ seu aliorꝝ infidelium ad fidem puersoꝝ. Rñ. Panor. in. c. iudei extra eo. q iudei cōuersi ad fidem: non perdunt eoꝝ bona nec tenentur illa distribuere in pauperes: ptra communem opinionem vulgarium. sz inualuit illa opinio. quia iudei vt plurimum habent bona ex vsuraria prauitate acquisita τ talia tenenṫ dimittere. nec etiam perdunt agnationem post puersionem ad fidem. vnde debent succedere suis attinentib τ parentibus sicut primo. Non enī debent esse deterioris pditionis puersi ad fidem q qñ erant in iudaismo.

An autem ecclesia peccet pmittendo iudeos ritus suos obseruare. Respond. fm Directorium li. iij. q non. quia non approbat sz permittit. Quod autem permittimus nolentes concedimus. imo si ecclesia eos nō toleraret quo ad suas cōsuetudines obseruādas videreṫ eos ad fidē velle cogere qd fieri nō dz. d. c. sicut.

An autem peccent xpiani vendentes ramos palmaꝝ τ cedros τ huiusmodi iudeis ac alijs infidelib quib vtunṫ in sacrificijs eoꝝ. Pro quo dubio soluendo notandum est fm theolo. τ canonistas. τ notat Io. an. in regula peccatum: q triplex est pcessio siue permissio. Quedam est simplex tolerantia. ve quia delinquētes nō puniunṫ. Et hoc quandoq fit pter maius malum vitandum. vt ca. denique. iuncta glo. iiij. di. Quedam est permissio: nō solum penam indulgens sz etiam impedimentum fieri phibens. Et isto modo tolerantur iudei in suis ritib pter bonū spūale: qd inde sequiṫ. Quedam est permissio que pstat iuuamē vel pcensum ad actū perficiendū. τ ista nullo mō pōt fieri: quia nō licet consentire malo vel prestare auxilium ad faciendū malū. imo nudus consensus: qui nullū iuuamen prestat ad faciendū malū est damnabilis. vt in. c. felicis. de pe. li. vj. Modo per predicta patet responsio ad questionē nostrā. Cū iudei peccent mortaliter in faciendo τ obseruādo suas cerimonias: vt notat glo. singularis in dicto c. qui sincera. dantes illis iuuam ē ad ea facienda: suo malo cōsentiunt. Et sic peccant mortaliṫ. Eũ vt patet per predicta: ecclesia quo ad istam terciaz pmissionem omnino est aliena licz quo ad secūdā permissionē que est auferre impedimēta tolleret. Secus vt dictū est quo ad iuuamen. Multo fortius ergo peccant vendētes pdicta alijs infidelib. Et hec nota.

Iudex primo cōmu-

i niter. Quātam scientiaz debeat habere iudex: Rñ. fm dd. debet esse peritus. nec debet querere ab alijs quid eum loqui oporteat: vt in auten. de iudi. in principio. coll. vj. Et tamē etiam si illitteratus sit τ habeat consuetudinem τ peritiā iudicandi potest ei causa committi. C. de iudi. certi iuri. Sed iudex maxime ecclesiasticus esse nō potest: nisi sit pitus. Et hoc etiā videṫ velle glo. in. c. suscitatus. de rescriptis. Ex quo infert ibi Panor. q contra iudicē delegatum potest excipi q iudex esse non potest: quia est illitteratus τ non habet peritiam iudicandi. Secus autē vbi haberet peritiam iudicandi ex consuetudine. licz sit illitteratus: vt est bonus tex. in dicta. l. certi iuris. Et sic fm Panor. nō est differētia inter iudicem secularē τ ecclesiasticū quo ad scientiā. Sufficit enī in vtrisq q aut sit litteratus ex pitia litterarū: aut ex consuetudine. Nota tamē predicta: qa sepe causa cōmittitur per sedem apostolicā religiosis prelatis qui nō habent peritiā: nec practicam nec theoricā iudicandi vt cōtra tales possit excipi q iudices esse non possunt. Non tamen requiriṫ iudicem esse pitissimū. cum ex defectu scientie sibi concedaṫ: vt possit assumere assessorē expertis pitiā vt in. c. statutū. §. assessorē. de rescriptis. li. vj.

Utrum quis possit super se cōstituere extraneum iudicem: Rñ. laicus potest constituere suū iudicem quēcunq: qui alś iurisditioni preest. nō alium. C. de iurisdi. om. iudi. l. j. τ. l. priuatorum. Clerici vo non possunt in non suum iudicem cōsentire: nisi sit persona ecclesiastica: et de consensu episcopi sui. vt de fo. compe. significasti. τ ibi Panor. Nam et secularis iudex: nullam in eo potest habere iurisditionem: neq in criminalibus: neq in ciuilib. C. de epi. τ cle. auten. statuimus. Adde etiaz qd notat Panor. in dicto. c. significasti. q exemptus non potest renunciare priuilegio exemptionis: contra Federi. quia exemptio nō fuit inducta in merum fauorem exempti: sed etiam in fauorem superioris. Et per hoc infert ibi Panor. q episcopus non potest absoluere a sententia excōmunicationis religiosos exemptos: etiam si renūciarent priuilegio exemptiōis.

Utrum iudex possit aliquē iudicare sine actis

re; vel accusatore? Dic q non. interdum tamen infamis habet locum accusatoris; vt in.c.euidentia. de accusa.

An autem delegatus principis sufficienter beneficiatus possit petere expensas cum proficiscitur extra domicilium. Et nunquid debeat computare expensas quas fuisset domi facturus. Item nunquid veniant expense victualium. et vecturarum equorum et similium? Re. Panor.in.c.cum ab omni. de vi.et hone.cleri.distinguit. aut loquimur in ordinario: aut delegato. primo casu: ordinarius expensas nec aliud petere potest; cum talis capiat redditus sui beneficij vt sustineat ipsius onera; excepto casu posito ibi in glo. Delegatus vo quantumcunque sit sufficienter beneficiatus licite petit expensas: tam pro victualibus quam pro vecturis equorum et consimilium. argumento dicto.c.cum ab omni: et dicto.c.statutum.§.insuper. Nam predicta iura loquuntur indistincte. Nam beneficia non conferuntur istis cum hoc onere; cum non habeant ordinariam iurisdictionem annexam. Ideo non coguntur tales proficisci extra domicilium proprijs sumptibus: nec tenentur computare expensas quas fecissent domi cum iura ista indistincte permittant eis expensas: nec distinguunt vt faciunt in ordinario. In delegato autem inferiori a principe est magis dubium. Glo.in dicto.§.insuper. distinguit. q aut deputatur ad vniuersitatem causarum. Et tunc ipse ordinarius habet prouidere. Aut deputatur ad vnam causam; et ordinarius ei causam committit maliciose: et tunc idem. Sed cessante malicia tunc ipse etiam poterit petere a partibus expensas.ar.dicto.c. cum ab omni. Et hoc plus placet Panor.ms. quam dictum glose ibi. que voluit q ordinarius delegans debeat sibi prouidere.

Nunquid autem ordinarius possit petere salarium pro assessore? Panor.in dicto.c.cum ab omni. videtur concludere q non; quia ordinarius debet scire canones in quibus versatur. ad hoc.c.j. de consang. Item quia ad hoc habet redditus vt subeat omnia onera. Item non reperitur iure cautum; q ordinarius hoc casu possit suos subditos collectare. Et quamquam accidere possit; q causa non sit decidibilis secundum ius canonicum; tamen hoc raro contingit. ideo prouideat de suo: quando hoc contingit. Et hoc communiter tenetur a docto. Delegatus tamen licite petit salarium pro assessore: dummodo fraudulenter non faciat.

· An autem pro notario possit aliquid peti a delegato. Panor. vbi supra dicit q sic. vt in dicto.c. statutum.§. notarios. Sed in ordinario potest dubitari: quia ipse debet prouidere suis officialibus.

· An autem iudex ecclesiasticus. ordinarius vel delegatus possit recipere a partibus sportulas: sicut potest iudex secularis. Sportule dicuntur quedam vasa in quibus solent deferri munera iudicibus. et qualia debeant esse ista munera seu quanta non est lege diffinitum. Panormi. vbi supra dicit. q nec ordinarius nec delegatus potest petere dictas sportulas, licet textus in dicto ca. cum ab omni. tantum loquatur de delegato. Sed eadem ratio. immo fortior est in ordinario: cum beneficia dentur eis vt ius reddant: quam sit in delegato. Glo. autem in dicto ca. statutum dicit. q secundum leges delegatus habet sportulas. s. duos aureos in principio. et duos in fine. vt in dicto Autentico. de iudicibus.§.ne autem. Et hoc si causa maior sit.c. aureis. Sed secundum ius canonicum vt patet per dictum.c. statutum. delegatus nihil debet habere: cum sic generaliter loquatur. Judex tamen delegatus potest a partibus recipere esculentum. vel poculentum ex mera liberalitate oblatum. quod paucis diebus consumi possit dicto ca. statutum. Idem tamen potest dici de iudice ordinario seculari. vt nihil recipiat a partibus: cum propter iusticiam tenendam habeat suas prouisiones. potest tamen et ipse recipere esculentum et poculentum. eo modo vt dictum est.

Quid autem si iudex zelo conscientie restituit quod sibi a parte datum fuerat. et pars ei donat. nunquid potest retinere. Glo. in dicto.c. statutum. credit q sic. quia hoc ibi non prohibetur. sicut nec alia bona sua donare prohibetur. Et est ratio. quia aliud est in remissione. aliud in donatione. Remissio enim facilius presumitur fraudulenter fieri quam donatio. quia facilius remitteret quis multa quam donaret pauca. Sic simile. ff. ad vel.l. sed si ego. vbi dicit q senatusconsultus velleianus mulieri intercedenti succurrere voluit; non donanti: ideo quia facilius se obligat mulier quam alicui donet. Hoc tamen intelligendum: dummodo contractus iste in fraudem non fiat: quia tunc non credo iudicem absolutum.

An autem delegatus pape delinquens in legatione sua possit conueniri coram ordinario loci. Legiste hanc questionem tractauerunt in Autentica. qua in prouincia.C. vbi. de cri. agi. oportet. Et Jo. an. in.c. si. de rescriptis. et idem Panormitanus ibi. Et conclusio secundum eum est hec. q aut delegatus delinquit in procedendo. et tunc quia solum delinquit contra papam in non parendo mandatis eius; non potest per alium inferiorem puniri. aut delinquit peruerse agendo. Et tunc potest puniri per ordinarium loci. quia non conuenitur vt delegatus. sed vt criminosus. Sed Jo. an. dicit se non credere; q pendente causa coram eo. possit conueniri coram ordinario: saltem vbi impediretur procedere in causa sibi delegata. Nam respectu illius cause duntaxat est maior ordinario vt in.c. studuisti. de offi. le. Hostien. tamen in sum. dicit. q ratione peccati poterit puniri per ordinarium. Panormitanus autem in.c. prudentiam. de offi. dele. concludit q aut queritur. An ordinarius possit compellere delegatum ad exequendum. Et est dicendum q non. quia non spectat ad eius officium. sed pape. Aut queritur, nunquid ordinarius possit eum punire ratione peccati. quia contempsit exequi mandatum superioris. Et potest dici q sic

quia hoc casu non punit eum vt delegatum: sed vt perseuerantem in crimine. Et sic cessat maioritas Dicit tamē glo. ibi. q quis non tenetur exequi delegationem sibi iniunctam per papam: cum graui damno rerum suarum: siue causa sit commissa cū clausula impotētie: siue simpliciter. vt dicit Panormitanus. quia non est verisimile q papa velit artare delegatum ad executionem mādati: cum graui periculo rei familiaris. Sed si appareret de precisa intentione pape: tunc secus. Dicit etiam ibi glo. q delegatus qui debet proficisci extra domicilium suum. potest a principio petere expensas a partibus. Hoc limitat Panormitanus quando iudex esset ita impotens q non posset suis expensis itinerare.

Quid si iudex iniuste iudicauit. Respon. sm Ray. Si scienter male iudicauit. puta. timore. cupiditate. odio. amore. vel alia quacunq causa: tenetur leso precise ad omne interesse: nisi posset inducere illum p quo tulit sententiam ad plenariam restitutionē. xj. q. iij. quatuor. Idem sm Monal. si iustam noluit dare. aut iusticiaz viduis. aut huiusmodi noluit admistrare. Si vero p ignorantiam iniuste iudicauit. tunc aut ex se iudicauit sine assessore aut de psilio assessoris. Si ex se. et ignorantia illa est crassa et suppina. quia nec per se sciebat qd communiter scire debebat. nec ab aliis curauit inuestigare: tunc sm Ray. et Vl. sm ll. tenetur leso inquantum equum videbitur iudicio iudicantis. ff. de var. co. l. vltima. In iudicio autem anime credo: vt inquit Ray. q teneatur ad restitutionem. vt in primo casu: quia in culpa fuit. cū sciuit vel scire debuit se insufficientem. et tamen iudicare presumpsit. extra de iniur. c. fi. Si autem fuit ignorantia pbabilis in eo: vt quia facta debita diligentia ad inuestigandum a peritis: de consilio eorum. tulit iniustam sententiam p iusta. siue quia materia erat variarum opinionum. Et alii sm suam opinionem: quam rectam putabant: cōsuluerunt: excusatur tunc iudex precipue delegatus sm Vl. et etiam vt videtur ordinarius nil omittendo de contingentibus ad inuestigandum rei veritatem. Si vero iudex hoc facit de consilio assessoris. qui asserebat talem sententiam iustam. excusatur. quia in eo est ignorantia pbabilis que excusat. Dantur enim assessores iudicibus pter scientiam eorum. vt consulant ignorantibus iura. Quis enim non possit esse ecclesiasticus index. nisi habeat saltem mediocrem scientiam. extra de elec. cum nobis. et xx. distin. c. j. in glo. tamen in seculari iudice: si habet consuetudinem causarum: siue peritiam iudicandi: causa committi potest iura ignoranti et etiam ordinario. C. de iudi. l. certi iuris. vbi dicitur q milites possunt esse iudices. De iudice aūt delegato dicit Vl. q sepe est iuris ignarus: quod etiam nouit delegans. Sed ratione bonitatis delegat sibi causam. Et talis si sic tulit iniustam sententiam bona fide et consilio peritorum. non tenetur ad satisfaciendum. Et idem dicendū videtur de arbitris quo ad sententias iniustas. Idem Archi. flore. Si vero iudex tulit iniustā sententiam: siue ordinarius siue delegatus siue arbiter. Et si erat sciens: tamen neglexit reuoluere libros et studere in materia: vel si nesciebat per se: et neglexit querere consilia peritorum: etiam si esset delegatus non excusaretur ab obligatione restitutionis parti lese propter iniquam suam sententiā: etiam si credebat iustam fore sm Raimū. et Vl. Item si fuit negligens ad sumendum idoneum assessorem: quia elegit ignorantem: aut hominem male pscientie sm cōmunem opinionē. Siue hoc fecerit ex auaricia: vt minus expenderet in salario dando: siue ex amicicia: vt seruiret amico pro illo roganti: siue ex incuria vel alia causa. non excusat a restitutione: quia in culpa fuit. dicto. c. finali. Si autem assumpsit qui cōmuniter credebatur bonus vel sufficiens vel datus sibi a superiore. Ita q de eius consilio haberet iudicare. tunc excusatur a peccato. et a restitutione ferendo iniquā sententiam quam credebat iustam: ex consilio ipsius assessoris. Sed ipse assessor tenetur in solidum parti lese consulendo sententiam fore iustam. si hoc facit mala fide et contra conscientiam: vel etiam bona fide: sed ex crassa ignorantia vel negligentia. ff. quod quisq iuris. l. ij. Et hoc sm Hostien. Ray. et Vl. Item si iudex accepit pecuniam: vt iudicet: siue vt bene iudicet. peccat grauiter cum teneatur gratis officium exercere. argu. xiiij. q. v. c. non sane. Pecuniam autem illam retinere non potest. Sed sm Ray. tenetur restituere ei qui dedit. Nota ad predicta singulare dictum Bar. in l. j. ff. de fal. q iudex qui accepit pecuniam: vt veram sententiam det. tenetur pena falsi. vt. l. ij. ff. de condi. ob turpem causam. Idem de eo qui accepit pecuniam vt verum testimonium dicat. vt notat glo. in dicta. l. j. quia testes debēt facere gratis: nō ob pecuniā.

Quid autem si iudex accepit pecuniam vt male iudicaret? Respondeo sm Raymū. pecuniam sic receptam tenetur restituere. non ei qui dedit cum turpiter dederit. sed ei in cuius iniuriam recepit. j. q. j. iubemus. Hoc tamen verum in foro iudiciali. Secus in penitentiali. in quo non succedit obligatio nisi ad solum interesse. et non ad penam. nisi precesserit iudicialis sententia. alias pena non debetur in foro penitentie. vt dicit glo. xij. q. ij. fraternitas.

Quid si iudex tenetur et nullo modo vult iudicare et propter hoc amittit aliquis ius suum? Respondeo sm Raymūdum. tenetur restituere totam litis estimationem ei qui propter hoc est lesus. xxiij. q. ij. dominus. xxiij. q. v. administratores.

Utrum iudex possit penam reo totaliter relaxare? Rūdeo sm Tho. secunda secūde. q. lxvij. dupliciratione impeditur iudex ne reum a pena absoluere possit. Primo quidem ex parte accusatoris: ad cuius ius quādoq pertinet vt reus pu-

niatur: puta. propter aliquam iniuriam in ipsum
comaussam. et huiusmodi relaxatio non est in ar-
bitrio iudicis. quia tenetur vnicuiqȝ ius suum red
dere. Secūdo modo impedit ex parte reipublice
ad cuius bonum pertinet ꝙ malefactores puniā-
tur. Sed tū q̃tum ad hoc est dr̃ia inter inferiorem
iudicem et supremuȝ .s. principem: cui est plenarie
potestas publica commissa. Judex enim inferior
non habet potestateȝ absoluendi reum a pena cō-
tra leges a superiore suo impositas. sed princeps
qui habet plenam potestatem in republica. pote-
rit reum licite absoluere. Si hoc reipublice vide-
rit expedire et passus iniuriam voluerit remitte-
re.

Utrum iudex possit penam diminuere? Rn̄.
ſm Hosti. Reo conuicto: si in iure certa pena in-
ueniatur: illa imponi debet. al's arbitrio suo cōmitti
tur. C. de vi pu. vel pri. l. seruos. ⁊ extra de trans. c.
fi. tamen in humaniorē partem debet semp̄ decli-
nare: ⁊ sic mitigare: maxime cum cā subest. puta.
qr non ex ꝓposito: sed casu culpa ꝯmissa fuit: vel qr
iniuria effectum nō habuit: vel ꝓpter etatem pue-
rilem: aut senilē ⁊ hmōi. Et ſm Tho. misericordia iudi-
cis habet locum solum in his que et' arbitrio relin
quunt. Adde p̄dictis' qd singulariter dicit panor.
in. d. c. fi. ꝙ iudex potest et dȝ in penis imponēdis
interdum detrahere seueritati: recedendo a penis
in iure statutis si cā legitima subest. vt puta. quan
do multitudo delinquentiuȝ est in causa. Et sic si-
ne scandalo plecti non pōt. Idem vbi subest alia
legitima causa. vide glo. ibi.

Utrum iudex possit penaȝ augere? Rn̄. augē-
da est pena aliqn̄ ad terroreȝ alioꝝ: qui proni sunt ad
culpaȝ: qr multis crassantib' opus est exemplo. ff.
de pe. l. aut facta. §. fi.

Utrum iudex indistincte possit cum bona cō-
scientia partes reducere ad compositionem. Re-
spon. Panor. in dicto. c. fi. refert Specu. dicere ꝙ
si iura partiū sunt ignota pōt. Si vo iam sunt cla-
ra. vt quia ꝯclusum est in causa: et sic iudici liquet
p qua parte debeat ferre sententiam. Spe. hoc di
sputatōni relinquit. Sed Joh. an. dicit ꝙ nisi ali-
que circumstantie suadeant. abstinere debet a tali
compositione: quia non debet de iure vnius dare
alteri sine causa. Sed ex circumstantijs posset hoc
facere. et ceteris parib' magis debet suadere actori
vincenti: ꝙ reo absoluendo. Ratio: quia senten
tia ferenda; pro actore est mandanda executioni:
et in executionis actu posset fieri longum litigium
que ratio cessat ex parte rei; tamen in eo posset sub-
esse causa. vt puta. quia actor est pecuniosus ⁊ pa-
ratus appellare q̃ntuȝ iura sibi permittent. Debȝ
ergo his ⁊ similib' causis ꝯsideratis iudex abstine
re vel reducere ad ꝯcordiam.

An autem iudex debeat sequi ius vel equitatē.
Respon. Panormitanus in dicto. c. finali. ſm glo.
dicit ꝙ ius semper est proferendum equitati: etiaȝ
vult ꝙ propter equitatem non scriptam: non de-
bet iudex recedere a iure scripto: quia non debȝ iu
dex velle dementior lege videri. vt dicit textus in

autenticis. de iudi. §. oportet. Sed docto. faciunt
tria membra. ꝙ aut neutrum est scriptum. scilicet
nec ius: nec equitas. Et tunc iudex debet seruare
equitatem: vt in dicto. c. fi. Ad hoc adde notabile
verbum Inno. in. c. j. de consti. quod sequit Bar.
in. l. j. C. de. ll. ꝙ in his que relinquuntur arbitrio
iudicis. debet semper seruare equitatem. Aut alte-
rum tm̄ est scriptum. ⁊ illud est seruādum. Tercio
aut vtrunqȝ est scriptum. Et tunc: aut ius est scri-
ptum in genere ⁊ equitas in specie: vel ecōtra ⁊ ser
uandum est quod in specie reperitur scriptum. qr
species derogat generi. Aut ambo sunt scripta spe
cialiter. seu generaliter ⁊ tunc cōiter tenet ꝙ equi-
tas est p̄ferenda.

Utrum liceat iudici iudicare propter probata
cōtra veritatem quam ipse nouit? Rn̄. Tho. scda
scde. q. lxvij. dicit ꝙ iudex in iudicando magis dȝ
sequi legitima documenta per instrumēta ⁊ testes
et alia huiusmodi. q̃ id quod ipse nouit tanq̄ per-
sona priuata. Ex hac tamen priuata cognitōne po
test iuuari: vt districtius discutiat probationes in-
ductas: vt possit earum defectus inuestigare. Qd
si eas non potest de iure repellere. debet eas in iu-
dicando sequi. Dicit etiam Thomas ꝙ si aliquis.
quem scit iudex innocentem. falsis testibus cōuin-
citur vt occidatur: si iudex non potest inuenire oc-
casionem liberandi innoxium: debet eum ad supe-
riorem mittere iudicādum. Si autem nec hoc po-
test. non peccat ſm allegata ferendo sententiam.
quia non ipse occidit eum. sed illi qui eum asserunt
nocentem. Concor. Pe. ⁊ Ray. Sed legiste ⁊ cano
niste videntur sentire contrarium. Nam Ange. ⁊
Imol. in. l. a diuo pio. ff. de re iudic. formant hanc
questionem. An iudex in criminalibus sciens sen-
tentiam iniustam exequi debeat? Et Ange. indi-
stincte determinat ꝙ non: allegando Inno. ita te-
nuisse in. c. pastoralis. de offi. deleg. Sed Imol. di-
cit distinguendum: aut talis sententia est absoluto
ria. ⁊ cum habeat executioneȝ paratam. l. miles. §.
qui iudicati. ff. de re iudi. ⁊ de ea nō tractatur. Aut
est cōdemnatoria. quo casu: aut est pecuniaria: aut
corporalis. Si pecuniaria ⁊ veniat applicanda fi-
sco. exequetur. ⁊ transibit in rem iudicatam sicut ci
uilis. licet sit criminalis. Et sic habes ꝙ pena pecu
niaria dicitur criminalis. quando applicatur fisco
Aut est pena corporalis affixa corpori. Et tūc si iu-
dex sciat causam iniustam. seu sententiam. non de-
bet exequi ſm Innocen. in dicto. c. pastoralis. §. si
vero. ⁊ Angelus in dicta. l. a diuo pio. ⁊ Johannē
calde. in dicto. §. si vero. vbi dixit. ꝙ si iudici. non
vt iudici sed vt priuate persone liqueat accusatum
innocentem esse. licet ex actis contrarium appare-
at. non debet eum condemnare sed debet de veri-
tate inuestigare. vel scribere principi. argumento.
l. j. §. fi. ff. de questionibus. Et si veritatem non po
terit inuenire: vel princeps non rescribat. potius
absoluat. cum sciat in sua conscientia ipsum esse in
nocentem. licet sit probatum contra. Quod est ve-
rum. si iudex propter talem absolutionem non
puniretur aliqua pena. Uel solum pecuniaria.

¶ tunc magis debet pati puniri pena pecuniaria ꝙ̄ consentire in mortem hominis: saltem ſm canonistas. arg. notatorum. in. c. suscepimus. de homici. Si vo iudex veniret puniendus personaliter: potius etiam salua conscientia: debet condemnare et condemnationem exequi. ꝙ̄ pati propriaꝫ penam corporalem: quia prima charitas incipit a seipso. Et hec opinio approbata per tot doct. famosos vtriusq̄ iuris videtur tenenda: maxime cū sit valde pia.

An autem iudex possit interpretari sententiā suam postq̄ eam tulit. si de nouo circa eaꝫ oriretur aliquod dubium. Glo. in. ca. primo. de postu. pre. arguit ꝙ sic. Et in hoc tene eam menti. Sed tu, vide Panormitanū in dicto. c. primo. et in. c. ex parte. el tercio. de verbo. signi. vbi post Bar. et glo. in lege ab executore. ff. de appella. dicit ꝙ si est delegatus non potest per. c. in literis. de offi. delega. si est ordinarius et inferior: et non potest. vt in dicta. l. ab executore. vbi textus notabilis. Maiores autē iudices possunt: et videtur tex. in dicta. l. ab executore. Et ita debet interpretari vt non corrigat: vel mutet: ſ; declaret tm̄. Qd̄ tene menti.

An autem arbiter possit suam sententiam interpretari postq̄ eam tulit. Vide per Specula. in titulo de arbi. et videtur ꝙ non possit per textuꝫ. in. c. cum olim. de arbi. et Panormita. ibi. Et p̄dicta faciunt ad questionem. nunquid statutarij deputati a populo possint interpretari statuta per se edita: si oriretur aliqua dubitatio. Johannes and. in dicto. c. ex parte. et Bar. et communiter legiste in lege omnes populi. ff. de iusticia et iure. concludūt ꝙ non. ex quo functi sunt eoruꝫ officio. Immo etiam nec legatus potest interpretari suam constitutionem postq̄ functus est officio suo ſm Panormita. in dicto. ca. ex parte. Nec ob. si dicatur ꝙ eiꝰ est interpretari: cuius est condere: quia in veritate non videntur isti condidisse statuta: sed populus qui dedit auctoritatem: quia is dicitur facere cuiꝰ auctoritate fit: vt in. c. si diligenti. de p̄scri. Et ideo recurrendum est ad populum: seu ad consiliū generale. Et intellige ꝙ debet recurri ad populū seu consilium: quando interpretatio est valde dubia. Secus si est clara et iuri consona: quia tunc iudex coram quo vertitur questio potest interpretari statutum. Sicut dicimus in. l. communi. et priuilegijs principis: vt notat Inno. in. ca. cum speciali. de ap. facit. l. vnica. C. de profe. in vr. constan. lib. xij. vbi datur inferioribus etiā doctoribus potestas interpretandi. Adde tamē quod notat Ludo. ro. in suis singularibus per. l. paulꝰ. la prima. de re iu. dic. ꝙ iudex potest eadem die post sententiam latam supplere circa accessoria. Idem in arbitro. per glo. singularem in. l. qꝫ arbiter. et si errauerit. ff. de arbi.

Vtrum minister peccet exequendo sententias iudicis contra innocentem. Respon. ſm Thomā secunda secunde. qōne. lxiiij. si sententia continet intolerabilem errorem: minister non debet obedire. Alias excusarentur carnifices qui martyres occiderunt. Si autem non contineat manifestam iniusticiam: non peccat preceptum exequēdo: quia ipse non habet discutere sententiam superioris. nec ipse occidit sed iudex. cui ministerium adhibet. Et intelligit Ray. ꝙ si ipse minister sciat ꝙ cōdemnatus innocens est. non debet exequi mandatum iudicis. Secus si dubitat. tunc enim excusat obediendo. xxiij. q. j. quid culpat.

An autem iudex puniens principaliter propter pecuniam peccet mortaliter? Vide. j. Matrimonium. j.

Iudex. ij. Iudex ecclesiasticus

i Iudex ecclesiasticus ordinarius siue delegatus. qui contra iusticiā ꝛ grauamen alterius partis in iudicio quicq̄ facit per gratiam. vel per sordes: puta per pecuniam: suspensus est per annum ab executione officij. Et debet condemnari ad extimationem litis parti quam lesit. Et si suspēsione durante ingesserit se diuinis: fit irregularis. ꝛ non nisi p papam poterit dispensari. c. cum eterni. de re iudi. li. vj.

Nunquid p̄tineat cognitio ad iudicem ecclesiasticum. si iudex laicus tenet malefactoreꝫ qui dicit se clericum. ꝛ petit remitti ad curiā ecclesiasticā: vel ipsa curia petit eum. ꝛ iudex denegat? Rn̄. ad iudicem ecclesiasticum spectat cognoscere: q̄ de re est spūali. siue ecclesiastica. sed debet vocari iudex secularis aut alius cuius interest. extra de sent. ex. li. vj.

Sed quō p̄cedet in dicta. q? Rn̄. si est notorium ꝙ ille sit clericus: statim absq̄ alia cognitōe dꝫ reddi. Qd̄ si fama publica de hoc est: vel ipse p̄ clerico cōiter habeat: vel se prius nō gerebat p̄ laico. ꝛ deprehēsus fuit cum tonsura ꝛ habitu clericali. dꝫ etiā reddi incōtinēti. Non dico sine cause cognitiōe. ſ; nō sine cause cognitionē de clericatu. Ita tm̄ ꝙ p̄bandi necessitate. nō ipse sed aduersarius astringat. si vo ante dep̄hensionē p̄ laico publice se gerebat. ꝛ pro tali cōiter habebat. etiā si tp̄e dep̄hensionis erat in clericali habitu: nō est restituēdus quousq̄ fidē fecerit de clericatu. Sed tm̄ interim cōtra eum: p̄cessus iudicialis quiescet. d. c. si iudex.

Sed querit de. q. quotidiana. Pone aliquis est effectus clericus post delictum: puta. post homicidium. A quo debꝫ puniri. An a iudice seculari vl' ecclesiastico? Rn̄. Barto. in. l. j. ff. de penis refert Dy. determinasse hanc. qō. in. l. Item vulpianus ff. de ex. tu. distinguendo. ꝙ aut fecit se clericum in fraudem. Et tunc ista allegatio ꝙ est clericus: non p̄dest: vt. l. si maritꝰ. §. j. ff. de adul. ꝛ. l. hos accusare. ff. de accu. Aut est certum ꝙ fecit hoc sine fraude. ꝛ tunc prodest sibi ista allegatio. vt dicta. l. hos accusare. §. hoc beneficio. Aut est dubium. Et tūc si quidem erat accusatus: vel infamatus de crimine. presumitur hoc fecisse in fraudem. Concordat Guido de su. ꝛ Specu. in titulo de reo. Sed Bartolus dicit ꝙ tota ista determinatio Dy. loquitur anteq̄ processus sit incboatus contra eum. Sed si p̄cessus esset incboatꝰ. tūc quid iuris? Vel q̄d si esset lata sn̄ia. ꝛ post sn̄iam efficiat clericus. Vide tex. cū gl. ꝙ n̄ p̄sit ista allegatō: vt. l. si q̄s postea. ff.

de iudi. c. l. cum quedam. ff. de iurisd. om. iu. Sed Jo. an. in. c. j. de obli. ad ratio. vt refert Bar. in. d. l. j. dicit. q predicta sunt vera q̄tum ad executiōez faciendam in rebus. Sed q persona possit capi et detineri in carceribus: vel decapitari: hoc fieri nō potest: cum persona clerici sit exempta a manu iudicis secularis. Et quod de clerico dicit. Idem dic de monacho: seu alio qui regulam professionis fecisset: quia q̄tum ad mundum est mortuus. vt. l. deo nobis. C. de episco. et cleri. Et idem concludit Bart. dicens q iudex secularis non potest punire: nisi prius degradetur. Et quia episcopi istā degratiōez non facerent. Ex isto incōueniēti sequitur aliud inconueniēs: q iudices seculares contra iusticiam faciunt iusticiam de eis et eos puniūt. Predicta vera: nisi facerent professionem existentes in carceribus. vt notat Johan. an. ibi. Item predicta vera in illis qui efficiuntur clerici vel faciunt professionem. ita q efficiuntur religiosi. Sed in illis q mutant habitum et efficiuntur bigini: seu milites gaudentes: posito q habeant priuilegia q sint exempti a curia seculari: mutatio talis habitus sibi non prodest: quia illa regula non facit eum clericum: nec religiosum. Idem Guil. de laude.

Utrum iudex ecclesiasticus possit iudicare de subditis laicorum principum: et de ipsis principibus. Respon. omnis christianus ratione peccati efficitur de foro ecclesie. extra de iudi. nouit. Jō si iudex laicus negligit facere iusticiam de subditis: potest ecclesiasticus iudex illum compellere ad tenendum iusticiam vel supplere defectum eius: cognoscendo de causa. et sic de illius subditis iudicare. extra de foro compet. ex transmissa. et. c. licet. et. c. ex tenore. xxiij. questiōne. v. administratores et in dicto. c. administratores. habetur q si iudex secularis ab episcopis et ecclesiasticis viris conuenientus fuerit vt faciat iusticiam et neglexerit: post. j. ij et. iij. monitionem: communione est priuatus. Et dicit ibi glo. et sic est excommunicatus ipso iure.

Utrum iudex ecclesiasticus possit iudicare de infidelibus? Respon. fm Ray. directe non iudicat de his qui foris sunt. scilicet aliquas eis religiosis regulas apponendo. sed indirecte iudicat christianos: ab eorum communione subtrahendo. vel s. Judeus primo.

Iudiciū. Quid est dicere: debet procedi simpliciter. et sine strepitu et figura iudicij? Rū. tūc nō oportet q necessario exigatur libellus vel litis ptestatō Potest etiam iudex procedere tempore feriarū ob necessitates hominum indultarum. et multa alia succidūntur. vt in cle. sepe. de verb. signi. verbum summarie. circa ordinē procedendi. id est breuiter. Ita tamen q totam substantiam comprehendat. Unde in processu: nihil de substantialibus debet omitti. vnde libellus ita bene debet esse formatus sicut cum ordinarie proceditur. Item contestatur lis. Item sententia diffinitiua datur. verbū de facto. intelligitur manu regia. l. ij. in prin. ff. de ori. iur. Et sic omissa omni iuris solennitate. non autem q iura alterius vllo modo ledant contra naturalem equitatē. Verbum omni solennitate omissa: tollit omnis solennitas iuris ciuilis. Ea vō que sunt de iure gentium. naturali: vel diuino ablata nō sunt: puta. q in ore duorum. etc. nec potest tollere defensionem. nec poterit examinare testes parte absente sed bene poterit recipe absq; iuramento. et diebus feriatis in honorem dei. cum hec solennitas iudicta sit de iure ciuili fm Bart. in. l. filiusfa. ff. de dona. Item potest vigore talium verborum admittere testes et psonas a iure reprobatas: puta. relegatas vel infames. ff. de testa. l. cum. lege. Verbū bona equitate et omissis solennitatibus iuris. Dicas q nō debet intelligi de bona equitate. hoc est nō habito respectu ad ciuilia iura. q hoc est contra. l. bona fides. ff. deposi. Sed debet intelligi. hoc est non illis iuribus. q̄ ponunt quasdā solēnitates seu subtilitates. q̄ veritatem negotij nō tangunt. Et ista vocantur apices iuris fm Bart. in. l. si fideiussor. §. quedam. ff. mandati. Negocium vō principale debet decidi p iura. vñ seruandum est ius cōe. Item nota q cum in priuilegijs religiosorum dr. q post positis rimulis et apicibus iuris libere pcedere possunt plati ad correctionē viciorum. nō p hec verba tollitur. nec p huiōi eximuntur a iure cōi. ad quod oēs catholici tenentur. extra de consti. c. j. Sed nō tenentur ad ea que nō sunt de substātia iuris. seu ordinis iudiciarij. sine quibus nō potest pcedi in iudicio cōtentioso. Sicut etiam cum dr in constitutionibus fratrum pdicatorum. q electiones fiant fm formā canonicā alijs iuris solennitatibus relegatis. si aliquid dimitteretur cum procedit p scrutinium. qd sit de substantia forme. cassaretur electō. sed ea que non sunt de substantia forme: vt collatio zeli ad zelum et huiusmodi. per illa verba tolluntur fm Archi. flo. verbum sola rei veritate inspecta p hec verba tollitur omnis solennitas iuris. et relaxate sunt omnes habene iuris ciuilis. et solum remanet id quod est de iure naturali. Ita q error formularum seu solennitatum iuris. seu earum omissio non nocet propter illud verbum. sola. Quod denotat singularitatem et vnitatem. Ita q sola veritas inspiciatur. et nō ad aliud habeatur respectus. Item in causis plenarijs requiritur citatio pemptoria. In sumarijs autem non. vt notat Panor. in. c. consuluit. de offi. dele. Item vbi nō requiritur ordo iudiciarius. ineptitudo libelli nō viciat pcessum. de elec. c. bone. el. j.

Quatuor modis puertitur iudicium. xj. q. iij. quatuor. que continentur in his versibus. Quatuor ista. timor. odium. dilectio. census. Spe solent hoim rectos puertere sensus.

Iurare. Quid sit. Rū.

fm Tho. scda scde. q. lxxxix. iurare est deum in testez vocare. et est actus latrie. vñ Hiero. sup Math. Qui iurat: aut veneratur: aut diligit eum p quem iurat.

Utrū liceat iurare p creaturas? Rū. fm Tho. vbi s. iuramentū principaliter refertur ad ipm deū. cuius testimoniū inuocat. Secūdario aūt assumuntur

Querit de alia qōne notabili. Statutum ciuitatis disponit ꝙ ꝯhens matrimonium cum filiafa. sine ꝯsensu patris incurrat certam penaz. Titius ꝯhit ꝯ statutum. ꝯuenit ad penaz. An iudex ecclesiasticus possit inhibere ne pcedat. So. hec. q. fuit disputata bononie ꝛ determinatum fuit ꝙ non: ꝓut recitat Ge. in. c. statutum. el. i. de hereti. li. vi. quia iurisdictiones sunt distincte de iudi. nouit. Item quia statutum est vtriq; iuri ꝯsonum. xxxi. q. ii. honorant. nec est sup substantiam matrimonij: sed sup formaz ꝯtrahendi. Item licet lex positiua legem diuinaz tollere non possit: illaz tamen distinguit ꝛ modificat. Item hoc statutum viget quasi in omnibus ciuitatibus italie. In contrarium facit: quia posset filiafa. vgo vel vidua esse quadragenaria, vel vltra. vnde videret absurdum ꝙ sine patris ꝯsensu non posset habere virum metu pene. Et negari nō potest quin iste metus impediat matrimonium ꝯtrahendum directe vel indirecte: ergo non debet valere. ꝛ istam opinionē tenet ibi gemini. Et ꝓ hac opinione facit quod notat Panor. in. c. i. de sponsa. in simili qōne. Statuto cauet ꝙ ꝯhens matrimonium cum puella an. xxv. annum sine ꝯsensu duorum agnatorum incidat in certaz penam, vel ꝯtrahens matrimonium absq; pñtia. x. psonarum, incurrat certam penā: nunquid valeat statutum. Et ꝯcludit Panor. de mente Jo. an. ꝙ talia statuta non tenent. quia ꝑ hoc intimidat matrimonium quod debet esse liberum. licet Gaspar de cal. tenuerit ꝯtrarium.

An aūt ꝯsuetudo patrie possit disponere circa matrimonium. Respon. Panor. vbi s. refert Inn. tenere ꝙ circa substantiaz matrimonij disponere nō potest. sed circa dotem forte ꝙ sic. D. an. latius dicit ꝙ aut statutuz patrie disponit circa substantialia matrimonij. Puta, inualidando ꝯtractum. vel inualidando psonas. ꝛ non valet statutum vt in. d. c. i. Ex quo potest notari ꝙ leges ciuiles ꝓhibentes matrimonium inter tutorem ꝛ pupillam. rectorē ꝓuincie ꝛ ꝓuincialem ꝛ inter similes psonas: nō tenent. Idem tenet Fed. de se. dicens. ꝙ statuta ꝛ leges laicorum circa matrimonium: nullius sunt momenti. quia hec materia nō est ī foro seculari: sed ecclesiastico. Quandoq; statutum disponit circa penaz erga substantialia matrimonij. Et si hoc facit apponendo penam de nouo. ꝛ sic inferendo damnum; non tenet. vt in exemplo s. posito. Quandoq; vo statutum imponit penam auferendo lucrum: quod lex secularis attulerat. Et tunc tenet. d. An. ꝙ valeat statutum. Et hoc sequendo glo. ordinariaz Jo. an. in ca. cum sm leges. de hereti. li. vi. Sz glo. est in contrarium. xxxvi. q. ii. de puellis. Hoc idem sentit Fede. Et hoc pl placet Panor. Quandoq; statutum laicorum disponit circa dotem. ꝛ valet s. dicit Innoc. Quandoq; circa solennitates. Et tenet etiam. d. an. tunc valere statutum. Et peccant non fuantes illam solennitatem. Sed Panormitanus dicit ꝙ doc. ibi non loquunt de statuto: sed de consuetudine patrie. vnde dicit ꝙ statutum tale laicorum est nullum. quia materia non pertinet ad laicos. Secus de consuetudine. quia in ea interuenit consensus episcopi ꝛ clericorum. vnde non fuantes talem ꝯsuetudinē saltem quando est talis ꝙ ex eius ꝓteritione eccl'a reddat incerta de ꝯtractu: peccant mortalit. Et sic intellige dicta doctorum in. d. c. i.

Sed dubitat circa predicta. Quid si consue-

tudo mariti & uxoris est diuersa. Pone. florentinus 9traxit matrimonium cum senensi senis. Et est alia 9suetudo senensis a florentina. nunquid attendemus 9suetudinem ubi matrimonium est 9tractum. vel 9suetudinem mariti. Rn. Panor. in. d. c. j. dicit. quod aut 9suetudo disponit sup solennitate 9trahendi. & dz spectari 9suetudo patrie ubi matrimonium 9trahitur. etiam si ambo 9trahentes sint florentini. quia non debent pegrini violare 9suetudinem patrie cum scandalo aliorum. viij. di. que 9. Aut 9suetudo seu statutum disponit sup executione. vel sup aliis obseruandis post 9tractum. Et debet attendi consuetudo domicilij ipsius mariti. l. fi. §. Item rescripserunt. ff. ad mun. vnde animi destinatione matrimonium 9trahi videtur in domicilio mariti. ar. in. c. romana. §. contrahentes. de fo. 9pe. li. vj. vnde si consuetudo vel statutum domicilij mariti habet. quod maritus superuiuens debeat lucrari dimidiam dotis. seruabitur ibi illa consuetudo. licet in loco ubi fuit 9tractum matrimonium sit alia 9suetudo. vel statutum. Et hec sunt de mente Bar. in. l. exigere. ff. de iudi. Idem sequitur in effectu. d. an. in. d. c. j. qui dicit se putare. quod si maritus mutaret domicilium post contractum matrimonium. quod attendetur consuetudo domicilij tempore contractus & non domicilij ubi dissoluitur matrimonium. quia debet attendi locus ubi orta est obligatio. et non ubi recepit purificationem.

Matrimonium secundo.

M Quis possit 9trahere. Respondent doct. etas apta in puero est annorum. xiiij. & in puella. xij. extra de despon. impu. c. puberes. & c. 9tinebat. Et si ante 9trahunt non est matrimonium: nisi essent proximi pubertati & malicia suppleret etatem. ex. de despon. impu. c. de illis. d. ij.

Sz queritur: quia d. c. de illis. requirit duo. s. quod sint proximi pubertati. & malicia suppleat etatem. an ambo requirantur de necessitate. Rndo. Panor. in d. c. de illis. dicit. Si incipitur a primo. s. a proximitate pubertatis necessario requiritur. Secundum. quia proximitas etatis sola non sufficit ad 9trahendum matrimonium. sed etiam necessario requiritur secundum. s. malicia. Et quo ad hoc exponitur malicia. i. vigor naturalis seu potentia coeundi. vt colligitur ex dicto tex. Ibi potuerint 9iungi. non enim sufficeret malicia in rebus agendis. vt in. c. puberes. de despon. impu. Sz secundum bene sufficit sine primo. dummodo sint doli capaces. ita quod potuerint discernere vires matrimonij sicut de illo puero ix. annorum qui reddidit nutricem suam pgnantem. vt dicit glo. xx. q. j. in summa. Sz disceptatio non modica est inter doc. quomodo deprehendatur potentia ista coeundi que habeat supplere defectum etatis. Quidam enim dicunt quod requiritur. quod vere inter eos copula intercesserit. quod etiam sequitur Ho. sed Goff. Inno. Abb. & Jo. an. tenent oppositum dicentes satis esse quod potuerint 9iungi. Quid enim si minor annis. xiiij. alias mulieres cognouit. vel si femina minor. xij. ab aliis fuerit cognita. certe nemo negabit matrimonium non 9sistere inter istos. ex quo apparet eos potentes ad copulam. Et pro hac sententia habes glo. in. c. vnico. de despon. impu. li. vj.

Sz maius dubium est quando non 9stat clare: sed tamen p signa. puta. ex aspectu corporis. vel ex aliis signis extrinsecis. mulier vel masculus videtur aptus ad copulam. & sentit Inno. hec signa sufficere. Non placet Panor. ar. c. attestationes. de despon. impu. ubi nixus ad copulam cum 9sensu adhibito 9pe etatem legitimam sufficit ad matrimonium. Sz ad predicta vide de Nico. de lyra. Exo. xxj. c. ubi dicit secundum ra. Sal. quod ortus pilorum & menstruorum sunt signa pubertatis immo menstrua duntaxat sufficiunt ad indicandum pubertatem in muliere secundum medicos. Et ubicunque & quandocunque mulier incipit habere menstrua: semper est apta ad generationem. A contrario. si non habet menstrua nunquam posset generare. Et p 9ns tunc malicia non suppleret etatem. puer vero si est potens ad emissionem seminis. dicitur aptus ad matrimonium 9trahendum. Et hoc nota.

Qualiter autem dz intelligi. quod quis sit proximus pubertati. Glo. in. d. c. continebat. dicit quando tamen distat p sex menses. Et Panor. dicit. quod hec glo. facit ad statuta. vt dicatur quis proximus alicui etati. cum ab illa distat p sex menses vel minus. Et bene facit. l. non tamen. ff. de excu. tu. que probat quod distans p sex menses dicitur 9pe illam etatem. Idem Ho. & Inno. sed Panor. dicit. quod hoc 9muniter non tenetur. vt est glo. in. § furiosus. Insti. de inutil. stip. & in. §. i summa. Insti. de ob. que ex delic. nasc. que dicunt. quod masculus dicitur proximus pubertati. cum est in. x. anno cum dimidio. Femina vero cum est in nono cum dimidio. Et est ratio: quia post pueritiam que 9tingit in. vij. anno. restant. vij. anni vsque ad pubertatem in masculo. vnde ex quo excedit medietatem huius tpis. vr magis proximus pubertati quam infantie. & idem dic de feminis.

Vtrum autem in vltima die. xiiij. anni. vel. xij. valeat matrimonium 9tractum. Rn. Panor. in. d. c. attestationes dicit se credere quod sic: sicut dicimus in testamento. l. qua etate. ff. de testa. Et hoc fauore matrimonij.

Quid autem si minor septennio fuit cognita a sposo numquid erit matrimonium 9summatum. Rn. Jo. de deo dicit quod sic. sed Panor. in. d. c. 9tinebat dicit. quod si puella fuerit minor septennio quod quantumcunque fuerit cognita non erit matrimonium. quia non videtur habere 9sensum aptum ad discernendum quid sit matrimonium. nisi esset multum doli capax & discreta.

An autem habilis etate. puta. xiiij. annorum in puero vel. xij. in femina impotens tamen ad coeundum valide 9trahat matrimonium. Rn. glo. in. c. puberes. de despon. impu. dicit. quod habilis etate. impotens tamen ad coeundum valide non 9trahit matrimonium. & refert alios tenuisse 9trarium. Et hanc opinionem doc. ibi 9muniter sequuntur: vt refert Panor. ibi reprobando glo. Ex quo enim hz etatem legitimam ad 9trahendum matrimonium. nec appet de impedimento ppetuo: tenet matrimonium. Alias sequeretur quod impotens ad coeundum 9pter infirmitatem non posset 9trahere matrimonium. vnde iste adolescens dz expectare vsque ad plenam pubertatem. scilicet. xviij. annorum que vocatur plena pubertas. Et si adueniente tali etate non potest generare. & mulier instaret

p dissolutione: posset fieri dissolutio. quia tunc p̄sumeret esse impedimentum ppetuū. Et hec opinio doct. videt equior fm Panormi. Sed opinio glo. forte est verior restringendo eam ad minorem put loquit. Nam eta 87 matrimonium ꝯsiderantur ex eo ꝙ ꝯmuniter accidere solet. Sz ex quo clarum est ꝙ non potest generare: ergo nō est pubes respectu matrimonij. Potest ergo iste assimulari impuberi.

Utrum furiosus possit ꝯhere. Rn̄. si non hz lucidū intervallum ꝯhere non pōt. q2 ibi nō est ꝯsensus. Idem dic de ebrio.

Nunquid autem absentes possint p pcuratorē ꝯhere matrimoniū. Rn̄. possunt. Sicut Isaac cū rebecca. xxxij. q. ij. §. cum di. Et z non est idoneꝰ pcurator: nisi sup hoc hēat specialissimū mandatū. vt exprimat psona cum qua dz ꝯhi matrimoniū. vt in. l. generali. ff. de ri. nup. z i. c. si. de pcu. li. vj. Nec potest alium substituere. nisi sit ei spālr cōmissum.

Quid si aliquis ꝯsentit in absentem per verba de p̄senti. deinde mittit pcuratorem ad eam. z antequam illa similiter ꝯsentiat ipse dissentit. Et postea illa ꝯsentit: credens eum in pmo durare ꝯsensu. Respond. Asten. li. viij. dicit. ꝙ si ille qui revocavit mandatum z revocatio pervenit ad pcuratorem antequam illa cōsentiat: nihil actum est. z hoc est clarum. Si vo pervenit postq̄ illa iam ꝯsenserat. z de hoc potest fieri ecclesie fides: similiter non tenet matrimonium. quia nec vere nec interptatiue ꝯcurrunt ꝯsensus. Si tamen ꝯstaret ecclie de pmo ꝯsensu viri. z de mandato pcuratoris. z de cōsensu mulieris subsecuto. z non ꝯstaret de dissensu pmo. cogetur vir ꝓpter pbationis defectum ꝯsummare matrimonium. q2 ecclesia non iudicat de occultis. Et sic fm hoc diversimode diversa iura loquunt de hoc. Et aliqua loquunt in pmo casu. aliqua in secundo. Si autem postq̄ misit pcuratorem non ꝯsensit nec dissensit. tradens forte factum hmōi oblivioni ꝓpter occupatiōez vel aliam cām. videt simplr standum p matrimonio: tum ꝓpter eius favorem. tum q2 nō hz obicem ꝯtrarie voluntatis. ex de reiud. duobꝫ. z ex de bap. maiores. Idem Ray.

Quid si eum qui ꝯxit peniteat antequam absens ꝯsentiat. revocatio tn̄ ad pcuratorem vel absentē nō venit cum quo ꝯxit. nunquid tenebit factum pcuratoris. Rn̄. Asten. vbi s. ꝙ non. q2 ibi deficit ꝯsensus in idem tempus ꝯcurrens. sine quo mrimoniū non tenet. xxvij. q. ij. sufficiat. ar. aūt in ꝯtrarium est. ex de pcu. in pn̄tia. Sed hoc esse creditur spāle in matrimonio. s. ꝙ matrimoniū non tenet. etiā si revocatio non pueniat ad pcuratorem. dūmō de dissensu ꝯhentis constet. hec Innoc. ex de spon. Juvenis. z hr̄ ex de pcur. c. fi. li. vj. vbi dicit ꝙ si pcurator antequam ꝯxerit matrimonium a dn̄o fuerit revocatus: matrimoniū postea ꝯctum a pcuratore non tenet. licet revocationem hmōi tam pcurator quam illa cum qua contraxit prorsus ignoret.

Sed cum non sufficiat consentire nisi consensus exprimat z notificet inter ꝯtrahentes. quomodo potest esse matrimoniū inter abs̄ntes p ep̄lam vel nuncium: donec ille ad quem mittit ep̄la, vel nuncius renotificaverit cōsensum suum absenti. Respon. Asten. ꝙ quando ille cui mittit nuncius pcuratorꝰ renotificat ipsi nuncio suum ꝯsensum: idem est ac si renotificaret mittenti. Quando aūt lr̄a mittit per nuncium qui nihil scit de facto. sed nudum ministerium portandi lr̄am est ei commissum. tunc si ille vel illa cui mittit hmōi lr̄a nulli notificat ꝯsensum suum. Hos. credit ꝙ q̄tumcumqz ꝯsentiat: non est matrimonium ꝯctum: sed tunc demum cum nuncio notificavit cōsensum. vel absenti qui lr̄am misit: vel etiam alij. ar. xxxij. q. ij. honorant. Et sic habes ex p̄dictis. ꝙ ꝯtrahit matrimonium per pcuratorem. licet adhuc non venerit ad noticiam alterius. s. absentis. Statim enim vt expressit consensum suum pcuratori vel alij est matrimonium. quia ibi sunt substalia matrimonij. s. ꝯsensus expressus amboꝝ.

Quid si dn̄s nuncij vel pcuratoris iuravit nō revocare: nunquid tenet revocatio. Rn̄. Dir. li. j. ꝙ sic. licet sit piurus.

Quot aūt modis ꝯhant sponsalia. Rn̄. Dire. ꝙ octo modis ꝯhunt sponsalia de futuro. Primo nuda z simplici pmissione: vt cū vir dicit mulieri. Ego accipiā te in meā. z e converso. ex eo. si inter. Scdo p fidei datōz: seu iuramenti interpositōez. qd idem est fm Tho. Tertio sub ꝯditiōe: vt cū dicit vir. Accipiam te in vxorem si pn̄ meo placuerit. ex de ꝯdi. ap. de illis. Quarto anuli subarratōe. xxvij. q. ij. si qs vxorem desponsaverit. Quinto datione arraꝝ vel pecunia. vel alijs rebꝫ datis loco arraꝝ. C. de spon. l. arris. Sexto p nunciū vel pcuratorē de hoc dictum est. Septimo p ep̄laz sive lr̄āz. ff. e. l. fi. z de hoc dictum est. Octavo p parentes: si fuerint filij p̄ntes z non ꝯdicant. vel si fuerint absentes z ignorantes: dūmodo postea scientes ratificaverint tacite vel exp̄sse. ex de despon. īpu. si infantes. li. vj. alr̄ filij non obligant.

Sz qd si sponsalia ꝯhant p alios. vtpote p fr̄es vel avunculos. vel amicos. Jo. an. z Mo. dicunt ꝙ eadem rōne ꝯhunt p tales. sicut p parentes. ex eo. ad id. Sz Direct. dicit ꝙ non fm Inno. de resti. spoli. ex pte. Idē Al. Vin. Tan. Ber. z Gof. Nec ob. d. c. ad id. fm Innoc. quia ibi ad ꝑsuasionem viri mulier alij nupsit. vel quia intervenit copula carnalis. Et sic ratum habuit: licet ꝯ ꝓpriā voluntatem. Quam eni p̄tātem habet frater meꝰ vel patruus. vel quicūqz alius me obligandi sine mea expressa voluntate. vel ratificatiōe potissime vbi est casus in quo verba reqrunt. sicut est in spōsalibꝫ z matrimonijs. ex eo. si int. Sed de hoc dic vt in se. ca.

Nota fm Johan. and. in ca. pcurator. de pcura. li. vj. modum contrahendi sponsalia z mrimonium p pcuratorem. Si sponsalia: debent dicere. ꝓmitto tibi de mandato talis domini mei. et nomine eiusdem. ꝙ ipse te ducet in vxorem.

τ hoc in animam suam iuro. Et versa viee puella respondebit. pmitto tibi nomine domini tui recipienti. τ sibi p te. q ego ducam ipsum in viꝝ: nisi steterit per ipsum. τ hoc iuro. In matrimonio de presenti dicet. talis dominus meus mandat tibi. q ipse per me: sine mediante me: τ tibi nunciante accipit te: τ ꝯsentit in te tanq̄ in vxorem suaz. τ econuerso rn̄debit puella. τ ego te mediāte: dominum tuum recipio in viꝝ meum. cum ipse te mediante me in suam recipiat. τ in eum ꝯsentio tanq̄ in dn̄m τ maritum.

Matrimonium tercio.

m Quō ꝯtrahit. Et querit̄ primo. vtrum per ꝯsensum cōtrahat̄ matrimonium. Respon. q ad ꝯhendū mr̄imoniū req̄rit̄ mutu9 ꝯsensus. Ex quo enī vir ꝯsentit p verba de ꝯsenti in mulierem τ econuerso seu alia equipollētia verbis: statim est matrimoniū.

Sz vtrum verba ipsa sint necessaria. Rn̄. Panor. in. c. tue fraternitatis. extra eo. q solo ꝯsensu legitimo ꝯtrahit̄ matrimoniū. Sed verba requirunt̄ quo ad ꝓbatiōem. Et intellige vel alia signa equipollentia. Et dicit fm̄ Hostieñ. τ ꝯmuniter moderniores verba nō esse de substantia etiam q̄ ad ecclesiaz. ꝫ satis est q qualitercūqꝫ appareat de ꝯsensu p signa. etiam in loqui valentibꝫ. Nam verba solum exigunt̄ ad ostendendum ꝯsensum. Ideo satis esse dꝫ q per signa appareat de ipso ꝯsensu. ad hoc fant. ex eo. cū apud. vbi dicit̄ q sufficit cōsensus. Naz illud dicit̄ sufficere: quo posito nihil aliud req̄rit̄ ad substantiam actus. vt no. in. c. statutum. de rescriptis. li. vj. Item nullus tex. ꝓbat se requirit verba. Nec ob. d. c. tue. quia papa respōdet ꝯsultationi. Et sic nō ponit ius de nouo. Et p hoc tollit̄ motiuū Inno. dum dicit q ecclesia hoc statuit. Nam hoc statutū nullibi habet̄. Nec ob. q matrimonium est sacramentum: qd̄ requirit aliquod signum exterius. quia dico q bene habet signum vel nutum τ hoc sufficit. Et si obiciat̄ p predicta. q solus consensus sufficit: ergo non requirit̄ aliquid aliud. Et sic nec verbum. nec signum: ex virtute significati dicti verbi sufficit: vt dictum est. Respon. Panor. in. c. tua nos. extra eo. q hoc non obstat. quoniaz ꝯsensus nō potest haberi nisi mediantibꝫ verbis vel signis. nam si vir ignorat mentem mulieris. τ econuerso ibi nō est ꝯsensus. id est simul assensus ꝫ dissensus τ separatus assensus. Glo. etiam Ray. dicit q si puella loqui vereeundat̄. τ tn̄ patit̄ se subarrari. vel patit̄ se dotari. ipsa taciturnitate τ patientia ꝯsensus eius exprimit̄: q̄uis lingua taceat. Tho. etiam dicit sufficere in hoc casu q non contradicat. Si autem nulla sint indicia de consensu eius. non est presumendum de matrimonio. Dicit etiam Thomas q si quis scribat voluntatem suam sine verbis videt̄ sufficere.

Quid si q̄s dicat. volo te decetero hr̄e in vxorē: vel volo q tu sis mea vxor. Respon. fm̄ Panor. in. c. ex parte. extra eo. q q̄nqꝫ verba in ꝯtū consentiunt̄ de presenti. τ tunc indubie illico contrahit̄ matrimonium. vt si vir dicat: accipio te in vxorē. τ econuerso. vt in. c. pe. ex eo. Quandoqꝫ verba sonant in futuꝝ. Et tunc aut denotant principium actus. τ tunc soluz ꝯhunt̄ sponsalia de futuro. vt si dicit̄. Promitto q te ducam in vxorem. vel me ductuꝝ talem. vel quid simile. τ iste est casus capituli de illis. extra eo. Quandoqꝫ verba sonant in futuꝝ: ꝫ denotant executiōem actus ꝯsummati τ perfecti. Exemplum. pmitto q habebo te p legitima vxore. nam nō potest haberi p legitima vxore: nisi precedat matrimonium. Hec enim verba τ similia denotant executionem matrimonij. vnde tacite ex quo se obligat ad executionem: videt̄ de presenti contrahere. p hoc facit qd̄ notant doc. in. c. cum. M. de consti. vbi dicunt. q si ꝓbenda que solet conferri tm̄ canonico. si ꝯfert̄ extraneo: videt̄ tacite collatus canonicatus. Et hoc procedit. maxime si apponatur hoc verbum. ab hoc tempore. vel decetero. nam immediate se obligat ad executionem matrimonij. ergo tacite tunc contrahit de presenti. Sed idem est etiam si non apponantur illa verba denotantia extremitatem temporis. quoniam si in obligatione non apponatur dies videt̄ incōtinenti obligatio ꝯtā. l. in omnibus ff. de re. iu. Et iste est ꝓprie casus. d. c. ex pte. Et hec ꝓcedunt nisi hec vba denotātia executōꝫ. sequantur sponsalia de futuro. vtputa. Promitto q ducam te in vxorem. τ tenebo te p legitima coniuge. Nam p vba p̄cedentia restringunt̄ seq̄ntia in tempus matrimonij ꝯtū. s. cū mr̄imoniū ꝯtum erit.

Et p hec ꝑt decidi qd̄ satis dubiu. Quidaz dixit mulieri. pmitto tibi q non hr̄bo aliaz mulierē in vxorem nisi te. nunq̄d sit mr̄imoniū. Jo. an. in add. spe. sentit mr̄imoniū esse ꝯtum. qr dictio: nisi: cum sequit̄ negatiuam facit positiōꝫ. vt notat glo. in regula petiī de re. iu. li. vj. D. an. videt̄ sentire oppositum dicens q dictio: nisi: facit q̄nqꝫ positionem fm̄ habitum. q̄nqꝫ fm̄ actum. vn̄ cum illa verba sint de futuro. q non habebo aliaz nisi te. vr̄ se disponere q in futuꝝ si est ꝯturus: ꝯhet cum illa. Sz si vba fuissent ꝓlata de pn̄ti. vt qr dixit. nolo aliam hr̄e in vxorem nisi te. tūc dictio nisi: denotaꝫ actum de pn̄ti. ꝫ p p̄dicta videt̄ ꝯcludēdum p prima opinione. Nam si dixisset pmitto q te hr̄bo in vxorem: statim eēt mr̄imoniū. ergo idem si dico q non hr̄bo aliam nisi te. Naz vr̄ velle q istaz hr̄bit in vxorem. ꝫ incōtinenti: cū non sit apposita dies. hec Panor. Opinio tn̄. d. an. vr̄ satis rōnabil'.

Quid si dicat vir. pmitto tibi q semper prouidebo sicut vxori. τ illa similia respondet. Respondeo fm̄ Hostieñ. nisi aliud ꝓtestentur p matrimonio iudicabo.

Quid si dicat. pmitto q nō dimittam te p meliori vel peiori. Rn̄. fm̄ Hosti. p matrimonio iudicabo. tamen fm̄ conscientiam intentioni coniug standum est. In foro autem ꝯtentioso. standum est ꝯmuni significationi verboꝝ. seu iuris interp̄tationi. vt in. c. j. ex eo.

Quid de illis qui post datam fidem de ꝯhen-

do dicunt. Bibamus in nomine matrimonij. vel osculentur nos inuicem. nun qd ptrahit matrimonium. Rñ. fm. vv. Credo q non. nisi hoc agẽdo voluerint recedere a sponsalib9 de futuro & ptrahere de pnti. nam qd dicunt noie matrimonij intelligen de ptrahendi potius q ptracti. cũ ante actũ nõ sit de matrimonio sz de sponsalib9. & hoc nisi de pra intentione pstet.

Quid si nihil actum sit de sponsalib9 sz simpliciter vterq3 dicat dicta vba & seqt osculum de cõi cõsensu. Rñ. fm vv. credo q si ptrahẽtes p hoc intẽde bant ptrahere: matrimoniũ ptcutum est. Ad iudicandũ aũt de intentione: recurrendum est ad circũstantias vboz pcedentium & subseqntiũ & hmõi iudicia. q si nulla appareant: non credo q sit matrimonium. & presertim si vterq3 vel alter negat se intentionem habuisse ptrahendi. aut si alter ad se cunda vota transierit.

Pone q qdaz in pñtia plurium sotoz dicat eis Promitto vobis: q vnam ex vobis ducaz in vxorem. & omnes rñdent placet & ita iurat. postea cognoscit vnam: nunqd est matrimoniũ? Rñ. Ho. sic. q ipso facto psentit. sz glo. in. c. ex lris. el ij. de spon. tenet ptrariũ. vt nec virtute sponsalioz. nec virtute matrimonij cogat illam ducere. Sponsalia em fuerunt nulla. Cum eiñ nõ possint psistere ex pte omnus nisi: oportet dicere q tum omnib9 sponsalia eẽnt pcta. & sic nullam posset ducere obstante publica honestate. Et hant opi. glo. te net Jo. an. Sz hec omnia tollunt fm Ho. q3 satẽ dum est spõsalia a principio fuisse incerta & sub q̃dam tacita pditione q pmittit accipe quam elegerit. & nõ nascit publica honestas. nec est verũ dicere etiam psensum de pñti adesse: sz copula subsequat purificatõz illius tacite pditionis. q3 videt tunc psentire & eligere istam. Et hãc opi. Ho. sequit Panor. in. d. c. ex lris. Nam in dubio non deo plurium duplex petiñ. s. stupri & piurij. sz potius in fauorem matrimonij debem9 psumere copulam fuisse licitaz. Et q voluerit ille adimplere iuramẽtum suum. Naz in dubio sp iudicamus p matrimonio. vtin. c. licet ex q̃dam. de testi. Secus fm Ho. si q̃s iurat se ducere vnam de certo loco. nõ tñ cognoscendo certam vel vnam. nõ videt cũ illa ptrere: tum possit hoc casu cũ alia ptrhendo adimplere iuramentũ. Idem Panor. sz Car. in. d. c. ex lris vt no. d. Jo. an. ibi tenet q nec ptextu iuramenti. nec spõsalioz. nec matrimonij ista mulier tocius poterit petere hunc in virũ. q3 non interuenit psensus mutu9. nec vba pctus directe sunt certa ad eam. copula aũt vbi pctus non pcedit non inducit pctum. q3 tñ iuramentũ dirigit obligatõz in deum. posset dici q isto casu. ex officio iudex cã periurij vitandi: posset cogere hunc ad ptrhendũ. Opinio tñ. Ho. videt satis tolerabilis fauore matrimonij. Ex p pdicta patz rñsio ad qõem. Quis pmisit duci Mli. accipere vnam ex suis subiectis. & ita iurauit. psummauit copulam cũ vna. Dic q hoc casu nõ est matrimoniũ. vt dictũ est s. Et iõ est dña a pcedenti. q. q3 ibi ppter psummataz copulaz erat nata affinitas cum alijs sororib9. & ideo cogi dz ptrahere cũ illa. Secus in casu nro: q3 licet psũmet copulam cum vna subdita ducis. non ppter hoc impedit accipe aliaz.

Quid si q̃s pmittit accipe vnam ex filiab9 ticij quam elegerit: & ipse psentiunt. & interuenit iuramentũ: postea sequit copula cũ vna. An erit matrimoniũ. Hosti. dicit q sic. Et ita pmuniter tenet fm. d. Jo. anto. in. d. c. ex lris. q3 verũ est dicere singulas istas mulieres psensisse sub hac pditione si eam elegerit. Sed copula habet vim purificationis pditionis. c. de illis. de pdi. ap. ergo tenet matrimoniũ. Et si dicat. quare secus in qõne glo. d. anto. assignat rõnem. q3 ibi psensus fuit nudus & purus. Et ideo rõne incertitudinis viciat. hic autem fuit sub cõditione suspensus. & pctus refert ad tempus purificate pditiõis. q3 ipsa purificatio pditionis videt inesse in pctu. ergo exquo postea certaz elegit. videt psensus ille fuisse certus a principio. Et iõ restaurat matrimonium per copulam q̃ pditõz purificat. d. c. de illis.

Vtrũ psensus ad tps faciat matrimoniũ. Rñ. fm Pe. cum inseparabilitas sit essentialitas matrimonij: iõ ad matrimoniũ reqrit psensus ad inseparabilitatem. & si fit ad tpus nõ facit matrimoniũ. ex de cõdi. ap. c. fi. Hoc intellige si deducat in pactum expressum ab ambob9. Sec9 si in corde retenta sit talis pditio. nam pditio in corde retenta nihil opat. Et hoc singulariter voluit Inno. vt dicit Panor. in. d. c. fi. vbi singularit distinguit. q si vterq3 ptrahẽtium psensit pditioni apposite p sbam matrimonij: tũc matrimoniũ nõ tenet. Si aũt alter pdixit: tenet matrimoniũ si fuit pcessum ad psummatõz ipsi9. Idem dicit fauore matrimonij si alter tacuit. & sic tacens hẽbit p pdicente. Et no. bene hoc dictũ Inno. videt eñi p hoc velle q in alijs actib9 tacẽs videat psentire pctui fm ptestatõz alteri9: licet ptestatio sit onerosa & odiosa. vt dictũ est s. Electio secundo. Et dicit Ho. q hoc sepe est pdicandũ. ne simplices mulieres decipiant. De q. tñ principali vide. j. Papa.

Matrimoniũ quarto.

M si fiat contra intentionem. Et querit: si q̃ ptrahunt verbo & dissentiunt animo nunqd sit matrimoniũ. Rñ. fm. vv. si vterq3 vel alter animo dissentiat: nõ est matrimoniũ. Si tñ de illo pstiterit: ecclesia ppellet eos simul esse: cũ de intẽtione pstare nõ possit. vñ nec crederet ei q̃ dicit se nõ intendisse. q3 q̃libet sic posset dicere: & separet matrimonium. q vt dr ex de pba. p tuas. nimis indignũ est iuxta legitimas sanctiones. vt qd q̃sq3 sua voce lucide ptestatus est in eum casum ppno valeat testimonio infirmare. Si tñ signis euidentib9 appareat de simulatione: ecclesia non iudicabit matrimonium esse. alias verbis stabit. hoc posset intelligi. quando vterq3 vel alter eoz reclamaret statim post tale matrimoniũ pctum se non psensisse. vel fuisse deceptum. Sec9 si p aliqd tpis interuallum notabile etiaz iuraret se nunq̃ corde consen-

sisse. vt dicit Ric. in .iiij. distinc. xxix. ar. primo. Et addit ꝙ tali persone que consensit non est licitum cum alia contrahere illa viuente. quia si contraheret se periculo ꝓbabili exponeret. nisi in casu supradicto: cum non consentiens: qui verbis significauit se consensisse: incontinenti reuocat. Et tunc persona que consensit stare poterit verbis secundo prolatis. Nam hoc casu credo quod persone que consensit licitum est cum alia contrahere etiam priore viuente.

Quid consulendum est alteri coniugum. cum alter affirmat ꝙ nunquam ꝯsensit. Respon. secundum Ri. in .iiij. distin. xxvij. ar. j. consulendum est ei ꝙ hoc non credat. quia nec alteri coniugum in hoc tenetur credere dicto. c. per tuas. Si autem temerarie credat ꝙ alter coniunx verum dicat: durante ista credulitate. non licet ei cum illo carnaliter commisceri. nec ad petitionem ꝓpriam. quia credit ꝙ nõ sit coniunx nec ad petitionem alterius. quia sibi in hoc preiudicat quamdiu affirmat se coniugem nõ esse. Si autem postea affirmet se esse mentitum ꝛ petat debitum. si alter coniunx remaneat in pristina credulitate: perplexus est quamdiu durat illa credulitas. quia illa credulitate durante: non credit alterum suum coniugem esse ꝛ si redderet debitum: contra conscientiam faceret. si autem non reddit etiam peccat. quia quamuis alter coniunx in dicendo se non esse coniugem preiudicasset sibi quo ad potestatem exigendi debitum quamdiu hoc non reuocabat. tamen postquam reuocat credo ꝙ expirat illud preiudicium. quia reuocatio ꝯcordat verbis quibus in ꝯtractu expressit suum.

Quid si ille qui ꝯtrahit sponsalia vel etiam contrahit per verba de presenti non habet intentionem contrahendi. sed extorquendi copulam. deinde cognoscit eam: nunquid est matrimonium? Respõ. Ric. dicit debere presumi ꝓ matrimonio extra eo. tua. ꝛ ita iudicaretur in foro iudiciali. sed in foro conscientie. si ille non ꝓposuit illam ducere nec vnquam assensit in eam: nõ debet ex illo facto matrimonium iudicari. quando ex altera parte dolus affuit ꝛ defuit omnino cõsensus: sine quo nequeunt cetera fedus efficere coniugale dict. c. tua. Et illa ex parte cuius non affuit dolus excusatur a peccato. Alius autem si interim cum alia ꝯtraxerit. tenet matrimonium secundum docto. communiter. licet quidam ꝯtradixerint: tenetur tamen deceptor: si nondum ꝯtraxit cum alia: illam ducere de nouo in vxorem. si est sibi equalis vel paulo minus. Et si alteri de facto nupserit. ꝛ illa ex tali deceptione patitur notabile damnum. vel diminutionem sui honoris. puta: quia tale quid est factum publicum vel simile. tenetur de necessitate sibi satisfacere iuxta damnum passum. nisi fuerit multo melioris ꝯditionis. vel si aliud signum euidens fraudis apparuit. quod potest ꝓbabiliter presumi ꝙ sponsa nõ fuerit decepta sed se decipi finxerit. quia tunc nõ tenetur ad predicta. vt quidam dicunt. tamen altera que ꝯsensit nõ potest alteri nubere. vt dictum est secundum Ri.

Utrum autem copula carnalis post contracta sponsalia de futuro. faciat talia sponsalia omnino transire in matrimonium. Respõ. secundum Panor. in. c. is qui. extra eo. ꝙ aut vir cognouit sponsam de futuro affectu maritali: ita ꝙ tanquam vxorem cognouit. ꝛ tunc non est dubium ꝙ est matrimonium. ꝛ post ꝯtractum est nullum. cum primum in veritate teneat ex ꝯsensu tacite prestito in copula. Aut cognouit sponsam nõ affectu vxorio. nec habens animum consentiendi in eam tanquam in vxorem: tunc quo ad forum iudiciale. secundum iudicabitur nullum: ꝛ primum erit validum. vnde tunc filij erunt legitimi. ꝓ hoc tex. in. d. c. is qui. Quo vero ad dei tenet Pan. ꝙ secundum matrimonium teneat ꝛ nõ primum vnde potius debet pati excõmunicationem quam adherere prime sponse. cum sponsalia prima sint soluta per sequens matrimonium. Sed Hostie. dicit ꝙ in vtroque foro parendum est pape qui potuit statuere quicquid voluit in matrimonio non consummato. Sed aliam opinio. approbat. d. an. illa videtur verissima. Nam papa non potest supplere consensum quo matrimonium contrahitur. Item tex. in. d. c. is qui. annullat secundum matrimonium: non dispositiue. sed illatiue. s. si primum est presumptum de iure: ergo sequitur ꝙ secundum est nullum. Ita ꝙ illatio nullitatis est fundata sup presumptione. sed si presumptio est falsa: ergo quicquid sequitur corruit. Idem tenet Ri. in .iiij. Sed circa hoc Monal. clarius ꝛ breuius declarat. puta. de eo qui post datam fidem de ꝯhendo cum aliqua: cognoscit eam dicens vel faciat animo ꝯsummandi matrimonium vtendo ea vt iam sua. ꝛ tunc ꝯsummatur matrimonium: dum modo illa silem intentionem habeat. tamen secundum iudicium ecclesie dei. Aut vtitur ea intentione fornicaria. vel vt sua in futurum. nõ vt sua in presenti. ꝛ tunc nõ est iudicandum in foro penitentiali matrimonium esse ꝯsummatum. Et si secundam accepit de presenti; debet remanere cum secunda. hec Monal.

An autem papa possit voluere ꝯsensum hominis: vt faciat ipsum ꝯsensisse in illam in quam nõ ꝯsensit. vel impediat ipsum ꝯsensisse in eam in quam prius ꝯsensit. etiam tamen ꝙ iste homo habeat ꝯscientiam suam dimittere ꝛ secundum motum pape. vbique. Cõtraxi spõsalia ꝛ cognoui eam ꝯcubinario affectu: postea ꝯtraho cum secunda per verba de presenti. Cum qua remanebo. papa dicit ꝙ cum prima. d. c. is qui. Ri. Guil. de lau. in suo sacrali. ꝙ posset papa statuere ꝙ post carnalem copulam sponse nõ posset ꝯhere cum alia: decernens irritum ꝛc. Et tunc matrimonium sequens nõ teneret. ꝛ esset causa iustior quam cognatio legalis. alias nõ est obediendum pape. nisi in foro contentioso. ꝛ nõ potest facere ꝯsensum quantum aduentat vbi nõ est. vt no. Ho. in. d. c. is qui.

Nunquid autem alijs modis sponsalia de futuro possint transire in matrimonium de presenti quam per copulam carnalem. Respondeo ꝙ sic. vt habetur ꝓ doc. ꝛ Ge. in. c. si infantes. de despon. impu. li. vi. vbi habetur ꝙ sponsalia que verbis ꝯmente contrahentium sunt de presenti. tamen iuris interpretatione sunt de futuro: transeunt in matrimonium preter copulam. per oscula. amplexus. munera

internenientia: vel modū aliū: vt quis simul cohabitauerunt vel se ꝯiuges nominabant fm glo. in dicto.c. si infantes. Et hoc si post tempus pubertatis euenerunt. Sponsalia vero de futuro verbis ⁊ mente contrahentiū per amplexus ⁊ oscula ⁊c. nō transeunt in matrimoniū. Nec hoc mirū quia nec per nexum carnalis copule: vt i dicto.c. is qui. Idem Panormi.in.c.adolescens.de sponsa. An. assignat rationē: quia actus superueniens declarans ꝯsensum: intelligitur declarare fm naturā verboꝝ precedentiū: vt si sit de p̄senti: intelligat̄ de p̄senti. Si de futuro: intelligat̄ de futuro fm eum.

Sed pone ꝙ ambo infantes: vl' vnus infans ⁊ alius non: contrahūt sponsalia per verba de presenti. Et post infantiam apparuit illos in eadem voluntate permanere: ita ꝙ ratificata sunt sponsalia post completam pubertatem: ⁊ al's ꝗ̃ per copulam apparet durare voluntatem: an sit matrimonium: an solum sponsalia? videtur ꝙ sint spōsalia sola: quia tex. in dicto.c. si infantes. loquit̄ de verbis prolatis ab impubere. vnde absurdum videtur extendere ad verba prolata per infantē: cū illa a principio fuerint nulla. In contrarium facit ratio suprapositа. ꝙ actus superueniens ⁊c. Item cum nūc possint cōtrahere de p̄senti: si osculantur se adinuicem vt maritus ⁊ vxor: non video quare iste actus non faciat matrimoniū: sicut facit sponsalia de futuro. vt dicit glo. super verbo vel facto. in dicto.c. si infantes. vt quia post septenniū secū iacet: vel eam osculatur vt sponsam et his similia. Constat enī ꝙ isti actus inducunt matrimoniū vt ex nunc. non vt ex tunc ergo ex quo sunt habiles: ⁊ osculantur se vt vir ⁊ vxor iste consensus ita debet validare spōsalia de p̄nti nulla sicut validat spōsalia d̄ futuro nulla. Idē.d.an.in.d.c.adolescēs

Quid si quis protestet̄ corā plurib⁹ ꝙ quicq̄d facit nō facit animo cōtrahēdi. postea verbo contraxit ⁊ cognouit eam carnaliter. nūquid iudicabitur matrimoniū. R̄n. fm d.d. ꝙ sic: q2 recurrendum est ad cōmunē intelligentiā verboꝝ. ⁊ quia interp̄tatio facienda est contra eum qui dolū adhibuit. ⁊ licz protestatus prius fuerit. potuit tamē postea volūtatem mutare. Et si quādo contrahit non vtitur forma consueta verboꝝ. sed dicit mutato suo nomine. Jo. vel Pe. desponsat te: sicut in casu capli tua. extra eo. tunc cōtra huiusmodi presumptū matrimoniū propter carnalem copulam subsecutā admitti potest probatio in contrariū ad probandū fraudem. licz difficile sit eam probare. qua probata ꝓnunciabitur nullū fuisse matrimoniū. ⁊ poterit ad secūda vota transire. nec negatur in illo.c. tua. ꝙ de fraude huiusmodi cōstare non possit sed dicit̄ tm̄ qualit̄ tibi cōstiterit nō videm⁹ ⁊ nō qualit̄ ꝯstare poterit. Si tm̄ i ꝯtrahēdo spōsalia aīo decipiēdi tm̄ vtit̄ verbis cōsuetis. ⁊ sequit̄ postea carnalis copula aīo fornicandi. contra huiusmodi p̄sumptionē nō admittit̄ ꝓbatio in cōtrariū. d.c. is qui. hec. Pl.

m Atrimoniū.v. sub cōditione.

Querit̄ vtrū matrimoniū factum sub cōditione teneat? R̄n. distinguendū est de ꝯditionibus. Nam quedā sunt cōditiones generales que semper debēt intelligi: vt si deus voluerit ⁊ huiusmodi. Et he nullum contractū suspendunt. Quedam sunt de his que in matrimonio sunt omnino necessarie. ⁊ al's impediret matrimonium. vt si es christiana. vel si nō es affinis ⁊ huiusmodi. Et iste etiam cōditiones intelligi debent. nec apposite viciant contractū. Tercia est conditio de futuro necessaria vt solem oriri cras. vnde si dicat̄. cōtrabo tecum si sol orit̄ cras. contractū est matrimoniū quia fm Tho. talia futura iam sunt p̄sentia i suis causis. sed de hoc.ij. Quarta est cōtingens ⁊ honesta que pōt apponi ⁊ nō apponi. vt si pater meus voluerit aut si dederis mihi. C. hec si apponat̄ suspendit matrimoniū vsq3 ad euentū ipsius conditionis. nisi interim ꝯsensus de p̄senti. vel carnalis copula fuerit subsecuta. quia tunc videt̄ recessum a cōditione. extra eo.c. de illis.⁊.c. super eo.et.c. p tuas. Alij tamē dicunt ꝙ si animo fornicandi cognouit eam nō est matrimoniū in foro penitētiali. Quinta cōditio est inhonesta. sed tamē nō cōtra substantiā matrimonij vt si furtum feceris. vel si hominē interfeceris. hec si apponat̄. fauore matrimonij debet haberi ꝓ nō adiecta. et tenent sponsalia siue etiam matrimoniū. extra eo.c. fi. Idē intelligendum de cōditione impossibili. s. ꝙ habeat̄ pro nō adiecta. vt si digito celū tetigeris. hoc intelligit Archi. verū in.c. solet. xxxij.q.ij. si est impossibilis de iure. vel fm naturā. Secus si sit impossibilis ꝓpter difficultatē prestandi. vt si mihi domū auream dederis. ff. de statuli.l. cum heres. q2 tunc viciat contractum. Sexta est inhonesta et contra substantiā ⁊ bona matrimonij. vt si dicat̄. ꝯtrabo tecum ad tempus: ⁊ donec inueniā aliam digniorem. q2 hec est cōtra substantiā insepabilitatis. vel vt prolē euites. quia hec est contra bonum prolis vel si ꝓ questu te adulterandam exponas. q2 hec est contra bonum fidei. ⁊ tales cōditiones si apponātur annullant matrimoniū. xxij.q.iiij. inter cetera. xxxij.q.ij. aliquādo. ⁊ extra eo.c. fi. Si tamen talis cōditio remittat̄ ⁊ sequatur copula. tunc iudicabitur ꝓ matrimonio. Et si vnus tm̄ coniugū ponit talem cōditionem. ⁊ alter ꝯtradicit vel tacet iudicabitur ꝓ matrimonio. Et sic tacēs habetur ꝓ ꝯtradicente. et hoc Panor. intelligit in dicto.c. fi. si fuit processum ad ꝯsummationē ipsius matrimonij. de hoc vide s̄. Matrimonium.iij. Quo tm̄ ad cōditionē necessario venturā. vt cōtrabo tecū si sol orietur cras. vel si sol erit in cancro. difficultas magna est inter doct. an sit matrimonium. Nā glo. in dicto.c. p tuas. vult ꝙ si pendēte cōditione ꝯtrahat̄ matrimoniū cū alia. ꝙ tenet secundū matrimoniū. Idez Jo.an. Sed Hosti. et do. An. tenēt ꝯtrariū. q2 ex quo cōditio est oīno exitura nō habet suspendere actū vel ꝯtractū. nec ꝓprie est cōditio. Idem Panor. in dicto.c. p tuas. tamē hec.q. est dubia. ⁊ in hoc casu et in silib. Monal. dat optimū documentū ꝙ in huiusmodi casibus qui non sunt oīno expresse a iure non est omnino

pcipitanda sentētia: alterutro ptinaciter asserēte ptrariū. Et si post huiusmodi ptractus conditionales transeat ad secūda vota solēniter, forte tuti⁹ est dissiīare: aut papā consulere q̄ matrimoniū cū secūda solēniter iam contractum dirimere. Idem Rod. Fortius ergo si transisset ad religionē esset dissitandum.

Quid si quis significat patri absenti q̄ ptraxit tale matrimoniū: si ipsi patri placuerit: et anteq̄ pater cōsentiat penitet: sed pater cōsentit. nūquid est matrimoniū? Rñ. fm vv. q̄ non. q̄ nō videtur q̄ debeat dici consensus: nisi duret quousq̄ pater cōsentiat.

Quero cōtractū est mrīmoniū p filiū sub conditione. si patri suo placuerit. Rep̄it ē patrē illo tēpore eē mortuū. An valeat mrīmoniū. Rñ Vin. q̄ nō: q̄ mortui nō est aliq̄s psensus neq̄ placitū. c. si gratiose. de rescriptis. lib. vj. Jo. an. distinguit an iste sciebat patrem suū esse mortuū. et tunc hec cōditio habet̄ p impossibili et nō adiecta: ideo valet matrimoniū. extra de cōdi. ap. c. fi. Aut ignorabat patrē mortuū. et tūc cū anim⁹ suus nō esset ptrahere de pñti: sed arbitriū suum cōferre in alienum arbitriū. Et sic non erit matrimoniū. Et sic saluat̄ opinio Vin.

Sed pone q̄ pater dissensit: et postea mutauit volūtatem: denuo cōsentit an erit matrimonium purificatū et ptractum. Rñ. d. Jo. an. in. c. sup eo. de cōdi. ap. dicit q̄ nō. p. l. boues. §. hoc sermone. ff. de v. sig. q̄ ista pditio. si patri meo placuerit. debet verificari de pmo psensu.

Pone q̄ pater nō ptradicat expsse: an erit matrimoniū. Rñ. Car. in dicto. c. sup eo. put recitat dictus. d. Jo. an. de mēte Hosti. tenet q̄ sic: q̄ taciturnitas habet̄ p cōsensu fauore matrimonij. et sic erit spāle fauore mrīmonij.

Pone Ber. accepit Martinū sub cōditōne. si dederit ei. C. deinde accipit Petrū silr̄ sub eadem pditiōe si dederit ei. C. M. et. P. eodem tempore dant. C. cui⁹ mrīmoniū pualebit. Rñ. d. Jo. an. in. c. j. de cōdi. ap. reiectis trib⁹ opinionib⁹ ponit quartā opi. quam tenet Gasp Cal. et Jac. zocbus. q̄ neutrū valet rōne incertitudinis, facie. c. ex litteris. el. ij. de spō. vbi cōmuniter cōcludit̄. q̄ incertitudo viciat matrimoniū. Et nota Panor. in. c. de illis. de cōdi. ap. q̄ hec cōditio est honesta. Accipiam te in vxorem si tale quid mihi donaueris. Et hoc qñ subest causa honesta petendi donum. Nam tūc valet cōditio seu stipulatio. vtputa qñ petitur ratiōe dotis: vl' alterius cause honeste. Et sic non obstat. l. si ita stipulatus fuero. in. §. si tibi nupsero. ff. de ver. obli. Et per hoc dicit ibi Bar. q̄ si nobilis ptraheret cum plebea: nō esset inhonestum q̄ aliquid pmitteret̄ ipsi nobili in recompensationē nobilitatis. Nam tūc cessat ratio libidinis. Et idem dic vbi subesset alia psimilis causa p hoc facit. d. c. de illis. vbi talis cōditio si. C. mihi donaueris. suspēdit spōsalia. vbi tñ fuisset inhonesta: habita fuisset p nō adiecta.

Quid si q̄s ptrahit spōsalia cū hac pditiōe: si p miserit coitū: vel ducā te post annū si pmittas coire tecū: et subsequat̄ copula. nūquid est mrīmoniū. Rñ. fm Inno. et Ber. q̄ sic: q̄ si de fornicario coitu intelligit̄. turpis ē pditio: et p nō adiecta haberi debet. extra eo. c. j. et vltio. Et ideo secuta copula statim est mrīmoniū. saltē psumptū. Si aūt intelligat̄ de legitimo coitu: multo fortius est psumendū p mrīmonio. Et eodē mō si dixerit. ptrahā tecū si vnq̄ ptraxero si pmiseris &c.

Quid si dicat accipiā te: vel accipio si inuenia te virginē: postea sequat̄ coitus: nec inuenitur virgo. Rñm fm Ber. Inno. et Ho. Judicandū est p mrīmonio sicut et i. §. pcedēti. Et addit Ho. q̄ licz sic oporteat iudicare i foro iudiciali: pter hoc q̄ nō possunt haberi alie pbatōnes: tñ in iudicio aīe nō est mrīmoniū. extra de pdi. ap. de illis. et. c. super eo. et. c. p tuas. Nam hñ est q̄ mulier que in fraudē mētita fuit decepta pmaneat. et viro subueniat̄. qui forte intendit bigamiā vitare. Et sic pditio fuit honesta: licz actus inhonestus. Et sic si probare posset p cōfessionē ppriam. vel alr̄ q̄ nō fuerit virgo: etiā in foro iudiciali nō teneret mrīmoniū. D. m̄ Car. put recitat. d. Jo. Anto. i dicto. c. per tuas. dicit q̄ ista pditio. si tu es virgo. vel si te virginē inuenero: dūmodo nō referat̄ ad copula nō est turpis: sed suspendit mrīmoniū. vtputa p aspectū matronarū.

Que est differētia inter ptrahere matrimoniū sub pditiōe: vel ptrahere sub modo. Rñ. fm vv. generaliter sciēdum. q̄ ptractus qui nō fit absolute et libere. pōt aliqñ esse sub pditione: vt dono vel vendo tibi hoc si hoc feceris: vel si hoc fuerit. Itē pōt esse sub mō vt si dicat̄. dono vel vendo: vt facias hoc vel illud. alioq̄n reuocet̄ quod donaui vl' vendidi. Item pōt esse cum appositiōe cause: vt si dicat̄: q̄ hoc vel hoc est: siue fuit. Et cōditio fit per si. modus p vt. causa p q̄. vñ ver. Scito q̄. vt. modus est. si. pditio. q̄. causa. Et si quidē contractus fiat sub pditiōe: nō tenet nisi extante cōditiōe. Sicut et de matrimonio dictū est. Si vo fiat sub mō: statim tenet. Sed si nō seruetur modus poterit reuocari. Credo ergo q̄ licz matrimoniū siue sponsalia possint ptrahi sub cōditiōe: nō tamē sub mō Ita q̄ illo modo non seruato. dissoluatur matrimoniū sicut fit i alijs contractib⁹: q̄ matrimoniū rite factum non dissoluitur: nec etiam sponsalia. Matrimoniū vo factum ex causa. tenet. siue causa sit vera: siue falsa. vt cōtraho tecū quia diues es vel q̄ fecisti sic: nisi ipa falsa causa ptineret in se aliquod impedimentū. vt cōtraho tecū q̄ liber es: et non esset.

Quid si dicat si pmiser̄ me tecū coire accipiā te i vxorē: vl' dabo tibi. C. vl' maritabo te. Et sequit̄ copula carnalis. nūq̄d psumet̄ p mrīmonio. hec q. accidit de facto. Et pter hoc disputata fuit publice i studio taurinēsi. et defensata fuit pro vtraq̄ pte. tñ dicēdū videt̄ fm cōem opi. nō esse psumēdū p mrīmonio. nā ille q̄ sic dixit hēbat optionē q̄ liberare se posset vtrūlibet faciendo: nec recolo psumptionē inductā esse a iure: q̄ intelligat̄ recedere ab optiōe pter carnalē copulā.

Quid si dicat. pmitto q̄ nunq̄ deficiā tibi in

vita mea: ꝛ secuta est carnalis copula? Rn̄deo fm Monal. nisi ꝯtrahētes ꝑ huiusmodi verba intenderēt spōsalia cōtrahere: ꝛ nisi de hoc cōstet indicia debet ꝓsumi ꝓ matrimonio ex illis verbis ꝓpter carnalē copulā subsecutā: cum ꝑ huiusmodi v̄ba negatiua nō deficiā tibi ꝛ huiusmodi nō ꝯuenerit ꝯbi spōsalia vel m̄rimoniū.

Quid si q̄s ꝯbit cū aliq̄ sub ꝯditiōe: ꝛ postea cū alia pure ꝛ sine ꝯditōe ꝯhat? Rn̄. dz remanere cū secūda: etiā si sit ꝯsanguinea p̄me: q: nulla publice honestatꝭ iusticia orta est: vt s̄. Impedimētū.xiij.

Queritꝰ de.q. quotidiana. Pone duo inter q̄s obstante impedimēto canonico nō potuit esse matrimoniū ꝯtraxerūt sub cōditiōe: si papa dispensa. Demū papa dispēsauit: nūquid sit m̄rimoniū sine alio ꝯsensu. Rn̄. Inno. vt refert Panor. in dicto.c. sup eo. dicit quosdā tenere ꝙ sic. Secūdo refert alios tenere ꝯtrariū: quos ipe sequitꝰ. Mouētur ist: q: primꝰ ꝯsensu erat oīno a iure reprobatus. de hoc in l. inter stipulantē. §. sacrā. ff. de ver. obli. Primā opi. sequūtꝰ ibi Cal. ꝛ d. An. Secundam opi. sequitꝰ ibi do. Car. Et dicit se sic in facto cōsuluisse. Mouetꝰ p̄ncipaliter: q: illud q̄d dependet p̄ncipaliter a potestate alterius: dicit impossibi. l. apud iul. de le. j. Item q̄d fit per remediū extraordinariū: dicitꝰ fieri nō posse: vt notat Inno. in.c. pastoralis. de cā pos. ꝛ ꝓprie. Istud ergo m̄rimoniū videtꝰ fuisse cōtractum sub cōditiōe impossibili. Et panor. assignat ibi aliā rōnem. Nam ad hoc vt actus retrotrahatꝰ: oportet ꝙ potuerit intercedere a p̄ncipio: vt notatꝰ in l. si is qui ꝓ emptore. ff. de vsuca. sed m̄rimoniū nō poterat esse a p̄ncipio tempore cōtractus obstāte impedimēto. ergo nō poterat retrotrahi. Et hanc opi. videtꝰ tenere Rī. in. iiij. vbi querit: an sit necessariū ī isto nouo cōsensu: vt interueniant verba; sicut si nunq̄ ad inuicem ꝯtraxissent. Rn̄. Rich. in sili de illis qui ante cōciliū generale capituli nō debet. de cōsang. ꝛ affi. in quo restricta fuit linea consanguinitatis vsq: ad quartū gradū ꝯtraxerūt in quinto gradu vel sexto vel septimo. ꝛ petit an debeant adhuc de nouo ꝯhere: ex quo tales q̄ ꝯtraxerūt erāt ꝑsone illegitime. Et sic nullū erat matrimoniū inter eos ꝑ reuocationē istoꝝ statutoꝝ fuerunt illa matrimonia cōfirmata: q: cōstitutiōes matrimonij ꝑtenta matrimonia nō trahuntꝰ: maxime per hoc ibi. de cetero libere copulentꝰ. Et cōcludit ꝙ cū talia matrimonia fuerūt nulla. ꝛ sic cōiuncti separari potuerūt si voluissent: nec debuerūt simul habitare carnaliter: nisi illi qui de nouo ꝯtraxerunt expresse vel tacite. ꝛ dicit tacite: quia si post publicationē huiusmodi simul steterūt intelligūtꝰ ratificasse m̄rimoniū nō tamē ꝑ hoc fuit ratificatū quo ad deū: nisi de nouo interuenerit mutuus interior cōsensus: nec fuit necessaria noua expressio verborū: q: cum interior cōsensu expressio cōsensus: ꝙ ꝯtraxerunt de facto: sufficit ob m̄rimonij fauorē. vt dicit glo. in.c. nō debet. Et ꝑidē in oībꝫ dicē est in casu nostro.

Quid aūt de tactibꝫ ꝛ osculis. que faciūt inter se huiusmodi spōsi: an̄ habitā dispēsationē: nūq̄d sit licita? Dic ꝙ si intētiōe corrupta ꝛ cā voluptatis; vel libidinis hec faciūt: peccant mortaliter. Secus si sine libidine; sed sicut faceret cōsanguineus cū ꝯsanguinea: ꝛ sic antea fecissent.

M Atrimoniū.vj. Quo ad debitum cōiugale.

Queritꝰ vtrū cōtractis spōsalibꝫ ante secutas solēnitates carnalis cōmixtio sit peccatū? Rn̄. fm Tho. in. iiij. dist. xxviij. Si spōsa credēs spōsum velle ꝯsummare matrimoniū admittit eū excusatꝰ a peccato: nisi aliqua fraudis signa appareant exp̄sse; sicut multū distātis ꝯditiōis; vl' q̄tū ad nobilitatē; vel q̄tū ad fortunam; vel aliud signum euidēs appareat; ꝛ eodem modo intelligitꝰ ꝙ excusatur vir si ꝓpter hoc intendebat matrimoniū cōsummare. Sed fm p̄p̄. in illis locis vbi est cōsuetum ꝙ prius adhibeatꝰ nuptiarū benedictio si absq; ecclesie dispensatōne ꝛ sine iusta causa hoc faciant; peccant mortaliter; vt dictū est s̄. Debitū in principio. Et iusta causa posset esse si longo tpe ꝑmansissent spōsi; ꝛ ꝓpter aliquod impedimentū maritus nō posset ducere sponsā: vt q: soꝑ nollet dare dotē ꝛ huiusmodi.

M Atrimoniū.vij. Qn̄ cōtracto matrimonio accusatꝰ ꝯiunx de adulterio; in quibꝫ casibꝫ nō possit adultera a viro accusari vel dimitti? Rn̄. fm Ray. in septē casibꝫ. Primus si vir ꝯuincatꝰ de fornicatiōe. extra de diuor. significasti. Secūdus si ipe ꝓstituit eam extra de eo. qui co. cōsang. vxo. sue. discretionem. Tercius est cū ipa credebat virū defunctū ꝛ nupsit alij. q: maritus rediens tenetꝰ eam accipe. Quartꝰ si fuit cognita latenter ab aliquo quem credebat esse virū suum. ar. xxxiiij. q. ij. in lectū. Quintus si fuit vi oppressa. Qd̄ intelligo de vi absoluta. Aliꝰ non excusaretur. xxxij. q. vij. omnes causationes. Sextus quādo recōciliauit eam sibi post adulterium: vel eam publice adulterantꝰ retinet in ꝯsortio maritali. C. de adul. l. crimen adulterij. Septimus si aliquis infidelis ꝯiugem repudiauit. ꝛ illa nubat alteri; postea vir cōuertatꝰ ad fidem. Similiter ꝛ mulier tenetur eam recipere. extra de diuor. gaudemus. Nota tn̄ ꝓ declaratiōe p̄dictorū singularem regulam quā ponit Panor. in.c. quesiuit de diuor. ꝙ qualecūq: delictū cōmittat alter cōiugum: nō potest reliquus ob hoc petere separationem cōiugij etiam quo ad thorū. Fallit tamē in delicto fornicatiōis tā carnalis ꝙ spūalis.

An autē propter delictum sodomiticum commissum a marito possit vxor petere separationem matrimonij ꝛ econtra. Dic ꝙ sic. dicto.c. omnes. et.c. adulterij. ea. causa et. q. Idē si vir polluat aliquā extra claustra. Nam hoc casu fornicationem cōmisit. ar. xxxij. q. iiij. meretrices.

Quid si quis tale quid egit cum propria vxore Rn̄. Lau. ꝛ Guil'. dicunt ꝙ vxor potest virum dimittere. Et hoc si vxor non fuit in culpa: sed violētata; vel somno decepta. Sed glo. in dicto.c. omnes. sentit ꝙ propter huiusmodi extraordinariaꝫ

pollutionē cum vxore: vir nō possit dimitti. Sed potest distingui sm Panor. Si vir vult pseuerare in tali peccato: potest dimitti; al's secus. Cum hoc casu nō dimiserit carnem suā in plures. Sicut nec si alter cōiugū seipm̄ polluit.

Pone q̄ vir ppter fornicationē vxoris sepatus est p sententiam. Modo vult eam recōciliare sibi: ⁊ illa non vult. nūquid est cogenda? Rū. sm Ray. vir qui nō peccauit potest petere cogi eam etiā inuitam: nō obstante sententia: quia qd̄ fauore meo introductū est: in dānū retorqueri non debet. Hoc verum nisi vir post sententiā fuisset fornicatus: vel nisi mulier statum mutasset intrando religionem.

Pone q̄ vir adulteratus est occulte: sed vxor manifeste: nūquid potest illam accusare ⁊ sine peccato dimittere. Rū. sm Ray. Credo q̄ nō: q: nō deficit vxori ius excipiendi: sed probādi sm Tho. Al. Gof. ⁊ Hosti. Si tamē vir egisset penitentiā ⁊ vxor monita nolit agere: sed in adulterio pseuerare: sine peccato posset eam p sententiā dimittere sm Gof. ⁊ Hosti.

Sed vtrū vxor adultera post penitentiā possit repellere virum ab accusatione. Rū. sm Ray. credo q̄ nō: q: penitētia nō tollit ius accusandi in foro iudiciali. xxxij. q. ij. admonere. De hac materia vide s. Diuortiū in fine.

Medicus vel cirugicus.

Preceptū est medicis: vt cū eos ad infirmos vocari cōtigerit: ipsos ante oīa moneant ⁊ inducant q̄ vocent medicos animarū: vt postq̄ fuerit infirmo de spūali salute prouisum ad corporalis medicine remedia salubrius pcedatur. Si quis autem medicorū huius cōstitutōnis transgressor extiterit ab ingressu ecclesie arceatur. scz per sententiā sm glo. donec de transgressione huiusmodi satisfecerit competenter. extra de pe. et remis. cum infirmitas. Et sm Hostiē. ex quo tex. dicit. pcipimus. trāsgressor peccat mortaliter. Itē in eo. c. sub pena excōmunicatōnis phibetur medicis ne pro corporali salute aliquid suadeant qd̄ i periculum aīe cōuertatur. Et sm Hostiē. contra huiusmodi statutum prescribi nō potest: nec aliqua cōsuetudine tolli: cum p salute animarū inductum sit. Idem panor. ibi dicēs. q̄ cōsuetudo in nō pindicat: nisi sit rōnabilis. Sed ista cōsuetudo nō hēt in se aliquā rōnem. Immo ex ea pueniunt multa mala vt in tex.

Quid autē si medicus monet ⁊ inducit infirmū quātū potest ad vocandū pr̄sbyterum: ⁊ tamē ille non vult acquiescere. nūquid medicus teneat totaliter illius curam dimittere. Rū. Panormit. in dicto. c. cum infirmitas. dicit. q̄ illa verba. moneas ⁊ inducas. debent intelligi cū in effectu: ita q̄ vocet sacerdotem. al's nō satisfacit pcepto dicti capituli. Et in hoc psistit. Quidā tamē nō irrationabiliter dicunt. q̄ vbi medicus quātum in se est fecerit ⁊ induxerit etiam cōminando: q̄ eum derelinquet. Et ille nihilominus obstinatus pseuerаret ⁊ nollet aduocare pr̄sbyterum: q̄ eo casu posset pcedere in cura: quia si in tali infirmitate decederet: despatus moreret. vbi aūt de periculo euaderet posset adhuc conuerti. Ad hoc facit. c. fi. de eo qui co. consang. vxoris. vbi dicit. moneas ⁊ inducas. postea subditur q̄ si induci nequiuerit. Ecce quō illa verba nō intelligūtur cū effectu. al's nō addidisset. q̄ si induci ⁊c.

Quid autē intelligat tex. ibi. ante omnia moneant. Rū. Panor. sm Hosti. q̄ anteq̄ recipiat curā corpis: vl' pueniat de salario: debz seruare qd̄ ibi dicit. al's aūt salariū posset repeti; quia contra legē. C. de legi. l. nō dubiū.

An autē illa decre. sit intelligenda generaliter de omnibz infirmitatibus: vel restringēda ad aliquas. Dicendū videtur saluo semper meliori iudicio. q̄ debet intelligi de infirmitatibus piculosis ⁊ dubijs. nimis eīm durum esset; vt p quolibet accidente: vel dolore capitis supueniente infirmo: q̄ medicus teneret inducere istum ad confessionem sub pena peccati mortalis: sed debet intelligi de egritudine tali: que sm se est periculosa: sicut sunt febres cōtinue pleureses. squināciа. dolores colici renum ⁊ huiusmodi. Ideo credendum est medicum tunc teneri ad inducendū infirmum ad confessionem: quādo infirmus ipē teneretur cōfiteri in dicto casu. scz quādo est in articulo necessitatis seu in periculo mortis: vt dictum est supra Cōfessio secūdo. Secus vbi quis haberet febrem ephimeram ⁊ huiusmodi.

Utrum aūt medicus prenoscens mortem infirmi vicinam: cuius curā habet teneatur ei nunciare. Circa hoc Jo. nea. distinguit. aut talis medicus credit verisimiliter q̄ talis pnūciatio mortis multum proderit infirmo q̄tum ad salutem anime. ⁊ ordinationem de rebus suis. Aut credit oppositum. scz q̄ nihil proderit. Aut dubitat de vtroq̄. Primo casu: quia scz credit q̄ proderit. vt puta quia credit q̄ talis infirmus sit ī statu peccati mortalis: ⁊ nihil ordinauit de rebus suis que distribuerētur post mortem eius: ⁊ grauis dissensio eueniet inter heredes pter eas. Audita vō morte vicina: infirmus bene se disponeret ad bn̄ moriendum: et bene ordinandum de rebus suis. Et in tali casu tenetur manifestare per se vel p aliū infirmo ex precepto charitatis. ⁊ non faciēdo peccat mortaliter. Si tamē sunt plures habentes curam vnius infirmi: vno pdicente alij sunt liberati. Si vō medicus credit verisimiliter oppositum scz q̄ talis pnūciatio mortis parū vel nihil proderit infirmo. ⁊ p oppositū credit q̄ taciturnitas parum vel nihil oberit: quia credit eum esse in bono statu: et bn̄ ordinasse de rebus suis tunc nō tenet medicus pdicere mortem. Ita q̄ nō predicendo peccet grauiter: q: cessante causa ⁊c. Tamē melius faceret predicēdo. Cuius ratio est quia quātūcūq̄ infirmus credatur esse in bono statu anime et rerum: tamē q̄tum ad vtrūq̄ posset pficere ⁊ probabile est. q̄ audita morte vicina magis se disponeret. Si aūt medic⁹ nihil credit de pdictis duob⁹

sed est in dubio: tūc etiā tenetur mortē vicinā nūciare: quia in dubio tenetur homo vitare notabile damnū ꝓximi si potest. In dicto autē casu potest sequi damnū damnationis eterne ⁊ rerū temporalium.

Quō se debet habere medicus ī medicinis cōferendis? Rū. fm Inno. diligenter attendere debet ne illas medicinas cōferat: de quibus fm artē ei nō constat. Nam si dubitationē habet ꝙ noceant: cōferendo peccat: quia in tutiorem partē tendendum est. Et securius est egrum nature relinquere ꝗ̄ medico imperito cōmittere. Et si propter imperitiā medici vel cirugici infirmus moritur: aut remanet inutilis. puta qui habebat tibiam fractā vel brachium ⁊ huiusmodi. ⁊ ꝓpter eius imperitiā remansit destructus: tenetur de damno qđ inde sequitur. nam forte habebat aliquā artem: ex qua alebat filios vel vxorem ⁊ huiusmodi. ⁊ nūc parū vel nihil lucratur: tenetur ad equivalēs fm doc. Idem Rich. in. iiij. dist. xv. ex quo directe nō potest resarcire principale. Idem si ex eius negligentia: quia nō visitauit infirmum temporibꝫ debitis vt debebat: vel dato ꝙ esset peritus: noluit procedere fm canones medicine: sed iuxta suū sensum In omnibꝫ ꝑdictis et similibꝫ tenetur ad arbitriū bonorum virorū. Et predicta intellige quādo talis predicabat se peritum verbis vel ex doctoratu. Secus de illo qui dicebat se impitū: et ex defectu bonorū medicorū fecit quod potuit bona fide. tūc non videtur sibi imputādum. sed potius sibi imputet qui talem elegit. Idem dictum est de aduocato ṡ. Aduocatus.

Pone medicus promisit curare infirmū liberatus est. sed postea recidiuauit. An teneatur pro eodem salario curare egrotum? Spe. distinguit. an incōtinenti eger recidiuauit vt tunc teneatur. Aut ex interuallo. ⁊ tūc non teneatur. vel dic ꝙ si culpa egroti. nō tenetur. alˀs secus. Et hec responsio est valde rationabilis. hanc questionē format glo. in. l. marcius. ff. loca. de medico qui promisit ticio liberare eum a podagra. ⁊ ipm̄ liberasse videbatur. tempore autem transacto. ticius in eandem infirmitatem decidit. T. agit contra medicum vt liberet eum. quia nō extraxit angustias infirmitatis seu radicem. sed cessare fecit. Item quia nō videtur curasse. ex quo non durat curatio. Item quia promittēdo curationem. videtur ꝓmisisse ꝙ eum ꝑfecte curaret. quā verba cum effectu ⁊c̄. Item quia huic restituit infirmitas. ergo et illi debet restitui sollicitudo curandi. In cōtrarium facit ꝙ de ꝓsenti tm̄ infirmitate videtur cogitatum. Et ideo illa sublata. videtur sublata obligatio curādi ⁊c̄. Nā in infinitum non debet obligari: quia infinitas euitatur. hec glo. Tamen quo ad hunc vltimum casum recurrendum est ad verba et intentionem medici ⁊ infirmi. Nam si ꝯuentum est ꝙ deberet eum curare oīno. et a totali infirmitate podagre. tunc medicus teneret quo ad recidiuam. Si ꝟo actum est solum de infirmitate: tunc inminenti. tunc secus.

Vtrum medicus teneatur potius gratis curare ꝗ̄ infirmū permittere mori? Rū. fm Ray. medicus tenetur curam et consilium impendere pauperi languido: vt habetur. lxxxiij. dist. in principio. vbi dicit glo. ꝙ medicus debet potius gratis curare ꝗ̄ permittere mori: non solum pauperem: sed etiam diuitem. Immo medicus hoc casu debet curare nō solum gratis: sed ⁊ suis expensis: etiam diuitem qui nolet aliquid dare: potius ꝗ̄ permittere eum mori. Et si cōualuerit repetet impensas: quia vtiliter gessit negocium eius. Etiam si moriatur eger potest repetere: quia sufficit ꝙ vtiliter cepit gerere: licꝫ euentus nō sit secutus. ff. de nego. ge. l. sed an vltro. nec potest ei obiici ꝙ causa pietatis fecerit impensas: nisi esset ꝓpinquus infirmo. vt. C. de nego. ge. alimenta. Et potest medicus predicta facere et repetere: etiam si infirmus prohibuerit. Sicut ⁊ vitium possumus extrahere de domo ruitura: ⁊ beneficium inferre inuito. xxiij. q. iiij. ipsa pietas. Immo presumitur ꝙ infirmus talia dicendo fuerit furiosus. ff. de condi. insti. quidam. Et per ꝑdicta soluitur questio quotidiana. Quidam cirugicus curauit quēdam infirmū inuitum qui habebat pedem putrefactum. ⁊ nisi curasset eum necesse fuisset ei incidi pedē: ne reliquū corporis ad putrefactionem deuenisset. et ad talem pedem curādum facte sunt multe expense. Quo curato cirugicus petit expēsas factas. Infirmus dicit se nihil ei velle dare: ⁊ ꝙ potius voluisset abscisionē pedis ꝗ̄ tantam pecuniam soluere. Quid iuris? Rū. fm nota. per Bar. in. l. stichus. ff. de pec. le. pro omni eo quod tangit ꝑsonam vel libertatem vel vitam vel ciuitatē: ꝙ ille pro quo soluitur nō potest dicere nō esse vtiliter gestum: vt in casu nostro. Quod tene mēti. Et pro hoc dicit Bar. ꝙ si quis fuit cōdemnatus: adeo ꝙ si ille nō solueret amputaretur sibi pes vel aliud deberet fieri in ꝑsonam. Modo aliquis amicus soluit cōdemnationem: animo repetēdi. Ille nō vult reddere: quia dicit melius esset mihi ꝙ pes amputaretur ꝗ̄ ꝙ tanta pecunia solueretur. Certe non posset dicere: vt est tex. fm Bar. in. d. l. stichus. ⁊ ibi glo. notabilis. Idem dicendum si aliquis fuit cōdemnatus in. C. et nisi solueret esset exbānitus. Si aliquis soluit pro eo: nō potest dicere: nō expediebat soluere: quia potius expediebat esse bānitum. hec Bar. Et hec nota. quia singularia.

Pone. Statuto epī cauetur. ꝙ nullus sub pena excōicationis possit intrare monasteria monialiū nisi sit medicus. Modo intrauit quidam qui erat medicus non ꝯuentatus an sit excōicatus? Rū. Bar. in. l. sciēdum. ff. de edil. edic. refert se habuisse hanc. q. de facto. ⁊ respōdisse ꝙ nō erat excōicatus. quia ꝗuis nō sit cōuentatus. tm̄ medicus est. ⁊ ita a vulgo nominatur. Item nō dicitur medicus a dignitate ſꝫ a medicādo. vnde nō refert an sit doctor dūmodo medicetur.

An autem licētiatus dicatur doctor? Bal. dicit ꝙ nō. Et dicit ꝙ si epūs excōicat omnes doct. nō disputātes. nō dicitur excōmunicasse licentiatos. Et hoc voluit ipse Bal. in. l. j. ff. so. ma. Et in. l. pe. de testa. mili. dixit ꝙ potestas qui debet di-

tere secum assessorem doctorē non satisfacit doc-
do licentiatū.

An autē iudex teneatur dare suspensum pro
notoria? Bar. hoc relinquit sub dubio in .l.fi.de
cada. puni. tamē casus est ꝙ sic: in .l.quod reipu-
blice. ff. de iniur. quam .l. ad hoc allegat Ludo. in
dicta .l.j. §.o.ms.

Quid si propter defectum vel corruptionē aut
sophisticationē rerum in medicina positarū infir-
mus incurrit piculum? R̄n. fm Inno. Si medi-
cus diligētiam quam debuit adhibuit in reb9 eli-
gendis: inculpabilis erit.

Utrū peccat infirmus nō obediēdo medico?
R̄n. fm Inno. videtur ꝙ nō. quia medicus nec
plat9 est nec homo: cuius mandatis obedire te-
neatur: tamē bonum est ꝙ ei credat tanꝙ perito ī
arte. Et fm Archi. flo. si infirmus sumat cibū vel
potum ꝙuis credat infirmitatē aliqualiter auge-
ri: non peccat mortaliter. vel saltem non ita grauī-
ter: sicut si sumpsisset cibū vel potum vnde seque-
ret mors. Peccāt tn̄ seruiētes ei talia ministrantes.

Utrum medici vl' cirugici possint ad ordines
promoueri? R̄n. fm Ray. si periti erant in arte. ꝛ
nihil de cōtingentibus omiserūt. ꝛ habent de hoc
ꝓbabilem conscientiā poterūt promoueri. al's nō
extra de eta. ꝛ qua. ad aures. Est tamē cōsulendū
fm Hosti. ꝛ Gof. ꝙ ꝓmouendus a practica me-
dicine abstineat: que adustionem vel incisionē re-
quirit: quia hoc est oīno clericis interdictuz. extra
de homicidio. c. tua. ꝛ extra ne cle. vel mo. c. sentē-
tiam. Et licz ibi non videat dici nisi de existentib9
in sacris: tamē fm Panor. idem potest dici de exi-
stentibus in minorib9 qui sunt beneficiati. vide de
hoc §. Homicidiū. iij.

Utrum liceat clericis operari in phica? R̄n.
fm Ray. si sunt in sacris vel minorib9: dūmō tn̄ sint
sufficienter bn̄ficiati: nō licet: nisi gratis ꝓ misera-
bilibus psonis vel cōsanguineis suis: nec tūc vbi
posset esse piculum: quod etiam in claustralibus
districtius est obseruandum. extra ne cle. vel mo.
multa.

Mendaciuz est falsa si-

gnificatio vocis: cū intentōne fallendi.

Quid de Abraā. Jacob ꝛ alijs sanctꝭ
veteris testamēti qui videtur mentiti fuisse? R̄n.
Nico. de lyra gen̄. xxvij. ꝙ licz excusari possint. tn̄
nō videtur sibi magna necessitas excusandi eos a
mēdacio. maxīe officioso sicut ibi. Ego sum Esau
ꝛ ī pluribus alijs locis: quia certum est ꝙ aposto-
li fuerunt multo perfectiores: ꝛ tamē non fuerunt
immunes a peccato veniali. ergo ꝛ multo minus
patres veteris testamēti: qꝛ plures eorum legun-
tur peccasse mortaliter. vt dauid ꝛ patriarche qui
ex odio vendiderūt Joseph.

Metas vide §. Impedimentū. x.

Missa.

Utrum missa debeat dici
solum de die. R̄n. cōiter loquēdo debz
missa dici in die ꝛ non in nocte. qꝛ hoc
sacramētū ad tempus gratie ptinet ꝙ p die signi-
ficat. Dies autem indicat non solū ab ortu solis.
sed etiā ex quo incipiūt oriri signa manifesta p ali-
quā aeris illustrationē.

Qua aūt hora debeāt misse celebrari? R̄n. fm
Sco. in. iiij di. xiij. ꝙ a principio diei vsqꝫ ad nonā
missa cōgrue celebrat: cōputando principiū diei:
non ab ascensu solis sup orizōtem nostrū: sꝫ ab illa
hora ex qua radij solares illuminat emispeniū no-
strū qd vocat principiū aurore. ꝛ incipit qn̄ sol est
sub orizōte ad. xij. gradus: quoꝝ ascensus nō con-
tinet vltra spacium vnius hore ꝛ quintā alterius.
Ratio est fm astrologos: qꝛ omni hora ascendūt
xv. gradus zodiaci sup nostrū orizōtem. Et tunc
adde tres qui sunt quinta ps. xv. graduum. Et sic
erit hora cū qnta parte alterius in ꝯstitutione au-
rore. ꝛ ante ortum solis licite poterit celebrari p spa-
cium vnius hore: ꝛ quintā partē alterius. Et facit
qn̄ tempus esset nebulosuz: nec aurora videri pos-
set. Iste est terminus celebrādi a pte ante: excepta
nocte natiuitatis: ꝛ nocte resurrectiōis ī primitiua
ecclesia. Licz nūc non obseruet. de ꝯse. dist. j. nocte
Terminus antē celebratiōis a parte post: est hora
nona. Et colligit ex vsu eccle. Et iste termin9 ma-
xime attingit ī dieb9 ieiunioꝝ.

Quid autem dicendū de illis qui celebrāt ante
aurorā credētes esse aurorā: vel nō esse meridiem:
et tamē iam transiuit hora nona? R̄n. fm Pe. de
Pal. ꝙ ꝙuis ex vna pte videant accusari: qꝛ se di-
scrimini exponūt. Ex alia tamē: qꝛ homo in talib9
decipitur. vnde si deuotio exposcat. ꝛ aliter missaz
audire nō potest videt excusari: qꝛ quod paruū de-
est nihil deesse videtur. Idem dicit ꝓ cōmunicā-
do infirmo: si aliter viaticum nō habeat: videtur
esse bona causa anticipandi vel postponēdi. Silr
epi itinerātes: ante diē celebrare possunt: ne impe-
diant in via fm Archi. flo.

Quid de illis qui nōdum dictis matutinis ce-
lebrant? R̄n. fm ỽỽ. mortaliter peccant: cum hoc
sit contra generalē ꝛ approbatā cōsuetudinē. Qui
autem celebrat anteꝙ dicat primā: nō peccat mor-
taliter: nisi sit ꝯtra preceptū vl' statutū siue ꝯsuetu-
dinē loci fm eūdem ỽỽ.

Ubi debet missa celebrari? R̄n. fm Ray. In
ecclesia cōsecrata vel saltem in altari cōsecrato: vel
si non sit altare cōsecratum: habeatur saltem alta-
re paruulum. id est portatile. vide §. Altare. ꝛ Cō-
secratio secūdo.

Utrum vno solo p̄sente vel sine lumīe possit
missa celebrari. R̄n. fm Hosti. ꝙuis fm illud. de
cōse. dist. j. hoc quoqꝫ. duo debeant esse p̄sentes q
sacerdoti respondeant: tamē vnus sufficiat. Mul-
ier autē ī missa ministrare nō potest: nec palas nec
vestes cōtingere. Sine lumīe ỽo non licet celebra-
re. vt in. c. fi. de cele. mis. vbi p̄sbyter deponitur ab
officio ꝛ beneficio: qui sine igne. aqua. vel in pane
fermētato. vel ī vase ligneo celebrat. vbi notat pa-
nor. ꝙ ad depositionē p̄sbyteri non semp requirit
dolus. sed sufficit qnqꝫ nimia desipiētia ꝛ crassa et
supina ignorātia. vt ibi.

Quid si sacerdos celebrans. ī. canonē recolit se
ꝯmisisse aliquod mortale. R̄ndeo fm Ray. credo

tutorē viam esse: vt peniteat et doleat q̄ ita tarde penitet ꝛ ꝓponat cōfiteri q̄cito habuerit opoꝛtunitatē. Et sic ꝯficiat ꝛ sumat.

Utrum liceat vni plures missas celebrare in die. Rū. fm Dir. Sufficit semel in die celebrare. nam valde felix est qui celebrat digne vnam. extra eo. te referēte. Excipit̄ p̄mo dies natalis domini in quo possunt celebrari tres misse. extra eo. cōsuluisti. Secūdus casus est necessitas. Sed quā dicunt necessitatem. Rūdit Dir. si celebrauit p̄mā ꝛ postea moꝛit̄ quis: vel causa honestatis siue vtilitatis: vt si dicta missa superueniat aliqua magna persona que velit missam audire: vel ꝓpter peregrinos hospites cōmeantes. ꝛ infirmos. extra eo. c. j. ꝛ. ij. Et forte ꝓpter necessitatem nuptiarū vbi tempus labereт̄. Item ꝓpter raritatē p̄sbyteroꝝ: vel ꝓpter paupertatē ecclesiarū: q̄n quis potest duabus cōmēdatis ecclesijs deseruire. Item ꝓpter duas missas ꝓprias que q̄nq̄ occurrūt. extra eo. cum creatura. Et q̄stum ad hoc nunq̄ licet: nisi vbi exitierit carētia alterius sacerdotis. Nota tamē q̄ quādo p̄sbyter debet aliā missam celebrare: nō debet vinum pfusionis sumere: seu nō debet manus vino pfundere in p̄ma: q̄ illud celebrationē aliā impediret. ex eo. ex parte.

Quid si omittit̄ aliquid de his que ad ritū celebrationis ptinent. Rū. fm omnes theo. quilibȝ omittens aliquid tale. puta tempus debitū. altare vestes ꝛ huiusmodi. nihilominus consecrat si est ordinatus ꝛ adsit intentio. ꝛ debita materia ꝛ forma. Sed grauissime peccat si sciēter hoc faciat. Et ideo Rich. in. iiij. dist. xiij. dicit q̄ sine vestimētis benedictis nō debet q̄s celebrare: al's grauiter peccat si sciēter hoc faciat.

Que autem sint iste vestes. Inno. in li. de officio misse dicit. q̄ sex sunt indumēta. videlicȝ amictus. alba. cingulū. stola. manipulus ꝛ planeta. In multis tñ locis inoleuit ꝯsuetudo vt cingulū non benedicat̄. Rationabili⁹ tñ esset ip̄m bn̄dici. Calciamēta etiā sacerdotis specialeȝ habent significationē: nec tamen sotulares benedicūtur. De calciamētis tamē nullus tex. reperitur in iure. Sed hoc habet generalis ꝯsuetudo. Et sic in hoc seruanda ꝯsuetudo. vbi ergo cōsuetum est poꝛtare calciamenta: que vulgari modo botas appellamus huiusmodi deferētes vident̄ excusari.

An autem celebrans sine vestibus bn̄dictis sit irregularis. Rū. fm Rich. vbi s. q̄ siue hoc faciat scienter siue ignoranter non est irregularis: q̄ hoc nō inuenit̄ iure cautum. tamē scienter celebrans: vel ignorātia crassa grauiter peccat vt dictum est. Et fm Archi. flo. si quis celebraret sine missali vl̄ saltem sine libro: vbi nō esset missa: peccaret moꝛtaliter. etiā si omnia haberet in memoꝛia. Et hoc ꝓpter periculū obliuionis.

Utrū hymnus angelicus debeat cantari q̄n missa de spiritusancto vel de v̄gine celebrat̄. Rū. ex priuilegio Alex. iiij. quod incipit. Passi grauiora. licȝ in missis sp̄ūssancti. ꝛ beate vir. dictū hymnū dicere et eorum sequētias: non solum in missis solēnibus: sed etiam priuatis. licȝ etiā dicere proprias p̄fationes i missis de cruce et huiusmodi.

Utrum quilibet teneatur audire missā. Rū. fm Hosti. die dominico quilibet tenetur audire missam ex precepto: ꝛ totam. Ita q̄ accipiat benedictionē sacerdotis. de conse. dist. j. missas. et. c. se. et. c. omnes fideles. nisi excusentur magna necessitate. Et nō solum omnes fideles tam laici q̄ clerici. tenētur audire missaȝ diebus dominicis. verū etiā alijs diebus festiuis ex precepto ecclesie. Ratio est: quia vbi est eadem ratio: ibi debet esse idem ius. Ratio autem quare fuit hoc statutum. scȝ de auditu misse. videtur huiusmodi: vt saltem in hoc modico tempore vacetur diuinis: sed non alia de causa fuerūt addita alia festa ad dies dominicos sub precepto: nisi vt vacetur diuinis: ergo videtur q̄ iste modus determinatus per ecclesiam in vacando diuinis die dominico per auditionē misse: debet extendi etiā ad alia festa. Alijs aūt temporibus nullus etiam religiosus vel clericus tenetur audire missam de p̄cepto. Nec obstat. c. solet. de conse. dist. j. qd̄ videt̄ velle q̄ in quadragesima quis nō dicatur ieiunare nisi audita missa ꝛc. quia dico q̄ illud capitulū loquit̄ de consilio: vel si est p̄ceptuȝ abrogatū ē p̄ ꝯtrariā ꝯsuetudinē.

Utrum quis teneat̄ audire missam propriam diei. puta missam dominice in aduentu in. lxx. et huiusmodi. Rū. Archi. flo. q̄ nō tenetur quis ex necessitate ad p̄priā missaȝ: quia nec. d. c. missas hoc dicit sed indistincte loquitur: sed audire debȝ propriam ex cōgruitate. Et fm hanc congruentiā loquitur. c. j. extra eo. Neq̄ enī mulierculé vel idiote scirent discernere si est missa propria vel alia. et nimis onerosum esset q̄ vnusquisq̄ deberet interrogare si esset missa propria vel alia. Et in multis ecclesijs eadem die occurrunt plures misse dicende. vt puta de octaua alicuius sancti: ꝛ de dominica que occurrit.

Utrum autem sit necessarium sensim ꝛ distincte audire verba misse. Dubium facit: quia dictū capl'm missas. dicit. q̄ debeat audire ꝛc. Rūdit Archi. flor. q̄ non est necesse. nam tunc sequeret̄ hoc incōueniens. q̄ qui audirent missam ab his qui submisse dicunt. cū multitudo populi adesset si remoti essent: non implerent preceptum. Similiter qui surdi sunt: vel hebetem auditum habent non implerent p̄ceptum. Intentio ergo ecclesie in illo decreto est q̄ p̄sens sit in missa et vacet. Si etiam intelligens est: dignum et iustum est vt intendat ꝛ conetur intelligere que dicunt̄ in missa.

An autem peccet quis audiendo missam a notoꝛio foꝛnicatoꝛe. vide s. Clericus. iij.

Quid autem de eo qui dimittit aliquam partem misse. puta introitum. Rūdit Archi. floꝛen. quod modicum est pro nihilo reputatur. Secus autem si dimitteret notabilem partem. puta mediam: vel terciam partem. Seruitores autem misse: seu ministri qui discurrunt hinc inde pro his que expediunt: vt in missis solennibus pro thure. vino et huiusmodi intelligendi sunt misse

adesse p illo tempore.

Sed que dicenda est necessitas que excuset ab auditione misse: Rñ. Archi. flo. q a transgressione huius precepti excusat necessitas. vnde infirmi qui non possunt sine periculo exire ad audiendũ: excusantur. Idem in his qui seruiũt illis. Similiter habentes paruulos quos non possunt cõgruenter dimittere sine periculo. ar. extra de regu. iu. Quod non est. Similiter qui aliquod arduum et iustum negociũ haberent facere z audiendo missam impedirent: videtur excusari. Officiales qui ratione officij nõ possunt exire: vt castellani. z alij seruientes dominis: videntur excusari. Domini etiam z consiliarij qui tempore misse super vrgentibus causis occupati sunt: vident excusari. Puelle nubiles que. scz volunt nubere: videntur excusari si earum parentes non permittunt: ignorantes tale preceptum: vel facientes quod in se est: vt vadant non enim esset decens vt solo irent: parentes autem inducẽdi sunt ad mittendum. Si autẽ nolunt. excusantes z allegantes consuetudinẽ in contrarium: quia sic solent stare quasi clause in domo ob honestatem. videtur tolerandum. arg. de conse. c. si. nisi parentes ad choreas z huiusmodi mitterent eas. quia tunc non excusaretur: vel quãdo permittunt eas morari in vijs vel ad fenestras vt videant. Vidue diu stantes ratione viduitatis: vt quasi pro honore mariti: non videtur bene posse excusari. dist. viij. consuetudo. nisi forte per breue tempus: vt vnius ebdomade vel mensis. Coniugate que non possunt sine magno scandalo virorum: quia scilicet cum hoc non possunt ita bene preparare necessaria familie: videntur posse excusari. xxxiij. q. v. noluit. Secus si mariti facerẽt studiose ad impediẽdum eas a bono. Patroni tñ z patrone debent sic ordinare iuxta posse de famulis z famulabus suis: vt audiant missam in festis. vnde dicit Pe. de pal. q ab hoc precepto nõ serui plus q̃z domini. Immo seruus z ancilla ita debẽt vacare z quiescere deo: sicut dñi. Tenentur etiam filios inducere ad hoc. Tenẽtur etiam omnes audire missam qui hñt vsum rationis ßm Pe. de pal. Quod intelligo qñ sciũt vel scire comode possunt. hec Archi. flo. Itinerantes etiam ßm Archi. flo. non excusantur ab hoc precepto si comode audire possunt. alis secus. puta aliquis est in societate aliorũ qui nolũt expectare missam z sine societate illa nõ potest bene iter facere: vel qui ignorat viam: vel quia difficilis z piculosa: vel quia nõ est tuta a latronibus: vel quia ab illis habet expẽsas z huiusmodi: excusatur ab auditione misse ßm eũ. Vide tamẽ ad pdicta quod notat Rich. angli. in quolz et Asten. li. iiij. vbi distinguũt q secularibus non audire missam in dominica aliquãdo est peccatuz mortale. aliquando veniale. aliquando nullum. Tũc enim est peccatũ mortale: quãdo quis omittit sex contemptu vero vel interpretatiuo. Voco autem contemptũ interpretatiuũ quãdo sine causa legitima missam non audire in diebus dominicis assuescit. Causam autez legitimam voco quãdo corporali infirmitate detinetur: vel inimicorũz timore: vel aliquo alio simili quod ßm rectum iudicium: excusatio legitima debeat reputari. Et talis non audiens missam ex contemptu vero vel interpretatiuo ab episcopo debet confundi. dicto c. missas. z etiam peccat mortaliter. Quod patz q talis debet excõmunicari. de conse. dist. j. qui die. Tunc autez est peccatum veniale cum omittit: nõ ex causa legitima: sed ex aliqua mentis infirmitate sicut ex aliqua passione: vel ex aliqua pigricia si tamen ad hoc non fuerit assuetus. Tũc autem nullum est peccatum cum omittit ex aliqua causa legitima. Et ex predictis patet quid sit dicendum de illis paupercullis mulieribus que aliquando non habent vestes: aut velamina: aut alia necessaria ad corporis tegumẽtum: tum ob paupertatẽ: tum quia mariti ea impignorant vel huiusmodi: que si irent ad ecclesiam sine consuetis vestibus: deriderentur ab alijs. hoc dico in locis vbi mulieres assuete sunt portare vestes z huiusmodi: tales videntur excusari a peccato mortali. Idem dic in similibus casibus.

An autem seculares teneantur audire missaz diebus dominicis in ecclesijs suis parochialibus q2 de diebus priuatis non est dubitatio quin quilibet vbicq possit audire missam: Rñ. Panor. in c. vt dominicis. de parochijs. dicit. q aut qs hoc facit ex contemptu proprij presbyteri sine causa legitima. z tunc peccat: quia venit contra p̃ceptum superioris. z ipse sacerdos qui admittit parochianum alienum supradicto casu cõmittit quodammodo furtum z rapinam. Si tamen ex causa legitima contẽneret proprium sacerdotem. puta quia est notorius fornicator vel precisus ab ecclesia. tũc non peccaret: quia hoc casu non cadit proprie cõtemptus: sed iuris auctoritate facit. aut deserit proprium presbyterũ sine contemptu. z tunc nõ peccat. pro hoc tex. in dicto. c. vt dominicis. qui ponderat contemptũ. Sed hodie videmus cõmuniter populum cõfluere ad ecclesias fratrum mẽdicantiuz derelicto proprio presbytero. Et credo q si hoc faciunt bono zelo: non peccant. puta quia deuotius ibi celebratur. Item quia audiũt ibi predicationez. z imediate ante vel post audiunt missam. Quidã etiam non irrationabiliter dicunt q dictũ. c. vt dominicis. nihil ipsis parochianis precipit: sed solum ipsis presbyteris. Ibi eñi dicitur. vt dominicis vel festiuis diebus presbyteri ante q̃z celebrent plebem interrogent: si alterius parochianus in ecclesia sit qui proprio contempto presbytero ibi missam velit audire: quem si inuenerit: statim ab ecclesia abijciat. hec ibi. Manifestũz est autem q ibi nihil precipitur laicis parochianis: sed solum presbyteris. z non alijs presbyteris nisi parochialibus. nam alij presbyteri qui non sunt parochiales: siue sint seculares siue regulares: quando volunt celebrare in suis ecclesijs. nõ oportet q interrogent plebem: cum tales presupponantur non habere plebem. Nec oportet q faciant illam distinctionem: si alterius parochia-

nus ibi sit: cum omnes ibi existentes alterius parochiani sint. nec precipitur eis q̄ nō pulsent campanas: aut q̄ claudāt portas ecclesie; q̄n volūt celebrare ne aliquis intret; nec precipitur eis q̄ non celebrent: aut dicant officia; nisi certis horis anteq̄ omnes parochiales et cathedrales ecclesie complenissent officia: aut missas. Sicut a principio dictorū ordinum plati seculares faciebāt. q̄d ecclesia prohibuit et contraria precepit. que quidē prohibendo et contraria precipiendo: quid aliud signat: nisi q̄ ex certa sciētia vult q̄ possint ad libitū ire ad quascūq̄ ecclesias voluerint: vbi comodius et deuotius possint audire diuina. Et dato q̄. d. decre. vt tūicis. cōtineret preceptum ipsis parochianis. est tamē per cōtrariā ꝯsuetudinē generalissimā et vbilibet abrogata: cui optime derogari pōt: maxime q̄ nunq̄ fuit nec est: moribus vtentiū approbata. Et quā cōsuetudinem papa scit. tolerat. et totus mundus obseruat.

An autē fratribus minoribus liceat celebrare in domibus secularium vel alibi: cum altari viatico hoc est portatili. R̄n̄. q̄ sic per tex. in. c. in his. de priuil. qui dicit. vbicūq̄. quod est verbū generale. Caueant tamē celebrare extra loca eorū: nisi existēte necessitate: propter scandala que eueniūt cum diocesanis et sacerdotibus parochialibus. et multotiens per diocesanos est excōmunicatio synodalis: licz eos nō astringat. Idem priuilegium habent fratres predicatores. vt notat glo. in. c. fi. de priuil. lib. vi. De hac materia vide supra. Altare. et. Consecratio secūdo.

Utrum missa de vno sancto pro defuncto tm̄ ei proficiat sicut si diceret de mortuis. R̄n̄. Dir. li. j. fm Hosti. q̄ sic. et ecōuerso. Et cōsueuit dicere. d. Ugo. Car. q̄ ipse celebrādo pro dn̄a nostra: sciebat celebrare pro defunctis. et ecōuerso.

Sed nūquid tantū valet missa dicta pro pluribus cuilibet eorū quātum valet si diceret pro quolibet eorū singillatim. Directorii refert quosdā dicere q̄ sic. de cōse. dist. v. nō mediocriter. Et ē hoc speciale in sacramētis per spiritūsanctū qui nō dat ad mēsuram. Et hoc ē verum fm Hosti. de psalmis et missis que generaliter cantant pro omnibus: licz pro aliquibus specialiter videātur dici. Et ideo non valent minus q̄ si specialiter pro quolibet eorum cantaretur. Sed non sic videtur de elemosynis. et ieiuniis. et precibus: siue orationibus que alios nō tangunt: quia non prosunt mortuis. nisi eis pro quibus fiunt specialiter. Alii vero dicunt q̄ hoc est verum. si pro omnibus equaliter dicatur. Sed si intuitu vnius dicitur: licz pro omnibus dicatur: plus fm eos proficit ei pro quo specialius intēditur Et hec est vera sentētia fm theo. Nō obstat. d. c. non mediocriter. quia loquit in casu illo. scz q̄tum ad meritum celebrātis; enim hilaritate mentis nō minus valet missa dicta pro vno q̄ si pro quolibz diceretur cum an xietate. Idem Jo. et Arch. in dicto c. non mediocriter. huius opi. expresse est Scotus in q̄olibz. vbi querit: an sacerdos qui promisit dicere. xxx. missas beati Gre. x. personis separatim: satisfaciat dicendo solum. xxx. An vero teneat dicere pro quolibet istorum. x. quibus promisit. xxx. Et si dicat solum. xxx. pro omnibus. x. teneat ad restitutionē et satisfactionē et supplementū omnium aliarum. Respondet q̄ meritū misse in tres ptes distinguitur. vna attribuitur christo. alia ecclesie. tercia vero sacerdoti. Primas duas ptes. scz christi et ecclesie sacerdos celebrans nō potest dispensare: sed solum terciā suam. Et ideo si illud particulare meritū quod est sibi attributū. scz dictam terciam partem attribuit alicui determinate persone: illud meritū non posset alicui alteri attribuere. Q̄d clarissime demōstratur. Nam licet in tali sacramento sit meritum infinitū; tamen meritum ipsi sacerdoti participatum et cōmunicatū ratiōe talis celebratiōis est finitum. terminatū et limitatum: quia si diceret contrariū. scz q̄ meritū ipsius sacerdotis esset infinitum: sequeret hoc absurdum. q̄ ex vna celebratiōe quis posset liberare omnes animas que sunt in purgatorio quod est hereticum. probatur hoc clarissime. Nam fm theo. et canonistas in. c. quod autem. de pe. et remis. licz peccato mortali debeat pena eterna. tamē per cōtritionem illa pena eterna cōmutatur in temporalē et limitatam: ergo pena que debetur pro quolibet peccato mortali est finita: ergo et. c. peccatorum. et. M. et. X. M. et sic multiplicando pena semper erit finita. Nā fm philosophos ex multis finitis et limitatis: nunq̄ fiet infinitum. Si ergo pena que debet vni existēti in purgatorio: q̄ntacūq̄ et quotcūq̄ habeat peccata. est finita: ergo pena que debetur omnibus existentibus in purgatorio simul pro omnibus suis peccatis: erit finita et limitata eadem ratione qua prius: quia finita nunq̄ faciūt infinitū. Et ex alia parte meritū vnius misse est infinitum quod intendis cōmunicare omnibus existentibus in purgatorio: sed infinitum excedit finitum: ergo per vnicā missam omnes anime liberabūtur: etiā si essent in centuplo plures q̄ sunt; cum etiam tunc essent finite anime et finita pena: et oīa alia finita: ergo sequitur conclusio nostra. q̄ esset hereticum dicere. Dicamus ergo sicut est rei veritas. q̄ meritū misse cōmunicatum ipsi sacerdoti est finitum et limitatum: sed fm philosophum omne finitum per ablationem partiū et cōmunicationem alteri factam semper redditur minus. et intātum posset minui q̄ ad nihilum redigeretur: ergo sic dicendum in proposito. scilicet q̄ celebranti et cōmunicanti partem sui meriti alicui: minus remanet de tota summa. Et si totum meritum vni communicat. aliud nihil habet. Idem tenet Panormi. post Jo. an. et Cal. in. c. fraternitatem. de sepul. vbi concludit. q̄ si considerantur suffragia respectu satisfactionis. tunc magis prosunt his pro quibus specialiter fiunt q̄ si generaliter. Ratio quia habent efficaciā finitam: et ex diuina institutione distribuitur inter illos pro quibus fiunt: ergo tanto minus operantur quanto pro pluribus fiunt. Hec Panormi. Idem Tho. et Petrus in quarto. quia cum suffragium sit virtutis finite: et deriuetur per intentionem facientis quo voluerit: valet ei pro quo fit q̄tum ad liberationem a pena; tamen q̄tum ad cō-

gratulationē ⁊ ad interiorem consolationē: ſm' ꝙ vnus in charitate exiſtens de bonis alterius gaudet: ſic valet omnibus exiſtentibus in charitate. ⁊ plus ei qui eſt in maiori charitate. Et hec ſententia eſt cōmunis ſm Nico. de auſmo. Idē Aſteñ. Et per predicta ſoluitur queſtio. nūquid ſuffragia facta ꝓ multis equalit̄ ꝓſint ſingulis? Pe. ⁊ Tho. dicunt. ꝙ ſi valor ſuffragioꝝ conſideratur ſm ꝙ valet ex virtute charitatis: ſic tantū ꝓſunt ſingulis: ac ſi pro vno tm̄ fierent. Si autem cōſideratur valor ſuffragiorum inquātum ſunt quedam ſatiſfactiones per intentionē facientis tranſlate in mortuos: ſic magis valent ei pro quo ſpecialiter fiunt. Sic enī effectus ſuffragioꝝ diuidit̄ diuina iuſticia inter eos pro quibus fiunt. Quare concludūt quidam. ꝙ ſi quis ſacerdos promiſiſſet deſeruire vni capelle: ⁊ quotidie ibi celebrare. ꝙ talis nō poſſet dicere miſſas beati Gre. pro aliquo alio. Et ſic non poſſet acceptare aliquas miſſas ad dicendū nec trinitatis nec crucis ⁊c. Hoc patet per predicta. Et idem dicendum de quibuſcūq; alijs ſacerdotibus tam ſecularibus ꝙ̄ religioſis: ꝙ ſi promiſerunt dicere. xxx. miſſas pro vno tales miſſas nō poſſunt appropriare alteri. alr̄s tenentur ad reſtitutionem ſm Sco. Ideo cautela eſt vt ſacerdos nō ꝓmittat ī ſpeciali alicui. Sed poterit dicere. Nos rogabimus deum pro te: vel pro illo defuncto in xxx. miſſis: vel. M. Et ſic promittendo pluribus perſonis. poterit ſatiſfacere. Immo tot quot promiſit. Unum tamen eſt quod poſſet excuſare huiuſmodi ſacerdotes promittendo pluribus dicere xxx. miſſas. ſcȝ conſuetudo omniū ſacerdotum: ꝗ indifferenter acceptant plura trigeſima ſimul. et ſimul dicunt: ⁊ omnibꝰ promittunt ꝙ dicent xxx. miſſas. Et ſeculares ſciunt hanc conſuetudinem fore inter religioſos et alios ſacerdotes. Et ſic videntur eſſe contenti ꝙ in triginta miſſis orēt pro eis: aut defunctis eorum. Si tamen eſſet aliquis ſecularis qui expreſſe diceret. volo. xxx. miſſas pro me. ⁊ nolo vt acceptetis alias miſſas in eis: vel huiuſmodi vt multos vidi. tunc dico ꝙ eſt neceſſe: aut non receptare: aut acceptando velis nolis dicere pro eo duntaxat. licȝ tamen in omnibꝰ miſſis quātūcunq; appropriatis rogare deum pro toto mūdo ⁊ deuotis ⁊ viuis ⁊ defunctis: dūmodo nō approprient̄ eis. hāc etiam opinionē tenet Archi. flo. ⁊ Io. de capi.

Utrum propter miſſam peculiarem: vt de aliquo ſancto: vel aliam debeat quis dimittere quin audiat miſſam propriam illius diei? Miſſa peculiaris idem eſt qꝺ miſſa ſpecialis de aliquo ſancto: quaſi ſpecialis ſicut peculium alicui. Rñ. ſm ꝺꝺ. Si dies habet propriam miſſam quam ⁊ quis alr̄s audire tenetur: non debet dimitti propter aliam. extra eo. c. ij. Sed ꝙ quidam laicorum omni die volūt miſſam de trinitate vel de ſancto Michaele ⁊ huiuſmodi: non debent hoc facere niſi in ſuis diebus: vt in dicto. c. ij. Et ibi patet ꝙ tam pro viuis ꝙ̄ mortuis vtilior miſſa que poteſt dici ē miſſa de die. Et ꝙ etiam in diebus profeſtis. id eſt ferialibus propter miſſas peculiares: ſeu votiuas: ſeu etiam mortuorū: non debet derogari miſſe de die. Hoc intelligunt docto. quādo in eccleſia nō eſſet niſi vnus ſacerdos. Si enī eſſent plures bene poſſet vnus dicere miſſam occurrētem: ⁊ alius ob deuotionē dicere miſſam peculiarem.

Monachus.

Utrū poſſit fieri canonicus ſecularis? Rñ. ſm Ho. ꝙ non. quia non eſt arandum cum boue ⁊ aſino: nec homines diuerſe profeſſiōis debēt ſic eſſe ſiſ. de elec. cū cauſam.

Utrū poſſit fieri canonicus regularis? Rñ. ſm Tho. ſecūda ſecūde. q. clxxxix. vtraq; religio. ſ. canonicorū regulariū ⁊ monachorū ordinatur ad opera vite cōtemplatiue: inter que precipue ſunt ea que agunt̄ in diuinis miniſterijs: ad que ordinatur directe ordo canonicoꝝ regulariū: quibus per ſe competit ꝙ ſint clerici religioſi: ſed religioni monachoꝝ nō ꝑ ſe competit ꝙ ſint clerici. vt. xvj. q. j. alr̄s cauſa. Et ideo ꝗuis ordo monachoꝝ ſit artioris obſeruātie: tamē ſi monachi eſſent laici liceret eis tranſire ad ordinē canonicorū regulariū: non autē econuerſo. xix. q. iij. mandamus. Sed ſi monachi ſint clerici ſacris miniſterijs obſequētes habent id qꝺ eſt canonicorū regulariū. ⁊ cum maiori artitudine: ⁊ ideo licitum erit tranſire de ordine canonicorū regulariū ad ordinem monachorū petita tamē licentia ſuperioris: et non econuerſo. xix. q. iij. ſtatuimus.

Utrum liceat monacho habere locum in diuerſis monaſterijs? Rñ. nullo modo licet. de relig. do. c. finali.

Utrū monacho vel religioſo poſſit cōmitti regimen eccleſie ſecularis parochialis? Rñ. Panor. in. c. ꝙ dei timorē. de ſta. mo. ꝑ tex. illū dicit ꝙ ſic: ſed debet habere ſocium ſui ordinis ſi comode fieri poteſt. Panor. tamē hoc declarat in. c. monachi extra eo. dicens. ꝙ monachus nō debet conſtitui ſine ſocio ſui ordinis in eccleſia parochiali: quādo eccleſia parochialis eſt ſubiecta monaſterio. Ita ꝙ iſte nō deſinit eſſe obedientiarius monaſterij. Secus ſi religioſus ꝑmoneret̄ tanq̄ quilibet clericus ſecularis ad eccleſiā parochialē. nam tūc cum deſinat eſſe monachus monaſterij. nullā habebit amplius cōnexionē cum primo monaſterio. vide ad predicta quod notatur ꝑ Car. et docto. in cle. j. de elec. vbi dicit̄ ꝙ eccleſia nō curata nō poteſt ſibi cōmitti: ſed de curata diſtinguūt ꝙ duplex eſt cura quedā ꝓprie: vt cura quā habet eccleſia parochialis circa ſuos parochianos. ⁊ de hac omnes cōcordant ꝙ monachus ad illā poteſt eligi. Alia ꝟo eſt impropria. vt cura quā hȝ ꝑlatus eccleſie collegiate ī illos ꝺ collegio. ⁊ de hac: glo. ibi dubitat. ⁊ dicit hoc indigē declaratiōe. Pau. tn̄ dicit. ꝙ etiā ad hāc ꝑt aſſumi: qꝛ nō pōt talis ꝑlatus nō hr̄e curā ſui collegij. Car. etiā tenet hāc opi. dicēs cōiter teneri ꝙ indiſtincte ꝑ diſpēſationē epi poſſit monachꝰ ꝑfici eccleſie curate etiā non hn̄ti aliā curā niſi collegiū. qꝺ tenet Io. Cal. ⁊ Fe. ꝺ ſe. Intellige. ꝙ epūs poſſit diſpēſare ꝺ eccleſijs q̄ pleno iure ad mōachos nō

ꝓuinent. hoc tamẽ cum consensu abbatis. ꝛ sic intellige. xvj. q. j. per totum. In ecclesijs autẽ que ad monachos ꝑtinent mero iure: sufficit sola auctoritas abbatis ꝛ cõuentus. xvj. q. ij. visis. vel etiam solius abbatis: si ad ipm pertinet ecclesie prouisio. Adde tamẽ qđ notat Panor. in dicto. c. qđ dei timorẽ. ꝙ regulares possunt ꝓmoueri ad ecclesias seculares curatas principaliter propter officiũ predicandi. Et sic propter bonũ cure. Ex quo infert. ꝙ si religiosus non est ad ista aptus nõ potest licite ꝓmoueri. Et pro maiori declaratione predictorũ querit Panor. vbi s. an predicta habeant locum de iure cõi: an vero ex dispensatione. puta ꝙ tam canonicus regularis ꝙ monachus de iure cõmuni suadente necessitate vel vtilitate possint ꝓmoueri ad ecclesias seculares curatas. Quidam tenent ꝙ de iure cõmuni possunt ꝓmoueri: sed debent habere sociũ. Alij ꝯtra dicentes ꝙ ex dispensatiõe. Panor. autem distinguit. ꝙ aut queritur nũquid regulares possint ꝓmoueri ad dignitatem episcopalem. ꝛ sic ꝑm omnes ꝓmoueri possunt. s. de iure cõmuni. tex. est in. c. vnico. xviij. q. j. ꝛ in dicta cle. ꝛ aptius patz in. c. si religiosus. et. c. quoniã. de elec. li. vj. naz ibi eligunt p canonicos in epos. Si nõ essent habiles de iure nõ eligerent s postularent. vt in. c. si. de postu. p. Vnde etiã abbas nõ obstante vinculo dignitatis põt eligi in episcopũ vt in. c. si abbatẽ. de elec. li. vj. Et hoc cõceditur ꝓpter excellentiã epalis dignitatis. naz ꝛ epus appellatur religiosus. vt in. c. ex multa. de voto. Aut loquitur de ecclesia inferiori. ꝛ tunc aut ecclesia est collegiata aut nõ. Primo casu: aut queritur de ꝓmotõne ad canonicatũ vel ad aliud beneficiũ simplex ipiꝰ ecclesie collegiate. ꝛ tunc promoueri non possunt; vt in. c. super eo. de regula. adeo ꝙ etiã epus dispẽsare nõ potest ꝑm Cal. vt religiosus sit canonicus in ecclesia seculari. Nam hoc casu cessat priuilegiũ cure: ratiõe cuius ꝑmittitur ꝓmotio ad ecclesiam secularẽ. vt in dicto. c. qđ dei timorẽ. hoc intellige nisi ecclesia cathedralis esset regularis. nã tũc monachus vnius monasterij potest ꝓmoueri: vt sit canonicus in ecclesia cathedrali. Et largo mõ monachi in tali ecclesia pñt appellari canonici. Aut queritur nũquid possint promoueri ad ipsam dignitatem ecclesie collegiate. puta vt sit prepositus. Host. tenet ꝙ nõ potest fieri sine dispensatiõe: nisi ꝓpter necessitatem cure. Alij tenẽt oppositũ: q2 sicut põt ꝓmoueri in epm in ecclesia seculari: ita ꝛ in ppositũ in ecclesia collegiata eadem rõne. Et Panor. tenet hanc opi. cum nõ reperiatur hoc iure ꝓhibitũ nam eadem ratio est in epo: cum epus faciat vnũ corpus cum canonicis suis. Itẽ ratio cure ꝛ predicationis militat in hoc casu. vt in dicto. c. qđ dei timorẽ. Si aũt loquamur de ecclesia non collegiata aut est nõ curata: ꝛ nõ potest religiosus eam obtinere: quia cessat ratio cure. Aut est curata; ꝛ cõmuniter tenetur ꝙ de iure cõi possit promoueri: licz dñi docto. teneant ꝯtrariũ.

Vtrum huiusmodi monachus qui factus est rector alicuius ecclesie secularis teneatur ad statuta sui ordinis? Rñdeo ꝑm Host. si talis ecclesia pleno iure pertinet ad monachos: prefatus monachus in ea remanet subiectus abbati: et seruabit omnia sicut prius preter tria. scz ieiunium. silentiũ. ꝛ vigilias que commode seruari nõ possunt in ecclesia seculari. Si vero ecclesia non pertinet ad monachos sed ad episcopũ. tũc monachus institutus a tribus substantialibꝰ nõ absoluitur simpliciter. Nã ꝛ cõtinentiam seruare tenetur. Ab obedientia abbatis absoluitur quidem; sed imperio episcopi subijcitur; qui decetero erit abbas suus. temporalia dispensabit ratione cõmisse administrationis. Et si habet socium monachũ: nõ excusatur ab esu carnium. dicto. c. quod dei. nisi sit infirmus de conse. dist. v. carnem. vel nisi imperante episcopo; qui abbas suus est. Si autẽ sociũ nõ habet potest se his cum quibus viuit cõformare. xij. dist. quisquis. et de sta. mo. recolentes. In omni tamẽ casu habitũ deferre debz; nec debet temerarie dimittere al's excõmunicatus esset. de quo vide s. Excõmunicatio e. xvj. Quo vero ad officiuz: monachus factus curatus absoluitur ab officio monachali; quia debz se cõformare officio clericorũ secularium. dicto. c. quisquis.

An vero religiosus possit promoueri ad ecclesias secularem in casibus pmissis sine licentia sui abbatis? Rñ. Panor. in dicto. c. qđ dei. dicit ꝙ nõ. vt habetur in. c. si religiosus. de elec. li. vj. Immo nec in papã; vt notat glo. in. c. ꝗ sit. xviij. q. ij. Si autẽ abbas nõ vult cõsentire: et vtilitas seu necessitas suggerit. tunc potest cõpelli ad cõsentiendum ꝑm docto. propter bonum publicum. Et hoc facit ad q. quotidianã. Statuto cauetur vt puella minor. xxv. annis nõ possit se maritare sine ꝯsensu duoꝝ agnatoꝝ. Puella elegit sibi sponsum cõdignum sed agnati sine causa legitima nolunt consentire. Certe p predicta possunt ꝯpelli p superiorẽ ad cõsentiendũ: vel ipse superior dabit licentiã cõtrahendi. Et hoc idẽ tenet Bar. in. l. si cũ dotẽ. ff. so. ma.

Vtrũ ex ꝯtractu monachi obligetur abbas vel monasteriũ? Rñ. ꝑm Inno. si monacho cõmissa est administratio; abbas ꝛ cõuentꝰ tantũ obligãtur quãtũ administratio se extẽdit. Si vero nõ hz administrationẽ; obligatur monachus. Sed nõ tenetur soluere; q2 nõ habet vnde.

Sed quid de obligationibꝰ seu ꝓmissionibꝰ ab aliquo factis monacho vel abbati. nũquid acquiruntur monasterio? Rñ. ꝑm Inno. ꝛ Ho. ex ꝯtractibus initiscũ monacho vel abbate obligatur quis monasterio; q2 põt monachus monasterio actionẽ acquirere. nõ tñ põt obligare monasteriũ. vñ quuis abbas siue monasteriũ possit agẽ. nõ tñ tenetur respõdere nisi de eo qđ ad ipm ptinet. Et licz oĩs ꝯtractus ꝓhibitꝰ sit monacho: nisi imperante abbate. vt. xij. q. j. nõ dicatis. Hoc intelligit in quãtũ monasteriũ obligetur: sed obligatio alterꝰ ad monasteriũ potest p monachũ acquiri. Similiter ꝛ possessio etiã per monachũ fugitiuum monasterio acquiritur. ff. de acq. pos. l. j.

Quid de rebꝰ ablatis monacho? R. ꝑm Inno. ꝛ Ho. Si res erãt mõasterij vel etiã alterius ꝛ monasteriũ ad restõez tenebatur. tũc aget mõasteriũ. si vo

nō erant eius: nec de eis tenebat monasteriū: tūc aget ille quibus est rerum: ita tamē q si tales res erant deposite apud monachū: et abbas videt eas subtrahi: et facile esset abbati eas liberare: satis credit Innoc. q abbas teneatur depositi insolidum propter dolum. Sed si nō vidit nec prohibere potuit non tenetur: etiam si monachus eas abstulisset: q non est obligatus ex eius maleficio: vt in. §. sequē. dicitur.

Quid de maleficio cōmisso per monachuz vel abbatem: Rñ. fm Innoc. et Hosti. non tenetur monasteriū: quia delictum psone ꝛc. nisi quātum ad monasterium puenisset: et in eius vtilitatē versum fuisset.

Quid autē si quis profitek ea cōditiōe: vt possit retinere bona sua. Et quid de relicto facto monacho ea conditione vt nihil acquirak monasterio: Vide diffuse s. Abbas. Et an tale pactum inducat ꝓprietatem ipi monacho: vide supra Impedimētum. iiij.

Monialis.

In monasterijs monialiū non mendicantiū non debent recipi nisi quot possunt de ꝓuentibus monasterij absq; penuria sustentari: aliter nulla esset receptio. ex̄ de sta. re. piculoso. li. vj.

Omnes moniales debent manere sub perpetua clausura monasterij. nisi pro tali et tanto morbo q nō possent cum alijs absq; graui piculo sine scandalo morari. d. c. piculoso. De hac materia vide s. Excōicatiōe. xxvj. et c. Lex.

Negociatio illicita red

dit multipliciter fm Ray. Primo quidem ex causa vt qñ fit ꝓpter auariciā. s. ꝓpter iprobā cupiditatē diuitiaꝝ et nō ad necessitatē: sed ad aliū finem malū. Et quādo sit peccatū mortale quo ad hoc vide s. Auaricia. Secūdo ex tempore vt si fiat in diebus festiuis. Tercio ex psona: quia clericis et religiosis talia ꝓhibita sunt: quia nemo militans deo ꝛc. Quarto ex loco: quia i ecclesia vel loco sacro huiusmodi fieri non debent: vt dictū est s. Emunitas pmo. Quinto ex mō vt si fiat cū mēdacijs. deceptiōibꝫ et silibꝫ.

Negocia quedā sunt que sine peccato vix fieri possunt. de pe. dist. v. Negotiū. Et gratia exempli ponūtur quinq;. s. Cura rei familiaris. Milicia. Mercatio. Procuratio et administratio. de pe. di. v. qlitas. et. c. falsas. di. xxv. qualis. di. lxxxviij. ꝯsequēs. Hosti. addit. vj. qđ quasi piculosius est omnibꝫ. scꝫ aduocatio. Sed et. vij. nō diuitias. s. epatus officiuz quo nihil miserius et piculosius si pfunctorie agak. xl. di. Ante oīa.

Vtrū negociatores possint licite lucra recipe: Rñ. fm ꝟꝟ. Cum laborēt pro omnibꝫ et quasi cōmune negociū in mercibꝫ gerant: possunt moderatū lucrū recipe. de hoc vide s. Emptio.

Quid de artificibus qui faciunt vel vendunt gladios. sagittas. balistas. bōbardas. aut venena et huiusmodi. Rñ. fm Ray. Si ꝓpter hoc faciunt vel vendūt: vt homies habeant talia ad abusum: aut etiam si scienter vendūt illis seu donant quos extimant talibus abusuros: mortaliter peccant. et omnia peccata que inde sequūtur eis imputank. Si autē tales negotiatores dicant se bonā intentionez habuisse: quia credebant q emerenk ꝓpter licitum vsum: vel nihil super hoc cogitabant. seu ignorabāt q esset illicitum talia facere vel vendere: in omnibꝫ dictis casibus distinguo: q: si ille res possunt esse vtiles: vt arma in bello iusto: aurifrigium ad ornamenta ecclesiastica: quedam enī venena ad aliquid medicinale: vel cōtra alia nociua qui talia vendunt nō peccant: nisi forte probabiliter dictaret sibi consciencia. q emptor talem rem querit ad malū. tunc enī non debet vendere. v. q. v. nō omnis. Si vo ille res ad nullum vsum sunt vtiles nisi ad peccandū: sicut sunt quedam mortifera: tunc indubitanter peccant faciendo: tenēdo vendendo seu alijs donando. xxj. q. j. c. j. ff. de ꝯhen. emp. l. quod sepe. §. veneni. quia flagitiose rei: nec emptio: nec mandatū: nec societas valere potest. et omnia mala sequentia istis imputabunk. extra de iniurijs. c. si culpa. Dicit etiam Archi. flo. q respectu artis armorū potest eē vsus licitus de se: ergo ars non erit illicita: quia in bello iusto: si licet occidere: multo magis et his vti. xxiij. q. ij. dñs. xxiij. q. j. quid culpatur. Nec obstat de sag. c. j. quia cōmuniter intelligik de bello iniusto. Sed cum manifestum est bellum esse iniustū: tunc talibus iniuste bellantibus manifeste vendentes videntur cooperari peccato eorum: precipue quo ad arma offensiua: vt gladios. lanceas. balistas. bombardas et huiusmodi. Forte nō sic de defensiuis tm̄: vt galea. torace et huiusmodi. vbi etiā dubiū esset de iusticia belli: forte possent excusari.

Quid de his qui faciunt vel vendunt ornamēta mulieruz: aut sotulares pictos: aut vestes cum imoderata sumptuositate consutas: Rñdeo fm Tho. secūda secūde. q. clxix. quia mulieres licite se possunt ornare: vel vt conseruent decentiā status sui: vel etiam aliquid superaddere vt placeant viris propris: ꝯsequens est q artifices talium ornamentorum non peccant in vsu talis artis: nisi forte inueniendo aliqua curiosa et supflua.

Quid de factoribus taxillorum. scachorum. alearum et huiusmodi. Rñdeo fm ꝟꝟ. quia ludus taxillorum vt frequentius peccatum mortale est: ideo non est licitum viuere de artificio taxillorum. Sed de facientibus scachos: vel tabulas: quibus frequentius luditur ad subleuationem tedij vel laboris: non videtur illicitum. Facientes autem chartas: an excusentur. videtur dicenduz q non. Et videtur esse eadem ratio: sicut et de taxillis: quia frequentius homines illis abutuntur ludendo pro maiori parte principaliter ratione lucri: et nō ad recreationē.

Quid de facientibus serta de floribus in diebus festiuis: Respondeo non credo eos esse excusabiles: quia preter periculum quod de facili potest contingere ex abusu huiusmodi: que sunt incitamenta vanitatis et lasciuie, violatur obseruā-

dici sabbati in operando. hec. Dy. Posset tamen esse labor tam modicus et sine precio: nec ad intentionem lasciuam: sed moderatam recreationem quod non esset peccatum: aut non mortale. Sicut faciunt puelle: potius ex quadam recreatione et quasi animi leuitate: quam corrupta intentione. Et sic hoc casu non condemnande. Immo forte minus malum, quam ire ad choreas.

Utrum aliqua negociatio sit clericis licita? Respon. secundum Ray. Si clericus indiget: potest aliquo honesto exercitio vel artificio sibi necessaria acquirere. Item potest recipere possessiones excolendas ad quartam vel quintam partem et huiusmodi: seu conducere ipsas ad sustentationem suam et suorum. Quod quidam intelligunt si habeat ipsam de suis decimis: vel de successione parentum: vel aliunde sibi datas. Et etiam si habet multa pascua et emat pecora: vt pascant ibi ad necessariam sustentationem sui et suorum. Si autem emat pecora vt tradat ad crementum: vel vt aliquid agat in fraudem negociationis: illicitum est secundum glo. Ray. Potest etiam emere: vt ea meliorata carius vendat: vt pullum. equum et huiusmodi. De hac materia vide supra. Excommunicatione octaua et nona.

Que sit pena clericorum qui alias negociis secularibus se immiscent? Respon. debent excommunicari. ar. xi. q. iii. nemo episcoporum. Et si se non correxerint: debent deponi di. lxxxviii. clericus.

Notorium est duplex.

scilicet iuris et facti. Notorium iuris est de quo quis canonice est condemnatus: vel in iudicio confessus: vel legitime conuictus. extra de cohabi. cleri. et mulie. c. vestra. et c. quesitum. Notorium vero facti est cum populus est testis et dissimulationi non est locus. extra de coha. de. tua. Et hoc intelligitur: siue crimen sit notum omnibus qui sunt in illo loco. scilicet villa vel parochia: siue si in illo loco non sint nisi decem: quia decem homines faciunt populum. x. q. iii. vnio. secundum glo. Ray. que etiam addit. quod si etiam parochia habeat mille parochianos. et solum ex illis decem graues et honeste persone scandalizentur de focaria sacerdotis: potest dici quod populus scandalizetur: cum decem homines populum faciant: vt dictum est. De hac materia vide Clemen. cus. iii. Et dic vt ibi. Et tale notorium facti iterum diuiditur: quia aliud est notorium facti actus permanentis: vt cum quis tenet adulteram publice in domo. Aliud est notorium facti transeuntis: vt cum aliquis publice hominem interfecit. Sed et est tertium notorium facti presumptum: vt si aliquis publice habitus est pro filio vel affine et huiusmodi. In notorio igitur iuris exigitur quandoque probatio contra negantem. extra de re iudi. sicut. In notorio vero facti non requiritur ordo iuris qui alias etiam regulariter obseruandum est. extra de inreiur. ad nostram. el secundo. Euidentia namque patrati criminis non indiget clamore accusatoris. extra de accu. Euidentia.

Nouitius.

Utrum impuben. scilicet ante. xiiii. annum quo ad masculum: quo vero ad feminam ante. xii. annum possit intrare religionem: vt sit ibi nouicius? Respon. secundum Dire. li. ii. quod aut offertur a parentibus vel tutoribus. Aut intrat propria auctoritate. Si primo modo: tenet ingressus si ipse consentit. et licet consensus qui fit ante annos discretionis non teneat: tamen ipse exire non potest priusquam veniat ad legitimam etatem ad instar carnalis matrimonii. extra de despon. impu. de illis. xx. q. i. illud. Sed quam primum peruenerit ad perfectam etatem potest egredi. xx. q. ii. praesens. extra de reg. cum simus. Si vero non consensit: potest egredi quando voluerit. xx. q. i. puelle. Si vero impubes intrat propria auctoritate. extrahi potest a patre vel tutore vsque ad annum et diem. xx. q. ii. puella. Et ibi habetur quod si in fortiori etate: puta in annis pubertatis adolescentula vel adolescens seruire deo elegerit. non est potestas parentibus prohibendi. Et secundum Glo. ibi. iste annus et dies incipit currere a die scientie. Sed si ex consensu eorum intrauit. expresse vel tacite: vlterius reuocare non poterunt. xx. q. i. c. addidistis. et c. quicunque.

Sed nunquid mater potest offerre filium et reuocare? Inno. dicit. quod sic allegat. d. c. addidistis. Sed Jo. Lau. et Archi. contra. cum non habeat ipsum in potestate. Insti. de adopt. §. femine. Et per praesens si pater obtulit filium. mater non potest reuocare: nisi dicatur quod equesit in potestate matris sicut patris quantum ad hunc casum. Opinio tamen Inno. videtur verior secundum iura. tamen alia teneretur nisi mater esset tutrix. hec Dir.

Quid si plures sunt tutores. nunquid vnus solus offerre potest? videtur quod sic. quia eandem potestatem habet quo ad hoc sicut parentes. xx. q. ii. puella. Sic conditio prohibentis erit melior secundum Innocen. et Directorium.

Per quantum tempus debet quis esse nouicius? Respon. regulariter per annum. tamen quia istud tempus datur in fauorem nouicii: vt experiatur regule austeritates. et monasterii mores. extra de regula. ad apostolicam. ideo prelato cum conuentu consentiente et interueniente voluntate nouicii. potest ante annum profiteri. Et tenet professio. Fallit in ordine mendicantium: in quibus professio facta ante annum probationis non obligat illi religioni: vt extra de regula. c. non solum. et c. constitutionem li. vi. vbi habetur quod in ordine mendicantium infra annum probationis nullus debet ad professionem recipi: qui annus datus est ei in subsidium fragilitatis humane: nec ad renunciationem seculi faciendam nec constitutum infra dictum annum aliquatenus impedire: quominus infra ipsum ad aliam religionem quam maluerit transeat: nisi maior tamen. xiiii. annis existens professus sit tacite vel expresse: aut euidenter constet illum vitam voluisse mutare. quod tamen non presumitur nisi clara probatione: vel competentibus indiciis ostendatur. Et si quis contra hanc prohibitionem receptus fuerit: taliter professus non est obligatus illi religioni. In aliis autem ordinibus professio expressa vel tacita fieri potest licite infra annum. Et si fiat expresse etiam seculari habitu non mutato: illi religioni presse obligatur. quam professus est. Si vero tacite per susceptionem habitus professorum infra annum: tunc non obligatur illi religioni specialiter: sed generaliter religioni. dummodo recipiens sit etatis apte etc. de quo infra. Recipiens autem ad professionem de ordine men-

dicantiũ infra annum:incurrit tres penas. Prima est: quia peccat mortaliter. Eo quia precipitur in virtute sancte obedientie: et sub pena excommunicationis. Secunda quia omnes qui recipiunt ad professionem sunt suspensi a receptione cuiuscunque ad professionem. Tercia. quia a suis fratribus debēt puniri pena que solet infligi pro culpis grauibus vt ibi.

An autem dictum .c. non solum. habeat locum in monialibus ordinum mendicantium. Respō. fm Ge. in dicto c. non solum. quod sic et ita dicit se cōsuluisse eum. d. Recupero in quadam causa florētie monialium ordinis predicatorum que mendicantes sunt: licet ex priuilegio apostolico possint habere proprium. Et concludit fm Lap. quod moniales sancte Clare vel ordinis predicatorum comprehenduntur supradicta decret. Nec ob. quod habent possessiones: et non querant victum per questum quia propter hoc non tollit quin sint de ordine mendicantium: sicut multi religiosi sunt in mūdo nūc qui non habent possessiones et de facto mendicāt et tamen non dicunt mendicantes: nec prohibentur possessiones habere: vt notat Pan. in c. vt professores. eo. tit. Ita dicamus in illis qui de iure vel institutiōne sue regule sunt mendicantes: licz non mendicent de facto: vt quia contra prohibitiōnem retinent possessiones: vel quia super hoc habent priuilegium a papa vt possint habere possessiones et recipere fructus. et quo ad alia retinent priuilegiuz mendicantium. et tollens vnū nō tollit aliud. ff. de ser. vr. pre. si domus. de vsu pallij. ex tuarum. Dato ergo quod priuilegio sint habilitate ad possessiōes ex hoc nō sunt habilitate ad alia: nec a iuribus loquentibus de mendicantibus eximuntur. Et quod dictum est de monialibus sancte Clare veruz est. Secus de minorissis: cum ex regula habeant proprium. Et sic quo ad talia habemus respicere ad eorum regulam vel institutionem: an habeant proprium: et sic non extendetur ad eas. An non possint habere: et sic extendetur: quamuis ex priuilegio habeant possessiones vel de facto nō mendicent.

Quid autem dicendum de illo qui recipit aliquem ad professionem infra annum probationis de ordine mendicantium. An post suspensionem talem si alium recipiat ad professionez incurrat irregularitatem? Respon. fm Ge. in dicto c. nō solum. quod nō: quia oportet quod actus qui fit post suspensionem: sit actus de attributis certo ordini ecclesiastico ad hoc vt exercens incurrat irregularitatem sed recipere ad professionem nō est attributum ordini: vt patet de abbatissa que recipit ad professionem. et etiam abbas dispensatiue potest esse quod nō sit in sacris de eta. et qua. tua. Et tamen ad eum de iure cōi cum cōuentu suo spectat monachorum receptio. Sed de hoc. j.

Quis autem possit absoluere ab hac suspēsione Rñ. fm Gem. vbi s. quod licet istam suspensionem papa nō sibi reseruauerit: tamen nullus inferior a papa absoluere potest: quia c. nuper. de sent. exco. non habet locum in inferioribus episcopis. vt etiam tenet Fede. de se. Et sic prelatus istorum religiosorum non poterit absoluere: nec etiam epus quia isti mendicātes sunt exempti. et papa est eps exemptorum. ergo solus papa absoluet. Idem Jo. an. et Archi.

Utrum nouicio ingredienti religionem sufficiat quod attigent. xiiij. annum? Rñ. nō sufficit. sed oportet quod perfecerit: vt expresse habetur. extra de regula. ad nostram. et in. c. significatum. et ibi dicit Panor. concludendo per illum tex. quod ad validitatem professionis requiritur quod. xiiij. annus sit completus. nec malicia supplet etatem ad professionem inducendam: sicut supplet in matrimonio. Et ratio diuersitatis est. quia de maiori preiudicio et obligatione agitur in professione: quam in matrimonio. Infert etiam Panor. aliud singulare ex illo tex. quod votum religionis emissum ante aduentum pubertatis. non obligat vouentem. Ex quo vide potestatē quam habet ecclesia circa ea que sunt de iure diuino. nam per constitutiones suas impedit vires voti et limitat etates. Nam licet non possit tollere ius diuinum. pōt tamen illud interpretari et distinguere. de quo vide s. Consuetudo.

Quod est tempus probatōnis in nouicio. Rñ. quod est. xv. annus. Nam cum nō possit ingredi nisi completo. xiiij. anno: sequitur quod tunc incipiat annus probationis. Et hoc expresse tenet Jo. an. extra de regula. beneficium. li. vj. et c. j. eo. tit. Sed et hoc rationabile est. quia tempus probationis datur ad probandum austeritatem religionis: vt extra de regula. ad apostolicam. Inter quas precipua est custodia castitatis. quam cōmuniter loquendo non est aptus antea probare. Et si ante. xiiij. annum fecerit professionem: professio est nulla: vt in. d. c. ad nostram. et c. significatum. Et hoc in quacunque religione. Fallit in monachis habitantibus in insulis: vbi est dura cōgregatio religiosorum: vt in. c. quia in insulis. de regula. vbi habet. quod vbi est dura congregatio requiritur in profitente plena pubertas. scz tēpus. xviij. annorum. Jo. tamen an. vt recitat Panor. ibi. dicit quod quantū potuit inuestigare nunquam reperit quod. d. c. quia in insulis. seruaret in aliqua insula. vnde doc. plenque arguēdo rōne lre dicunt. quod si in insula nō est durior congregatio quam alibi: nō habet locum dispositio dicti capituli. Et si in alijs locis ab insulis esset durior cōgregatio: tunc haberet locū dispositio. d. c. vnde Pe. dicit quod cum apud minores et predicatores sit dura congregatio. debz obseruari quod dicitur in. d. c. quia in insulis. Nō placet Panor. quia quelibet dispositio debet ampliari et restringi ad limites rationis expresse. etiaz si verba non patiantur: vt in. l. adigere. §. quamuis. ff. de iurepatro. et in. l. cum pater. §. dulcissimis. de leg. ij. Pro hoc facit. quia papa non intendit prouidere locis: sed personis. Et forte tex. loquitur quando vnicus locus solitarius est mari circundatus et territorio angustatus: non autem credo papā hoc intellexisse de insulis maioribus: vt de insula anglie. Cicilie. et cipri. que sunt ita ample vt nulla prorsus sit differentia inter eas et alias prouincias. Immo sunt iocundiores in fructibus et fertilitate terre.

Numquid autem professio facta cōtra prohibi

tionem. d.c. quia in insolis. sit nulla? Hosti. videtur dicere q sic. Sed panor. in. d.c. q in insulis, tenet otrariu: et cum papa ibi no annullet professionem: sed simpliciter phibet pfessionem recipi: credit q non impedit virtus pfessionis: qm hec prouisio pncipaliter ocernit fauorem ipsoz pfitentium: qui possunt renunciare fauori eoz. p hoc tex. quasi expressus in. d.c. ad apostolicaz. vbi patet q non solu papa: sed regula phibet pfessionem fieri ante annu probatonis. Et tamen pfessio in otrarium facta tenet: licet abbates recipientes talez pfessionem sint puniendi. Item cum obligatio hec queratur deo p ministeriu abbatis: no impeditur ex simplici phibitone ostitutonis humane. Cape instantia in phibitone matrimonij carnalis. Na ex simplici phibitone no impeditur vinculu matrimoniale; licet otrabentes veniant puniendi ex transgressione pcepti: cum prohibitio non habeat ppetuam phibitonis causam: sed tempalez: vt pbatur. extra de ma. otracto contra inter. ec. per totum. Et per hoc pz responsio ad. l. non dubiu. C. de leg. z ad regulam que otra ius. de re. iur. lib. vj. hec Panor.

An autem nouicius infra annu. libere possit redire ad seculu? R. Panor. in. c. statuimus. de regula. per illum tex. facit regulam z quatuor fallentias. Regula est q nouici? libere pot redire ad seculum infra annum pbationis. Et pondera verbum. libere ex quo infertur q de necessitate non tenetur petere licentia ab aliquo. Nam de significato huius verbi. libere est: vt non requirat alterius licentia. vt notat in. c. de multa. de preben. No ergo potest dici nouici? fugitiuus si recessit a monasterio sine licentia abbatis: dumodo nihil abstulerit a monasterio: nec etiam tenetur satisfacere d expensis factis sibi a monasterio, vt probat tex. in dicto. c. non solu. Ibi aliquatenus impedire. Et ido dicit Gemi. ibi. q inuitum nullo modo debent retinere infra annum probationis: nisi fecerit pfessionem zc.

Sed quid si nouitius existes in nouitiatu et delinquens taliter q si esset pfessus deberet puniri pena carceris ppetui. An possit a regulari prelato puniri ad perpetuum carcerem. R. Ge. vbi sup q no per ratonem allegatam in tex. qui prohibet istos nullo modo posse impediri quin recedant ad seculum. Posset tamen ad tps damnari nouitius et hoc si velit. Alr non. Casus excepti sunt qtuor. Primus. si pfessionem fecit infra annu. huc tame casum distingue put habetur in. d.c. non solum. z in. d.c. ostitutonem. puta. an fecerit pfessionem in ordine mendicantiu: vel no. de quo dictum est s. z infra etia dicet. Hoc etiaz intellige qn opleto anno. xiiij. fecit pfessione: quia minor annis. xiiij. pfitendo non obligat religioni. vt est tex. clar? in c. significatum. de regula. nisi factus maior: ratam expresse pfessionem habuerit. vt est tex. expressus in. c. j. de regula. li. vj. Et eadem rone dicit panor. in. c. sicut tenor. de regula. q pfessio facta tempore alienatonis mentis pot rata haberi sana mente redeunte. Et hoc intelligit si expresse rataz habuit: licet Hosti. vt recitat Panor. ibi dicat q tacita sufficiat: quem coiter sequunt doc. Dicit eni q si furiosus factus mentis copos certificatus de pfessione facta in furore; non contradicit. sed pseuerat in monasterio videt cosentire. Sed Panormi. putat hanc opi. no esse veram p. d.c. j. vbi patz q pfessio facta in minori etate; no ratificat tacite superueniete maiori etate; nisi p annum portet habitu indistinctum. ergo fortius idem dicendu z est in pfessione facta a furioso qui nihil intellexit de his que egit. Scdus casus est: si infra annum suscepit habitum pfessorum: vt in. d.c. costitutionez. Sed p huius casus declaratoe videndum est qn quis ex assumptione z delatoe habitus censeat pfessus. Et Panor. in. c. ex pte. de regula. dicit. q triplex est habit? Quidam est distinctus: vt qz alio habitu vtuntur nouicij. alio pfessi. Quida est indistinctus: vt qz pfessi z nouicij vtunt eodem habitu. Quida est habitus indistinctissimus; vt qz non solum nouicij z pfessi. sed etiam ducentes coem vitam cum eis deferunt eundem habitum. z pot poni exemplum in istis fratribz sancti Anthonij: vel in alijs qui solu ferunt crucem in pectore. Hanc distinctionem habes in cle. eos. de regula. iuncta glosa. Primo casu cum habitus est distinctus. Subdistingue. nam qdam est distinctio latens: vt qz habitus pfessoru solum benedicit. Queda est distinctio patens; vt in colore; scissura; vel forma. Primo casu deferes illuz habitum in religione p annum: ipso facto censetur professus si erat maior. xiiij. annis: vt est text. in. d. cle. eos. Scdo casu cum distinctio est patens. scz in scissura; colore; vel forma; no obligat religioni quatocunqz tpe talem habitum quis portauerit. ar. d. cle. eos. Et in hoc casu intellige dictu Inno. z Abbatis in. d. c. ex parte. qui dicut q etiam si p. xx. annos. quis deferat talem habitum. non censet pfessus. Scdo casu pncipali. cuz habitus est indistinctus pcedit pprie text. in. d. c. ex parte; vt deferens p annum censeat pfessus. nisi pcedat protestatio: vt in. d. c. j. Idem dic in tercio casu. cum habitus est indistinctissimus. dummo fuerit assumptus a maiore. xiiij. annis. Nam si a minore non obligat quia pot psumere se illum habitum portare sicut alij qui no sunt religioni obligati. sed ducunt vita coem cum religiosis: vt pbatur in. d. c. j. z plenius notat in. d. cle. eos. vbi s ho habitus pfessorum est distinctus tunc p ipsius delatonem p triduum scienter factam. censet quis pfessus. sed obligat religioni in genere: si talem habitu assumpsit infra annum pbationis: vt in. d. c. constitutionem. Tercius casus est. si completo. xiiij. anno; p annum integrum in habitu indistincto cum alijs religiosis vitam duxerit. Et sic. xv. annu ibi opleuerit. De hoc dic vt s. dictu est. Quartus casus. si apparet eu absolute euidenter voluisse vitam mutare: vt in. d. c. no solum.

An autez hoc sit verum q assumptio habitus nouiciorū. cum pposito mutandi vita z relinquendi seculu obliget quez religioni saltē in genere. ita q amplius non possit redire ad seculum? difficultas est magna inter doc. Nam Inno. in. c. consuln. de

regula. tenet q iste est verus religiosus. z q matrimonium post ɔtractū nō tenet. Mouetur: quia istud ꝓpositum mutandi vitam cum sit quoddaꝫ votū: solennizat̄ per susceptōnem ipsius habitus. Idem Hosti. z Vin. qui dicūt q si iste habuisset vxorē incognitaꝫ: potuisset vxor incōtinenti alteri nubere: quasi p hoc ꝓpositum solennizatū: cum in susceptōne habitus fuerit dissolutum illud m̄rimonium nō ɔsummatū: ac si religionem exp̄sse fuissꝫ ꝓfessus. Et dicit Io. an. hoc probari in. c. beneficium. de regula. li. vj. vbi dicit̄ beneficium illius qui suscepit habitum nouicioꝝ posse alteri ɔferri si apparet euidenter eū voluisse vitā absolute mutare. Idem dicit Inno. in eo qui renūciauit seculo suscipiendo habitū religionis: vel si renūciauit ꝓpriꝫ: vel emisit votū religionis suscipiendo habituꝫ nouicioꝝ: votum est solennizatuꝫ ꝫm eum. Secus si vouisset nō comedere carnes: vel facere aliā abstinentiam. Nam hoc casu p susceptōnem habitus nouicioꝝ nō solennizaret̄ votū. Et sic sentit in effectu. q votum alterius ex tribus substantialibus regule: solennizatur ex susceptōne habitus nouiciorum: vt sic amplius non possit redire ad seculum. Et cum hac opinione transit. d. an. in. d. c. consulti. z fere omnes scribentes: vt recitat Panor. ibi. p̄ter. d. Car. qui tenet istos nō esse veros religiosos: q̄uis non possint redire ad seculum. Et per consequens teneret matrimoniū contractum per istos. Mouetur: quia per susceptionē huius habit⁹ nō fit ꝓfessio tacita vel expressa: ergo votū nō est solennizatū quo ad dirimendū matrimonium post ɔtractum. p. c. vnicum. de voto. li. vj. Et ita refert se ɔsuluisse in facto. Nec ob. d. c. non solū. vbi tex. multū stringēs in materia equiperat professiōꝫ tacite vel expresse. Et istum qui proposuit vitam absolute mutare: quia ille tex. soluꝫ equiperat quo ad hoc vt neuter possit redire ad seculum. vnde fatendum est istum de quo queritur non posse sine periculo anime sue redire ad seculū: sed debet intrare religionem: saltem latiorem. vt dicitur in dicto. c. consulti. Non tamen per hoc sequit̄ quin matrimonium ɔtractum teneat: licet penitentia sit sibi imponenda de transgressione voti. Tollitur enī primū votum: tanq̄ simplex p matrimonium sequens: tanq̄ fortius vinculū. vt in dicto. c. vnico. Et hec opinio satis placet Panor. ꝓ qua adducit vnam rōnem. Ad quam dicit se nō videre respōsionem. Votū non solennizatum quo ad dirimendum m̄rimoniū post ɔtractum nisi per professionem exp̄ssam vel tacitā factam alicui de religionibus approbatis. vt in. d. c. vnico. Sed certū est q iste qui suscepit habitū nouicioꝝ nō fecit hanc ꝓfessionem: ḡ votū nō est solennizatū. Minor ꝓbatur: q ꝓfessio nō pōt fieri sine cōsensu monasterij z pueri. vt in. c. ad apl'icam. de regula. Naꝫ oportet q interueniat ɔsensus illius qui potest istū incorpare religioni. Sꝫ monasteriū dando habitum nouicioꝝ nō intendit istū recipere ad ꝓfessionem Immo vult experiri prius ei⁹ mores: ḡ nō pōt dici istum fecisse ꝓfessionem etiā tacitaꝫ ex illo ꝓposito: q cū ista ꝓfessio sit quasi quidam ɔtractus. Et hinc inde oriat̄ reciproca obligatio: nō pōt cōsistere ex pte vnius tm̄. l. in oībus. ff. de ac. z ob. Dicit est q tex. in. d. c. nō solum ponit istum casum de quo querit̄ separatum ab eo: in quo quis fecit ꝓfessionem exp̄ssam vel tacitam. Et p hoc infert̄ q iste non verus religiosus ex quo ꝓfessio sua tacite: vel expresse nō fuit recepta a supiore; peccat tm̄ mortaliter stando in seculo. z nō intrando religionē. ex quo habuit animum ppetuo mutandi vitam. Ratio est. q ex tali ꝓposito videt̄ deo vouisse. non, tm̄ obligatur ad intrandum eandem religionem. sed pōt intrare etiam latiorem. hec Panor. Sed inuenio eundem Panor. in. c. literaturam. extra de voto singulariter mutantem hunc tex. consulti. Et hoc ꝫm theoricam sancti Tho. quam etiā sequit̄ Archi. in. c. qui bona agunt. xvij. q. j. videlꝫ q ad obligationem voti tria sunt necessaria. vicꝫ deliberatio: ꝓpositum: z ꝓmissio. Et dicit Panor. q hec theorica destruit multas theoricas canonistarum: vel saltem oportet eas restringere. Nam Hosti. in. d. c. literaturam. et in. d. c. consulti. dixit q si quis ꝓposito mutandi vitam suscepit habitum religionis. efficaciter est obligatus quo ad deum. ꝓpter ꝓpositum mutandi vitam. Nam cōtrarium pōt dici ex dictis be. Tho. vt nō sufficiat solum ꝓpositum etiā p̄cedente deliberatione. nisi sequat̄ ꝓmissio saltē corde facta. Et hoc multū placet Panor. ibi. naꝫ nō sequit̄. ꝓpono firmiter in aīo aliquid deo dare: vel homini: q ob hoc sim obligatus ad dandū. ex quo illam rem nō ꝓmisi deo. vel homini. Et hec dicta beati Tho. tenet z refert Archi. in. d. c. qui bona. Oportet ergo restringere iura q̄ firmant sup ꝓposito obligationē vt intelligant̄ de ꝓposito cum animi promissione. Etiā notabis q sola ꝓmissio nō valet. nisi p̄cedat deliberatio cum ꝓposito. etiā respectu religionis. licet contrariū senserit Io. an. in. c. dudum. de cōuersio. Et ad hoc facit glo. singularis in. d. c. literaturam. que vult q nemo ad aliquid se obligat. nisi habeat animū se obligandi. In voto enī deus vult hoīem voluntariū: nec votū obligat quē vltra cōsensum: sic iste qui intrat religionē. si nō habet animū obligandi se. absurdū esset dicere q esset obligatus.

Quot autē modis inducat̄ ꝓfessio. tacita: R̄n. Panor. in. c. ad nostrā. de regula. dicit. q professio tacita q̄nq꞉ inducit̄ p delationē habitus indistincti. dummodo portet̄ pannum. Et talis ꝓfessio tacita obligat illi religioni in specie: vt in. d. cle. eos. Q̄nq꞉ fit ꝓfessio tacita p susceptionem habitus professorum que inducit̄ quinq꞉ cōcurrētibus. Primo debet esse distinctus ab habitu nouicioꝝ. Secundo q scienter fiat. hoc est q sciat illum habitum solum competere ꝓfessis. Tercio. q voluntarius. Secus si inuitus vel ex metu. Quarto. etas legitima. scilicet. xiiij annorū. Quinto. q pseueret triduo in delatione talis habitus. z talis ꝓfessio non obligat illi religioni in specie. sed in genere. quia potest transire ad aliam religionē etiā latiorē: vt ꝓbat̄ in. d. c. constitutionem.

Sed si querat̄: quare ecclesia dat istud triduum R̄n. Panor. in. d. c. ad nostram. q hoc ideo est: quia posset dubitari quo animo fiat talis habitus susc-

prio. Ideo iura voluerunt prefigere terminū triū dierum. Sed in ꝓfessione verbali nō requirit per seuerantia tridui: quemadmodū nec in aliis vot. vt ꝓbatur in dicto. c. ꝯstitutōnem. Et notat Panor. vbi supra ꝙ doc. excipiunt alios casus in quibus non requirit ꝑseuerantia tridui ad inducendam ꝓfessionem tacitā. Primus est si in infirmitate quis recipit habitum ꝓfessorum. nam videt deliberate habitum suscepisse. allegant. c. sicut nobis. de regula. Secundus casus qñ prius quis vouit intrare religionem. Et demum intrat recipiendo incōtinenti habitum ꝓfessoꝝ. nam videtur deliberate fecisse. Sed panor. dubitat de vtroqꝫ casu p dictum. c. ꝯstitutōnem. vbi ponit ius nouū circa istam tacitā ꝓfessionem. Et ad hoc vt obliget requirunt illa quinqꝫ de quibus supra. Et potius putat panor. requiri ꝑseuerantiam tridui in infirmitate ꝙ̄ tempe sanitatis: cū infirmus turbet propter molestiam morbi. ar. bonū in. l. cum antiquitas. C. de testa.

An autē reperiat alius modus a predictis per quem inducat tacita ꝓfessio: Rñ. de hoc videtur casus ꝙ̄sic in. c. vidua. de regula. Sed Panor. ibi declinutat dicens. ꝙ ad hoc vt per exercitium aliquorum actuum quis dicatur ꝓfiteri requiruntur plura. Primo ꝙ sit nouicius. i. ꝙ intrauerit mōasterium animo vt efficeret religiosus. Secundo ꝙ sciebat illum actum ꝑtinere ad professos tm̄. Naꝫ data ignorantia cessat presumptio. Tertio ꝙ spōte se ingesserit. Secus si per metū: vt in. c. j. qđ me. causa. Quarto ꝙ ꝑseuerauerit postmoduꝫ triduo in eo ꝓposito. Et hoc videtur requirere Jo. an. ar. dicto. c. ad nostram. vbi dicitur ꝙ assumptio habitus professorum inducit ꝓfessionem cum ꝑseuerātia tridui: ergo idem eadem ratione dicendum in casu nostro. Sed. d. an. dicit ꝙ in casu. d. c. vidua. non requirit perseuerantia tridui: quia de eo nulla fit mentio. Sed procedit text. quando duo concurrunt. vicꝫ assumptio habitus professoꝝ. et exercitium actus conuenientis professis. vnde hec duo simul iuncta sufficiunt per se absqꝫ perseuerātia tridui. Sed dictum Jo. an. ꝓcederet vbi concurreret alterum tm̄. Et iste intellectus placet Panor.

An autem deferens habitum professorum si ꝓtestetur ꝙ ob hoc nō intendit profiteri: valeat talis ꝓtestatio: Rñ. Host. dicit ꝙ hic inducitur p̄sumptio iuris ꝛ de iure: que nō admittit probationem in ꝯtrarium. Idem Archi. ꝛ Jo. mo. Cuꝫ talis ꝓtestatio sit ꝯtraria facto. ꝛ sic non iuuat. Sed Jo. an. vt refert Ge. in. c. j. de regula. li. vj. tenet ꝙ ꝓtestatio iuuet si fiat ex iusta causa. Ideꝫ Jo. de ligna. Et opinio ꝯtraria ꝓcedit. vbi ꝓtestatio esset facto cōtraria: sed hic est declaratoria. vt in. c. cum M. de consti. Et hoc credit Ge. verum: ꝙ vbi factum est multipliciter intelligibile. ꝛ agens ꝓtestatur ꝙ nō facit actum ad finem illius: sed alterius: iuuat. Nam istud recipere habitum pōt intelligi dupliciter. s. ꝙ facit animo profitendi. Secdo ꝙ remanet ex protestatōne animo probandi. Idem tenet Panor. in. ca. ex parte. de regula. Secus dicit Panor. in. c. postulasti. eo. ti. in assumptione habitus nouiciorum ꝓtestationem nō fore necessariā vt in. c. statuimus. de regula. Et sic habes conclusiue. ꝙ vbi habitus est indistinctus nouicioꝝ ꝛ professorum. ꝓtestatio iuuat. Idem quando habitus est indistinctissimus. vbi autem habitus est distinctus. ꝓtestatio non est necessaria. Ex quo infertur ꝙ in ordine minorum nouicius deferens habituꝫ nouiciorum vbi est distinctus ab habitu ꝓfessoꝝ in scissura ꝛ forma: puta in bauarola. quantocunqꝫ tempore detulerit. nunqꝫ dicitur expresse vel tacite ꝓfessus. etiam si lapso anno nullam protestationem fecerit. Et sic libere ad seculum redire posset. Et satis nouicius talis videtur protestari deferendo probationem. Ipsa enim bauarola pro ipso ꝓtestatur. ꝙ ꝙ̄diu illā portauerit. erit nouicius. Et sic non est obligatus religioni postmodum. est etiam aliud quod impedit. sciꝫ distinctio habitus in scissura. ꝛ vtrunqꝫ istorum per se sufficit ad impediendum ꝓfessionem.

Uerum ad validitatem ꝓfessionis tacite requiratur: vt interueniat ꝑsona que ipsum recipiat. An vero ipse nouicius ꝑ se soluꝫ possit ꝓfiteri: Questio est pulcra ꝛ quotidiana. Rñ. Ge. in. d. constitutionem. dicit ꝙ tota difficultas huius dubij videt cōsistere in hoc. An in ꝓfessione que obligat in genere requirat ꝑsona que possit incorporare in illā. Inno. ꝛ Host. videntur tenere ꝙ sic. Sed Ge. videt casus in contrariū in. d. c. cōstitutionē. qꝛ si recipiatur habitus ꝓfessorum in religione nō mendicantiuꝫ infra annum ꝓbatiōis. Ista obligat in genere: vt ibi patet. Et tn̄ nullus dubitat ꝙ iste dans habitū isti nō p̄t incorporare in religione diuersa a sua. Et sic videt ꝙ dictum Inno. ꝛ Host. debeat restringi qñ agit de obligatione in specie. ꝛ tunc requirat ꝑsona habens ptātem incorporandi. Si autē fiat actus inducens obligationē in genere. sufficit ꝙ fiat in manibꝫ alicuius habentis administrationeꝫ religiosam. Et istud videt sensisse Cap. Abbas. Et posset assignari rō diuersitatis: qꝛ qñ agit de obligatione in specie. monasterium est obligatum ꝓfitenti ad alimēta ꝛ alia sibi necessaria de secu. ex pte et qđ ibi notat. vnde oportet ꝙ illa obligatio cōtrahatur ꝑ habentē ptātem. de rescriptis edocet. Sꝫ qñ obligatio fit in genere. tunc ex parte ꝓmittētis qui potest se obligare surgit ligamē. sed ex parte recipientis nō quo ad spēm. sed in genere. vnde postea requirit ꝙ alius habens ptātem recipiat illuꝫ in specie. Et sic recipiens in genere non incorporat in specie. In incorporatōne autem generis sufficit ꝙ psit alicui administrationi. Hec Ge. Prima tn̄ opinio videt rōnabilior ꝛ cōior. quam videt approbare Panor. in. c. porrectum. de regula. Et ꝑ p̄dicta pōt solui questio quotidiana. Quid de illo nouicio. qui ignorante p̄lato gestauit habitum ꝓfessorum: vbi est distinctus ab habitu nouiciorum. ꝛ illum portauit ꝛ suscepit sponte ac scienter. cum etiam esset etatis debite: vel talem habitum suscepit. vt supra ab aliquo fratre priuato ignorante p̄lato. et illum portauit per triduum ꝛ plus. An ꝑ huiusmodi delationem inducatur professio tacita: Et ꝑ

predicta dicendum q no. vt notat Panor. in. d. c. porrectum. quia quis nō potest seipsum incorporare religioni. Sed oportet q p habentem potestatem incorporet. Sicut nō potest quis baptizare seipsum nec sibiipsi conferre beneficia: nec monachi possūt aliquem recipere ad professionem tacitā vel expressam. Similiter nec alia persona priuata. Conclude ergo q ad validitatem professionis requiritur vt sit qui possit et velit professionem recipere z eā de facto recipiat.

Sed queritur de alia questione quotidiana. An professio expressa facta infra annum probationis in regula mendicantium obliget religioni in genere. intantum q contrahens matrimonium postea non teneat? Rñ. Glo. in dicto. c. constitutionē. dicit q votum est solennizatū in genere. Sed Lap. ab. vt refert Ge. in. d. c. constitutionē. dicit. hoc verum quando is qui ingreditur: vel vouet intendit in genere: nō autem in specie se certo loco z ordini obligare: quia tunc secus nam tunc si vellet posset etiam matrimonium contrahere vel saltem si contraheret nō dirimeretur post contractum. Et de hoc crederetur sibi sm Joh. an. de regula. c. consulti. z Guil. z Archi. vnde concludit q si tempore emissi voti vel facte professionis: expressit vouendo vel profitens de certo loco z ordine. stabitur expressioni si probetur. Ita q si ibi esse non poterit: nec in specie: nec in genere ordini erit obligatus. z matrimonium contrahere poterit. z contractum tenebit. Si autem aliud non expressit: vel si expressit non probatur: stabitur dicto suo in foro anime: non autem in foro contentioso: nisi forte hoc iuraret delato sibi iuramento: z aliter probari nō posset. vnde tunc nec contrahere poterit: z si contraxerit non tenebit. hec Ge. Et sic ex predictis patet q professus expresse in religione mendicantium infra annum: si non intendebat se obligare: nisi illi quam professus est: non tenetur nec illi quam professus est: nec alteri: sed libere potest redire ad seculum. Si vero intendebat se obligare saltem voti in genere: sic non potest redire ad seculum. Si tamen contrahit sm quosdam tenet matrimonium: quia tacita professio nō prohibetur in religionibus etiam mendicantium: vt in dicto. c. non solum. sed solum expressa. Igitur quando habentes potestatem incorporandi sunt passi vt tacite profiteretur: se obligauerunt illi: licet ipse ex beneficio iure non sit precise obligatus illis. Sed quando expresse professus est in religione mendicantium: non fuit qui posset eum recipere. contradicente dicto. c. non solum. ergo nō erit religiosus: cum nullum habeat monasterium sibi obligatum. Communiter tamen a docto. tenetur quando quis non se obligauit per talem professionem certo loco vel ordini: sed in genere sic. q talis non potest contrahere matrimonium. et si contrahit: matrimonium est nullum. Et hoc idem videtur tenere Panormita. in. c. quia in insulis. de regula. vbi dicit q si papa aliter non prouidisset: ille nō tantum fuisset obligatus religioni in genere: sed etiam in specie. Et hoc videtur tutius.

An autem solus abbas sine consensu sui capituli possit aliquem recipere ad professionem? Rñ. Panor. in. c. ad apostolicam. de regula. dicit inspiciendam esse primo consuetudinem. vt dicit tex. in c. si. de regula. li. vi. Sed vbi consuetudo cessaret. credit q abbas debeat hoc facere cū consilio capituli p id quod habetur in regula monachorum: vbi dicitur q precipua debet abbas explicare cum consilio capituli. Sed negari nō potest q creatio monachorum non sit quid precipuum. Ex quo infertur q de iure communi non valet monachi creatio p abbatem facta sine consilio conuentus. nam vbi requiritur a iure consilium nisi adhibeatur: actus est nullus. vt est text. notabilis iuncta glo. in. c. nouit. de his que fi. a pla. Fateor tamen q non tenetur abbas sequi consilium eorum: sed satis est requirere, z expectare responsum. de hoc vide s. Consilium.

Sed dubitatur de epo: an possit aliquem recipere ad professionem? Rñ. Innoc. tenet q sic: adeo q iste erit verus religiosus: licet non intret monasterium: nec profiteatur certam religionem. sed poterit stare in domo priuata sub obediētia epi. et ab eo prefigetur certa regula: vel certus modus viuēdi. Allegat. c. si vir. xxvij. q. ij. Secus dicit in aliis prelatis inferioribus. fatetur tū q faciens professionē in manu alterius: aut qui se obligat ad intrandū religionem. nō tū adhuc votum est solennizatū: sed simplex. Et cum his dictis cōiter transeunt doct. in. c. porrectum. de regula. vt notat Panor. ibi. Sed. d. An. sentit q cum recipitur talis professio ab epo: q votum nō est solennizatū: adeo q impediat z dirimat matrimonium post contractū p. c. vnicū. de voto. li. vj. quod placet Panor. Item Panorm. dicit se non videre q iste sit verus religiosus: z putat q omne votū dr simplex respectu dirimendi matrimonium post contractū: nisi professio fiat in aliqua de religionibus approbatis: vt in. d. c. vnico. Nec videt q illa possit fieri nisi ab abbate: z fratribus recipiatur. Nam solus epus nō pōt quē incorporare alicui religioni inuitis fratribus. q regula approbata p ecclesiam contradicit. vñ putat Panor. q in materia stricta appellatōe religiosorū non venirent isti qui professi sunt in manibus epi tm. hec Panor. Et in predicto casu debemus attēdere. an iste qui facit professionē esset exemptus a iurisditiōe epi. z tunc talis professio nō valeret. Secus si nō esset exēptus. q tunc valeret: q recipe ad professionē depēdet a ptāte superioritatis nō a ptāte clauiū: vt notat Ge. in. d. c. cōstitutionē.

An aūt in actu professionis requiratur certa forma profitēdi. qua nō seruata corruat actus? Rñ. Panor. in. d. c. porrectū. dicit q lz in regula monachorum vel aliorū religiosorū ponatur certa forma circa professionis actū. tū valet professio p quecūq verba facta. nō seruata forma regulari. cū em̄ obligatio dirigatur in deū: defectus forme nō dz viciare actū. Sicut dicimus in excōicatōne. nec de necessitate requiritur aliqua scriptura.

An aūt professio possit fieri p procuratorē? Nec. q. de facto accidit. Et cōcludendū videtur q sic. nā quilibet actus explicari pōt p procuratorē: nisi expresse sit a iure prohibitus: vt in. l. j. §. vsus. ff. de procur. z in regula. Pōt quis. in. vj. Sed hoc nullibi specialiter q

hibet ergo, &c. Minor pz discurrendo dicta iura, sc. l. pomponius. ff. de pcu. ac. c. quia ad agendum de pcu. li. vj: vbi per glosas multi casus excipiunt. Inter quos noster casus minime reperitur. Excipiunt tamen pniam, quam per se quisque suscipere dz de pe. di. j. quem penitet. Idem de adulto qui baptizat. qui non potest constituere pcuratorem ad recipiendum p eo, sicut fit in paruulis, sz debet per seipsum recipere per tex. singularem in c. cum pp paruulis. de cse. di. iiij. Idem puto in omnibus sacris: maxime vbi imprimit caracter. q quilibet xpianus p seipsum suscipe dz.

An aut pfessio possit rata haberi. puta. Quis frater recepit aliquem ad pfessionem nō habens mandatum a superiore. An sufficiat ratihabitio ipsius superioris. Respond. d. Jo. anto. in c. insinuante. qui cle. vel vo. fm d. Car. concludit q sic. Idem tenet Asten. li. j. ti. xx. & refert Inno. tenere extra de regula. ca. porrectum. q de mandato abbatis; secularis clericus: vel laicus sufficeret. Et idem etiam esset si sine mandato: nomine tamen eius fecit & postea ratum habuit. Sed anteq ratificet: votum solenne non erit: nec matrimonium postea Scrum dirimit.

Et per predicta soluit questio quotidiana, quia dam religiosus induit quosdam iuuenes ad religionem: non habens licentiam recipiendi fratres ad ordinem. Nunquid predicti sint reinduendi a superiore. vel ab eo q habet licentiam recipiendi ad religionem. An vo sufficiat ratihabitio superioris. Et dicendum videtur s simili q sufficiat ratihabitio.

Pone. est consuetudo in aliquibus monasterijs q non fiat aliqua pfessio. nisi q in suo ingressu pmittit suo prelato obedientiam inter manus. Respond. fm Directo. q non dicit expresse professus. extra de sta. mona. cum ad monasterium. Idem Guil. in Specu. licet Inno. dicat contrarium in ca. consuluit. qui cle. vel vo. vbi dicit q si talis renunciat pprie voluntati. & omnia in voluntate abbatis committit: obedientia talis p pfessione sufficeret. xij. q. j. nō dicatis. de hoc vide s. Impedimentum. iiij. & dic vt ibi.

Quid dicemus de fratribus minoribus. quibus regula sua precipit. vt dicant volentibus ingredi eorum religionem: vt vendant omnia bona sua. & ea studeant pauperibus erogare. & per consequens renunciare seculo. Et sic omnino vt vitam mutent. quod videtur contra dictum ca. nō solum. Quidam dicunt q dicta verba regule non sunt sic accipienda vt ex his volentes ingredi cogantur vel inducantur ad distributionem faciendam infra annum. al's locum haberent pene dict. ca. non solum. Sed vt eis ostendatur q illud debent agere ante pfessionem omnino. si per pprio motu non fecerint. Posset tamen aliter dici q dictum ca. non solum. loquitur de eo qui iam ingressus est religionem vt patet ibi. nec constitutum infra huiusmodi annum aliquatenus impedire. nam postq ingressus est. nihil infra annum debet fieri de predictis. Secus credo ante ingressum: vt tales possint induci ad distribuendū bona sua & ordinare facta sua. Et hoc intendit regula cum dicit. Dicant eis verbū sancti euangelij. q vadant &c. & postea debent ingredi religionez. Et sic nulla est contrarietas inter regulam & dictuz. c. non solum.

An autē in fine anni possint induci ad condendum testamentū. et disponendum de factis suis et rebus? Credo q sic: si bene inspicitur mens. d. c. non solū. que mens & ratio cessant in fine anni: cū oīno ille si disponat velle permanere in ordine nouiciorū: illud idē est executur.

Pone aliquis nouicius stetit i monasterio per sex mēses: deinde exiuit & facto aliquo interuallo: iterū rediit & stetit per alios sex menses: queritur nūquid dicatur cōpleuisse annū: vt sic licite possit recipi ad professionem. Et hec questio habet dubitationem respectu mendicantiū. nam pfessus apud eos ante annum pbationis non obligatur eorū religioni: sed religioni in genere. vt in dicto. c. non solum. Et sic oritur dubium: nunquid talis professus post annū sit obligatus eorū religioni? Rn. Barbat. vt refert Panor. in. c. ad apostolicā. de regulis. disputauit & tenuit hoc sufficere. Et eum sequitur glo. in regula ea m qui. de re. iuris in. vj. Nam videtur satisfactum iuri: ex quo stetit per annum. licz nō continuū. Et hanc opinionē sequitur Spe. in ti. de sta. regula. Sed Jo. de ligna. tenet contrariū quoniā intermissio temporis minuit aspiratem regule. nam certum est grauius esse abstinētiam ducere p annum continuū q per annū interpollatū ergo nō perfecte expertus est illaz regulam. Item iura que faciūt mentionē de certo tempore: debēt intelligi de tempore ptinuo: quia regulariter omne tempus debet esse cōtinuū: vt notat glo. sup rubrica de vo. & tē. pf. Et hanc opinionē Panor. putat veriorem: & eaz apte tenet Bar. in. l. interdū. §. quotiens. ff. de publi. per illum tex. Nam seruus dicitur ibi nouicius qui non stetit in vrbe p annū ptinuū. Facit qd notatur in. l. vbi fideiussor. ff. de solu. vbi format questio notabilis. Pone. Statuto cauetur q bannitus a. C. libris. s. possit impune offendi. nunquid bānitus pro. L. libris respectu vnius debiti & p alijs. L. respectu alterius debiti possit impune offendi. Et concludit ibi q nō; qr ex quo sunt diuersa debita nō debent piungi ad faciendū vnū totum. Et sic est ibi casus in quo. L. et. L. non faciūt C. Ita videtur dicendū in materia nr̄a. naz pter intermissionē temporis diuersificantur mores & ops hominū: vt in. l. si nō sortem. §. libertus. ff. de pdi. in de. Et hec notabis: qr faciūt ad multa. Idē etiā dicendū si talis nouicius nunq deposuisset habitum religionis. & quotidie ieiunasset. ex quo in illo interuallo non stetit sub iugo obedientie: quod est potissimum inter austeritates regule. Sed potius stetit in spiritu libertatis. Et potuisset cōmittere multa mala.

Utrū nouicius possit eligi in prelatū? Rn. ad abbatiā: vel platuram religionis eligi nō pōt: nisi expresse pfessus. Ad episcopatū vo dūmodo al's sit idoneus eligi potest etiā nouicius. extra de elec.

c.nullus.li.vj. Que autem sit ratio diuersitatis inter expresse ꝓfessum: ꝛ tacite quo ad primũ casum dic ſm Dir. qꝛ professus expresse facit ꝓfessionem sed ꝓfessio tacite fit a iure. extra de regula. vidua. et.c.j.eo.ti.li.vj. vnde magis nobile est qđ facit sibi homo ꝙ illud quod sibi fit. Sicut ē magis meũ quod acquiro me opante ꝙ quod habeo ex alio. vnde ꝓfessio tacita est iuris. Et sic ab alio habita. ꝓfessio vo expressa est hominis: quã habet homo ex suo actu que habetur ex regula quam profitet. Et sic exp̄sse ꝓfessus potest eligere et eligi. Sed tacite ꝓfessus pōt eligere ꝛ nō eligi. vt dicto.c.null⁹.ꝛ.c. indēnitatibꝰ. de elec.li.vj.

Vtrum nouicius possit ordinari. Rñ. ſm Ray. ꝛ Gof. nec primã tonsurã: nec aliquem minorem ordinem debet recipe.

Vtrum nouicius obligetur ad precepta regule. Respondeo ꝙ non: nisi eo modo quo alij christiani.

Nuptie.

Vtrum secũde nuptie sint benedicēde. Rñ. ſm Panor. in.c. vir. extra eo. per tex. illũ. ꝙ si alter ex coniugibus fuit alis benedictus. non debent cōiuges de nouo benedici. Et sic videt ar. optimũ. ꝙ cõiux alis benedictus in primo matrimonio: cõmunicat benedictionē suã secũde vxori. vnde tex. ibi dicit. qꝛ sunt bñdicti: licz alter eorũ tñ fuerit benedict⁹: sicut in simili dicit de oleo benedicto ꝛc. Jn cõtrarium tamē facit: quia maritus. licz cõmunicet vxori actiones suas: non tamen passiones: sed verior ratio videtur ꝙ eiz ista bñdictio sit cõmunis marito ꝛ vxori: ex quo alter fuit benedictus. nō debet benedictio iterari: quia iteraret in persona alis benedicta.

Quid autem si virgo ducit in vxorem⁹ a transeunte ad secũdas nuptias. An tales nuptie debeant benedici. Rñdeo ſm Panor. ꝙ nō. nisi subsit consuetudo quã papa scit ꝛ tolerat. Et hoc procedit in sacramētalibus: vt ad induceudã consuetudinē requiratur tacitus ꝯsensus pape. Jn alijs secus vt dictum est s. Consuetudo. Idem tenet Dir. li.j. vbi dicit ꝙ nō obstat. si quis dicat ꝙ ī dicto casu bñdictio cadit tñ super mulierez: qꝛ quo ad hoc nō ad impaũa iudicantur: nec mulier sine viro benedicit. Immo benedicit ꝓpter fragilitatē q̄ viro copulatur. Ideo dicit. d.c. vir. siue vir siue mulier alis accepit bñdictionē: nō debet bñdictio iterari. Cõmunis est enĩ vtriqꝫ: nec vnus sine altero eam recipe pōt. Et ideo si alter eorũ secũdo contrahat non dabit bñdictio: qꝛ caro bñdicta trahit ad se nō bñdictã vt sit tota sil' effecta p carnis copulã. Sed de hoc dic vt dictũ ē p Panor.

Quid si duo ꝯtrahãt matrimoniũ ꝛ bñdicant ambo: deinde ante ꝯsummatũ mr̃imoniũ fert diuortiũ ꝓpter impedimētũ ꝯsanguinitatis vl' aliud canonicũ ꝛ vterqꝫ ipoꝝ ꝯuolat ad secũda vota nũquid bñdictio dabit in istis secũdis nuptijs. dicit Mo. ꝙ nō: qꝛ bñdictio spũalis est tãte efficacie ꝙ semp trãsit: nisi inueniat obicem ꝯtrarie voluntatis. ex de bap. maiores. etiã si p risum vel iocũ fiat benedictio. ergo semel recepta amitti non potest. ex de diuor. quanto.

Quid autem si duo ad secunda vota transeũt qui tñ nunqꝫ fuerũt benedicti. Rñ. Dir. ꝙ tales poterũt benedici: vt apparet ex p̄dictis. qꝛ non est vis in bigamia ꝫ potius in benedictione ne iteret. Et vt habes sũmarie noticiam de p̄dictis. dic ꝙ qñ secunde nuptie sunt secũde ex pte vtriusqꝫ. vel ex pte mulieris tñ. nullo modo debent benedici. si vterqꝫ vel saltem mulier alis fuit benedicta. Sz qñ sunt secũde ex pte viri: tunc pñt benedici. qꝛ alis quo modo ibi fuat significatio. quia xp̄e ꝛ si habeat vnam ecc̃iam tñ: ꝛ sic vnam sponsam: hꝫ tñ in vna ecc̃ia plures ꝑsonas desponsatas. Sz anima non potest esse alterius sponsa ꝙ xp̄i. Et ideo qñ nuptie sunt secunde tñ ex parte viri benedicunt. non autem quando sunt secunde ex parte mulieris ꝓpter defectum sacramenti. Et hanc opinionem tenet Thomas. Et credo ꝙ ꝯmuniter fuat. Cui opi. ꝯsentit glo. in dicto ca. vir. dicens. ꝙ tales secunde nuptie benedici possunt si hoc habeat ꝯsuetudo loci. Et iō in p̄dictis tute possumus sequi ꝯsuetudinem loci.

Sacerdos benedicens secũdas nuptias susp̄ēdi dꝫ ab officio ꝛ beneficio ꝛ mittendus est ad sedem aplicam. Et ſm communiter doct. ista pena non infligit ipso facto. Et dicit Panormi. ꝙ hodie attentis circũstantijs ꝛ loci ꝯsuetudine. dꝫ imponi pena arbitraria.

An autē rescriptū emanans contra ius debeat facere mentionē de illo iure cōtrario. Panor. in c. nōnulli. de rescrip. ponit opi. Io. an. que talis est. Aut rescriptū habet clausulā derogatoriā ad ius: vt quia facit mentionē de iure illo. Et valet ſm eū etiā si faciat mentionē ꝑ verba generalia. Aut rescriptum nō facit mentionē de iure. Et sic: aut illud ius habet clausulam derogatoriam. Exemplū ibi Et tenet nō valere rescriptum. Aut ius nō habet clausulam derogatoriā. Et tunc si emanat rescriptum in forma priuilegij valet. licet nō faciat mentionem de iure. Aut emanat ꝑ formā rescripti. Et tunc: aut motu ꝓprio principis. Et valet ſm eum per. c. si motu ꝓprio. de p̄ben. li. vj. Aut ad instantiam partis. Et tunc si ex certa sciēn̄a principis valet. Alr̄ secus. Sed hec distinctio nō placz Panor. Nam quo ad primū dū dicit ꝙ valet rescriptum contra ius etiā si faciat generalē mentionē. Nam hoc videt̄ contra illum tex. vbi requirit expressam mentionē. Et ideo dicerē sic. ꝙ aut ius habet clausulam derogatoriā: Et tunc serua formā datam in illo iure. Nam si requirit specialem mentionē. nō sufficit generalis. ſ3 debet esse specialis: saltē ꝑ verba equipollentia. Etiā limitat Panor. vt notabiliter. voluit Bal. post Cy. in l. humanū. C. de legibus. vt ꝓcedat in rescripto. Secus in constitutione. Nam constitutio cōtra constitutionē valet: facta mentione generali de constitutione contraria. vt si dicatur. nō obstante quacunqꝫ cōstitutione in contrariū. ad hoc de. dudum. de sepul. quia cōstitutio emanat cū maiori maturitate q̄ȝ rescriptū Aut ius nō habet clausulā derogatoriā. Et tūc eo casu quo est fienda mentio. Quod quādo sit: statim dicet̄. Et tunc nō sufficit mentio multū generalis. vtputa. nō obstante quacunqꝫ lege. nec requiritur mentio omnino specialis. ſ3 satis est ꝙ dicat̄ Non obstante quacunqꝫ lege que in contrarium loquitur. Ita voluit Bar. concordando multas glo. iuris ciuilis in. l. fi. C. si cōtra ius. Et hoc quo ad primū. In secundo mēbro voluit Io. an. ꝙ si ius habet clausulam derogatoriā. non valet rescriptum sub quacunqꝫ forma concessum: nisi faciat de illo iure mentionē quod est notandū. Tercium membrū est. ꝙ priuilegium contra ius nō habens clausulam derogatoriā valet. Dubitat Panor. an hoc sit verum. Et potius credit oppositū. ꝑ c. ex parte. de capel. mo. vbi dicit̄ ꝙ si papa confirmat priorátum religioso claustrali nō valet. non facta mentione de iure contrario. Nam sepe priuilegia emanant contra ius ex nimia occupatione principis. vel propter nimiā importunitatē petentium. Et ideo nisi fiat mentio de iure saltem in genere. non p̄sumitur princeps velle concedere cōtra ius Et hoc sentit Bar. in extrauaganti. ad reprimenda. Et ideo alibi dicit glo. ꝙ nō valet legitimatio spurij facta per principem. nō facta mentione de iure. Quartum membrū. ꝙ rescriptum emanans contra ius motu ꝓprio valet. licet non faciat mentionem de iure. Dubitat Panor. an hoc sit verum quia motus proprius solum excludit surreptionē non autē ampliat gratiā contra intentionē concedentis. vt notatur in dicto capitulo si motu ꝓprio Sed de mente principis nō est concedere aliquid contra ius: nō facta mentione de iure. vt in dicto capitulo ex parte. Dictū tamen Io. an. forte seruaretur in practica. Predictis obstare videtur. ff. de excu. tu. l. idem vulpianus. vbi dicit tex. ꝙ si princeps sciens aliquē esse tutorem dedit sibi licentiaz mutandi domiciliū. videtur eū absoluere a tutela licet de ea nō fecerit mentionē. Et ex illa. l. colligit notabiliter ibi Bar. ꝙ tantū valet certa scīa q̄ntū dispensatio. Et pondera ꝙ non loquitur. qñ in rescripto fiebat mentio de certa scientia ſ3 satis est ꝙ princeps sciebat illum esse tutorē. Et multi legiste per illum tex. solent dicere ꝙ si princeps sciens ꝓmouet indignū, vel aliqd facit cōtra ius. videtur dispensare. Et ꝑfecto illa lex nō facit ad qd allegatur. Non cū loquit̄ in priuilegio contra ius. sed quādo absoluit aliquez ab onere tutele. ⁊ in facto particulari. Et sic est illud potius quoddā beneficium absolutionis ab onere q̄ȝ priuilegiuz contra ius. Et hunc intellectū sentit Bar. in dicta extrauaganti. Aliud mēbrū est qñ rescriptū emanat ex certa scientia. Et tunc valet contra ius ſm Io. an. Sed Panormitanus multipliciter limitat vt apparet ex supradictis. Et addit notabile dictum Bar. in dicta extrauaganti ꝙ vbi rescriptū, cum

nat contra ius et in favorem reipublice, valet licet non faciat mentionem de iure. Et tunc videtur dispensatum contra ius. Secus si emanat in favorem private persone. Ratio diversitatis est, quia iura habent clausulam derogatoriam in rescriptis quando emanant in favorem privati. ut in l. rescripta. C. de preci. impera. of. Item presumitur tunc rescriptum surreptitium vel emanasse ex nimia occupatione principis. Secus si in favore publicum. Et predicta bene notabis. quia non habes in aliquo loco ita bene discussa. hec Pano.

Quid si princeps mandat revocari quicquid factum est vel innovatum in tali causa. An legitime factum revocari debet. Respondetur quod tale rescriptum debet intelligi in facto minus legitime non de eo quod erat factum legitime. pro hoc tex. notabilis in. ca. audita. de resti. spo. Nam etsi non liceat de potestate concedentis rescriptum disputare. quia esset crimen sacrilegii. §. quam autem. xvij. q. iiij. tamen de scientia et voluntate ipsius scribentis licitum est disputare et in hoc potest haberi interpretatio. quia imperator quandoque errat. l. ij. ff. de sup. le. vide ad hoc glossam singularem. in c. preterea. xxiij. di. Et ad. c. j. de consti. li. vj. in iudex quod illud est verum per interpretationem. quia omnia iura princeps potest interpretari. Et sic rescripta recipiunt aliquam interpretationem iustificativam. vt in casu predicto. aliter videretur ipsum sensisse iniquum.

Quando autem rescriptum valeat. et que opponi possint contra illud Mar. dicit quod ad hoc quod rescriptum teneat nihil debet supprimi ex his que movere possint animum principis ad dandum rescriptum vel denegandum. Et primo quidem series facti est exprimenda. extra de coh. cle. sup eo. Item processus cause. extra de re iudi. Inter monasterium. Et si per suggestionem falsi vel suppressionem veri rescriptum fuit impetratum: tollitur. extra eo. sup literis. vbi pe. de sap. notat sex regulas. Prima est quod ille qui per fraudem et maliciam literas impetravit. et expressit falsitatem. nullum comodum ex ipsis literis consequitur. vt in. d. c. sup literis. Secunda est quod qui per fraudem et maliciam supprimit veritatem. careat penitus impetratis. extra eo. ad aures. et de preben. non pot. li. vj. Tercia est. quod ille qui per simplicitatem et ignorantiam impetrat et exprimit talem falsitatem que si esset suppressa. papa in forma communi nihilominus literas concessisset potest petere. vt iudex delegatus secundum ordinem iuris in causa procedat. licet non secundum formam in literis concessam. extra eo. ex insinuatione. Quarta quod qui supprimit veritatem vel occultat. Iudex potest procedere secundum formam iuris. non secundum formam literarum. lxiij. distinc. ex antiquis. quia si expressisset: papa nihilominus literas concessisset. Quinta quod si aliquis literas impetravit per expressionem falsitatis que tacita: papa nunquam literas concessisset. per eas iudex nullatenus procedat. extra eo. si proponente. Sexta est quod qui impetrat literas et supprimit veritatem. qua expressa non dedisset literas. delegatus non procedat per easdem. quia eadem ratio que movet delegantem: debet movere et delegatum. Et sicut delegans suas literas denegaret. Ita delegatus sine cognitionis effectum non interponat. extra eo. sup literis. et c. sciscitatus.

Sed quomodo poteris scire quod tacita veritate. que suppressa literis nullitatem habere. Respondetur secundum Ho. xxviij. casus ex his versibus comprehende. Si lex privata. si dispensatio pactum. Vel si rescriptum: sententia: sive statutum. Etate nobilitas: ac appellatio causa. Aut hominis meta: vel confirmatio pape. Processus. titulus. series professio certa. Paupertas. facti possessio litisque pendens: gravamen. Gratia. venditio. pater. ac exceptio civis. Clausula. firma fides. Sed his iunges anathema. Finis tolletur: nisi mentio facta probetur. Si lex privata. i. privilegium quod habet ille contra quem impetratur rescriptum tollit rescriptum nisi faciat mentionem de privilegio primo. extra de prescrip. veniens. Si dispensatio sit facta sup hoc. extra de filiis presby. ex tua. Pactum. si precessit rescriptum vel privilegium. extra de deci. ex multiplici. vel pactum sit secutum. de pac. quia ex eo. li. vj. Vel si rescriptum. aliud fuit primo impetratum et ostensum. extra eo. c. ij. et. iij. Sententia fuit lata sup hoc. sup quo impetravit rescriptum. ar. extra de fide instru. inter dilectos. Sive statutum. sit sup hoc factum. extra de consti. cum accessissent. Etate nobilitas. extra eo. sedes. Ac appellatio. sit sup hoc facta ex parte sua. extra eo. ex parte: vel ex parte adversarij. extra de confir. vti. c. bone. Causa. s. excommunicationis. Et si plures sunt. omnes debent exprimi. extra de offi. or. ex parte. Aut hominis meta. i. terminus appellationis prosequende appositus a parte. qui preveniri non potest. extra de ap. sepe. Vel confirmatio pape. extra de consititu. ex parte. Processus cause. qui exprimi debet. extra de re iudi. inter monasterium. Titulus. scilicet beneficij quem tacuit. quantumcunque minimum esset. extra eo. postulasti. Series. s. seriem facti et totum processum debet rescriptum continere extra eo. dilectus filius. Professio certa. i. vtrum sit clericus vel laicus. extra eo. cum ordinem. Paupertas. s. an sit dives vel in dignitate positus. extra eo. ad aures. Facti possessio. i. cum aliquis de facto. non de iure possidet. extra de preces. pre. literas. Litisque pendens. extra ne lit. pen. dilectus. Gravamen. quia ex quo auctoritate d. pape aliquis receptus est in aliqua ecclesia. obstat exceptio secundo impetranti: nisi de receptione primi fecerit mentionem secundum Ber. et Hostiensem. extra eo. mandatum. Gratia. i. si iam receptus est in aliqua ecclesia dicto capitulo mandatum. Venditio. scilicet rescripti sibi concessi a sede apostolica: pro pensione quam recepit. extra eo. ad audientiam. Pater. id est qui ministravit in ecclesia quam filius impetrant. extra de fi. presby. c. ij. Ac exceptio. s. proposita in iudicio. extra de pen. in nostra. Civis. quia de civitate et dyocesi fienda est mentio. extra eo. significante. et capitulo rudulfus. Clausula. extra eo. cum dilecta. vbi non valet rescriptum. ij. quia non facit mentionem quod articulus fuisset in primo rescripto insertus. Firma fides. i. sacramentum de quo non facit mentionem. extra eo. constitutus. Item fides interposita. ar. extra de consti. ex literis. Sed his iunges anathema. quia si tacet excommunicationem suam non valet. extra de pen. c. fi. nisi sup defensione vel appellatione pro excommunicatione impetretur. extra eo. ipso iure. li. vj. Finis tolletur: nisi mentio facta probetur. id est rescriptum post predicta impetratum

non valebit: nisi de predictis faciat mentionem. Adde p̄dictis vnū semꝑ menti tenendū. ⁊ nō est alibi ita expressum qd̄ notat Panor. in .c. constitutus. extra eo. vbi ꝑ tex. illum cōcludit ꝙ surreptio viciat gratiam ipso facto etiā si cōsistat in tacendo factum alienū. qd̄ impetrans ꝓbabiliter ignorat. Nā impetrans de quo ibi poterat ꝓbabilit̄ ignorare statutū numeruꝫ ecclesie maxime si statutum emanauit: dū ipse fuisset absens. Et ratio hui⁹ dici potest esse. q: in cōsideranda validitate gratie: nō aduertimus ad culpā impetrantis. sed potius ad intentionē concedētis. vt in .c. postulasti. extra eo. Si autē papa sciuisset statutū p̄cessisse etiam ꝑ momentū. nō dedisset salt̄ ē ita defacili literas per quas infringeret̄ statutuꝫ ecclesie. hec Panor. ibi. Potest ergo fieri cōclusio ꝙ omne tacitū: quo expresso papa nō concessisset vel non ita de facili: viciat gratiā vel priuilegiū. licet secus sit in literis ad lites fm̄ eundē Panor. in .c. quia circa. de cōsang. quia ex surreptione nō sunt ipso iure nulle. s; ꝑ exceptionē annullande. vt in .c. ceteꝝ. ⁊ in .c. plerique. ⁊ in .c. si autē. extra eo. Adde p̄dictis qd̄ notat ge. in .c. si motu ꝓprio. de p̄ben. li. vj. ꝙ licet motus ꝓpri⁹ excludat oēm surreptionē. non tamen tollit vicia. nec ad beneficia personā illegitimā habilitat. vnde nō tollit defectū nataliū vel etatis vicij ⁊ similia. que licet ꝑ viā surreptionis nō possint opponi tamē per viam iuris cōmunis bene possunt: cum ꝓprius motus nō faciat dispensationē talium. Et dicit aliud notabile ꝙ certa scientia principis. per testes ꝓbari potest etiā si non exprimat̄ in literis. Secus dicit de motu ꝓprio. vt ꝓbari nō possit per testes. licet aduersarius velit probare ꝙ ad instantiam alterius hoc fecerit papa. nō audietur. quia illud esset arguere papā de mendacio.

Quid autē si papa motu proprio dispensat vel aliam gratiā concedit nunquid falsitas ꝑ impetrantem expressa. habeat viciare gratiā. Rn̄. panor. in d. c. quia circa. refert aliquos dubitasse. Sed ipse simplicit̄ tenet ꝙ si est tale quid. quo tacito vel nō existente: papa gratiā nō concessisset: tunc viciat: quia licet motus ꝓprius excludat surreptionem vt dictū est. non tamē confirmat gratiā cōtra intentionem cōcedentis. vt notabiliter sentit Jo. an. in d. c. si motu proprio. ⁊ vide glo. notabilem ad hoc. in cle. si romanus. de preben. que dicit ꝙ motus proprius nihil operatur vltra casus in iure expressos.

Restitutio .j. cōmuniter.

Vtrū sit de necessitate salutis. Rn̄. fm̄ Sco. in .iiij. dist. xv. q̄ sic. quia sicut auferre alienū est peccatū mortale. quia contra p̄ceptum diuinū negatiuū. s. Non furtum facias. Ita ⁊ tenere alienū. Et ita sicut est necessariuꝫ seruare p̄cepta negatiua. ita necessariū est nō tenere alienū domino inuito. Et per cōsequens vel actu statim restituere vel saltē velle reddere: cum fuerit opportunitas. sic tn̄ ꝙ dilationē petat ab eo q̄ potest vsum rei concedere fm̄ Tho.

Et pro p̄dictoꝝ declaratione distinguendum est ꝙ aut debitor est in articulo extreme necessitatis. aut nō. Primo casu. non tenet̄ ad restitutionē quia in extrema necessitate omnia sunt cōmunia. l. j. §. cum in eadē. ff. ad legem ro. de iac. Jdō dicit Sco. vbi supra ꝙ si detinens rem alienā est in extrema necessitate. ⁊ ille cui⁹ res est nō. s; habet aliqua citra extremā necessitatem: ꝙ ista res est detinentis iure poli: quo in extreme necessitat̄ articulo. ad ꝓuidendū necessitati nature via omnibus extrema necessitate detentis est cōcessa. vt in .c. exijt. de v. si. li. vj. Si autē ambo sunt in extrema necessitate. Si prius deuenit dn̄s ad eam: debet. reddi domino dupliciter iure: tn̄ quia prius suū. tum quia ex ista necessitate factū est suū. Si v̄o prius deuenit detinens: factū est suum. Et tūc domino post deuenienti ad istā necessitatem nō debet reddi. q: cessauit dominiū eius in re ista ⁊ factū est alienum iure poli. Si autē ambo simul deueniāt: dicimus ꝙ debꝫ reddi domino. quia nunꝙ̄ excidit a dominio. ꝓ hoc facit quia duobꝫ concurrentibꝫ. ꝓualet qd̄ potius est. vt. ff. de sta. ho. l. querit̄. Subiungit Sco. ꝙ si detentor deueniat ad pinguiorem fortunam tenet̄ restituere: quādo occupauit cessante extrema necessitate. sed si nunꝙ̄ ante extremā necessitatem occupasset: tunc iuste simplicit̄ occupauit scꝫ rem suā. nec ad aliquā tenetur restitutionē: hec ille. Jdem habes supra Furtū. licet quidaꝫ dicant contra. Sed dictuꝫ Sco. videtur equius: p̄sertim quando talis res est consumpta. Secundo casu. quādo debitor nō est in articulo extreme necessitatis. Et tunc: aut restitutio est certa aut incerta. Si incerta. vt quia non inuenit̄ creditor vel eius heres: restitutio est fienda pauperibꝫ vt in .c. cum tu. de vsuris. Et tunc debitor impotens potest libere se ponere in manu episcopi vel penitētiarij fm̄ multos: qui poterunt si eis fm̄ deū videbit̄ expedire relaxare debitum in totum vel in partem. vel p̄bere dilationem vt paulatim eroget pauperibꝫ. Si auteꝫ restitutio est certa. vt quia scitur vel sciri potest persona cui debet fieri. tunc si debitor est in tanta necessitate ⁊ creditor in tanta facultate ꝙ teneretur debitori per elemosynā subuenire: debitor non tenet̄ ad restitutionē. Nam hoc casu ipse creditor teneret̄ retroreddere. Jtē generalit̄ debitor non tenetur ad restitutioneꝫ: eo casu quo creditor deberet sibi nolle fieri restitutioneꝫ. vt dicit Sco. vbi supra vbi subiungēs exempla dicit. debet eni velle quilibet sibi restitutionē non fieri quādo esꝫ in p̄iudicium cōmunitatis vel recipientis restitutionem. quia debet velle bonum suū ⁊ bonū commune. Debet eni velle non fieri restitutionē quando esset in diffamationeꝫ restituentis. quia debet velle magis famā proximi: ꝙ̄ illud modicū suum statim. Consimiliter debet magis velle ꝙ vitet ur magnū incomodū proximi restituentis ꝙ̄ modicū incomodū suū vel nullū in illa modica dilatione restituentis. Ex his sequit̄. ꝙ qn̄ esꝫ restitutio dānosa reipublice vel ei cui fit vel diffamatiua restituētis vel nimis notabilit̄ dānosa. nō tenet̄ ad

statim restituendū: sed sufficit ꝙ statim ex affectu restituat: ⁊ ꝙ actu restituat cessantibus incōuenientijs hincinde. Et ex predictis etiaȝ subinfert ꝙ quādo ablatio fuit occulta: tunc nō tenetur ablator se prodere. nec ꝑ cōsequēs per seipm̄ restituere sed per aliam ꝑsonam secretam ⁊ fidelem. Et expedit ꝙ per confessorē quia sibi est crimen detectum per ꝓfessionem. vide diffuse de ista materia infra. Restitutio vltimo.

Quid si precipit̄ a cōfessore ꝙ statim restituat. An nō parens peccet mortaliter? Fran. de May. in.iiij.dicit ꝙ sic. quia preceptū de non retinendo alienum obligat semper ⁊ ad semper: quia est preceptum negatiuū. Hoc dictum potest intelligi ꝙ peccet mortaliter nō ratione iniūctōnis facte a cōfessore: sed respectu precepti diuini ratione cuius tenetur restituere: etiam cessante mandato ꝓfessoris. Non autē est intelligendū ꝙ ratione iniūctionis a cōfessore facte ille incurrat nouum peccatū mortale vt dicit Pe. de pal. in.iiij. ⁊ arch. flo. Nā ṡm eos tripliciter potest cōfessor aliquid iniūgere penitenti. vno modo ꝑ modū cōsilij ⁊ exhortationis. vt ꝙ quotidie oret et elemosynas faciat: et ad hoc nō tenetur. Secūdo modo per modū declarationis cōmunis obligatiōis. vt ꝙ omni anno cōfiteat̄: cōmunicet in paschate restituat alienū. Et sic non incurrit nouū peccatū inobedientie. Tertio per modū satisfactionis specialis pro cōmissis Et ad istam tenetur ex precepto. Et hoc verū pro peccatis mortalibus. non autē venialibus: nisi forte ex contemptu.

Quis autē teneat̄ ad restitutionē. Rū̄deo ṡm Sco. vbi s. ꝙ dāmificans tam principalis q̄ȝ fautor: tam bonorū anime q̄ȝ corporis q̄ fortune ⁊ infamie. vnde ꝑmo dicet̄ de damnificātibus in bonis anime. secūdo in bonis corpis. tercio in bonis fortune. De damnificantibꝫ autē in bonis fame. vide s. Detractio.

Restitutio.ij.

De damnificantibus in bonis anime.

Quid si quis retraxit aliquē a religionis ingressu. Rū̄. ṡm Sco in.iiij. di.xv. ꝙ si quis retraxerit aliquem iam obligatum ad religionē ex ꝓfessione: tenetur ad restitutionē. scȝ agere debet ꝙ ille redeat. Si non pōt tenetur ipse intrare: si est persona idonea religioni: vt sic satisfaciat bene viuendo religioni. ⁊ orare pro conuersione auersi: vt Ray. fecit. Si vo aliquem dispositum ad intrandum retraxit ne intraret. si hoc fecit animo consulendi proprie vtilitati. puta quia filius ⁊ sustentabat eum. vel quia intrans dabat omnia sua religioni que al's sperabat ipse habere vel huiusmodi. Et tūc nō tenetur religioni: si hoc facit sine fraude vel suggestione alicuius falsitatis. Si vo hoc facit animo nocendi religioni: tunc tenetur etiam religioni nō ad equiualens: sed ad aliqualem inductionem alterius equiualentis. scȝ ad ingressum religionis alterius. quia interest inter habere ⁊ prope esse. Concor. Rich. in.iiij. dist. xv. dicens ꝙ retrahens personam vtilem religioni ab ingressu religionis intentiōe damnificādi religionē: tenet̄ illi religioni ad interesse ad arbitrium bonorum virorum. Si autem hoc faciat non propter hoc sed vt consulat proprie vtilitati non tenetur religioni ad aliquam restitutionē: sed ꝑsone cuius profectum spiritualiter impediuit tenetur in spiritualibꝫ facere restitutionē quā pōt.

Utrum inducens aliquem ad peccandum cōsulendo. suadendo. ⁊c̄. teneatur restitutioni. Rū̄. ṡm Sco. vbi supra ꝙ sic modo sibi possibili. scȝ inducendo eum ad penitentiā efficaciter ⁊ actus virtuosos. Et si sola inductio non sufficit quia faciliꝰ est peruertere q̄ cōuertere: tenetur et ꝑ se orando ⁊ per orationes aliorum impetrare sibi conuersionem: dūmodo illis peccatum non pandat. Et licȝ talis non possit digne satisfacere tamē iuxta iudiciū ꝓfessoris ei est aliqua satisfactio iniūgēda.

Utrum seducens vel deflorans virginem: teneatur ad restitutionē eam ducendo. vide supra Adulterium.

Utrum damnificans alium in bonis anime vel corporis ex fraudulento consilio: teneatur ad restitutionem. Rū̄. ṡm Rich. vbi s. ꝙ sic. Et dicit ꝙ appellatiōe fraudulēti consilij continet̄ malum consiliū datum ex ignorantia q̄uis bonū cōsilium dare crederet: si debitā diligentiā non adhibuit ad sciendū: q2 negligētia crassa ꝓ dolo ē. de hoc vide s. Aduocatꝰ ⁊ Iudex.j.

An autē sacerdos absoluens aliquem a peccato a quo nō pōt absolui. teneatur ad restitutionē. Rū̄. vꝰ. dicit ꝙ non tenetur tamē ei notificare ꝙ non potuit eum absoluere. Peccat tamē mortaliter ṡm Rich. de quo vide s. Confessor.j. Intellige tamē predicta si talis confessor ex ignorantia absolueret. Secus si scienter et penitens paratus fuisset restituere: si quid restituendū erat. Nā ex quo dat causam efficacem ad non restituendū videtur teneri. Idem si absoluisset ex ignorantia crassa vl' supina vel affectata.

Restitutio.iij.

De damnificātibus in bonis corporis: et ad quid teneant̄. Dic ṡm Sco. in.iiij. dist. xv. ꝙ aut intulit vltimū damnū. scȝ mortē aut citra mortē. Et istud est duplex. scȝ remediabile ⁊ irremediabile. Exemplū mutilatio est irremediabile: q2 impedit ex toto actum humanū: qui cōpetit homi ṡm illud membrū. puta abscidit manū dexteraȝ. Remediabile vo siue curabile est: vt vulneratio vel alia lesio curabilis. Si in mutilatiōe hoc dupliciter vel q2 enormis q2 ex toto impedit aliquē actū humanū qui cōpeteret homini ṡm istam partē amputatam: vt in amputatiōe manus dextere: vt dictū ē vel non enormis. i. nō impediēs actum humanū vt est amputatio digiti vel ꝑtis eius. Pro primo damno. s. vite ablatiōe regulariter in multis cōtratibus secuta est lex talionis: vt homicida moriatur. Et rōnabiliter q2 hoc nō solum cōpetit ṡm legem moysi. ȝ etiā rōne naturali approbatū in. l. euāgelica. Math. xxvj. Oēs q̄ gladiū accep. ⁊c̄. Si aūt hec pena nō sit sibi statuta vl' forte aufugit. vel est

occultū: vel habuit gratiā a principe: tenet ad restitutionē faciendā speciale ē equalentē vite quam abstulit. Sicut pōt eē equalētia ī talib⁹. Nec hoc solū sufficit sed si interfect⁹ sustētabat aliquē. s. patrē ⁊ matrē vel ꝓpinquos: tenet interfector omib⁹ illis ad tantā restitutionē quātum illis abstulit ꝑ interfectiōe illius ꝑsone. Et qꝛ vix posset aliqs cōpensare digne ꝑ actiones id qđ abstulit homicida expediret sibi ꝓ aīe talis ꝙ solueret ꝑ passiōes voluntarias ⁊ huiusmodi. In alia vō dānificatōe. s. ꝑ mutilatiōe enormi vel non enormi. cōmunit non est instituta ī ecclesia restitutio nisi pecuniaria. Et illa debet correspondere nō solū damno qđ incurrit quis ꝑ mutilatonē ꝓ toto tpe futuro quo victurus esset cū mēbro isto absciso. sed etiā expensas expositas in curatione. extra de iniur. c. j. et sumit Exo. xxj. Itē debet correspōdere restitutio cōsolationi ipi⁹ afflicti qꝛ ꝑpetua est sibi desolatio de tali mutilatiōe. Plus aūt ē ponderāda mutilatio pauperis ꝙ̄ diuitis: qꝛ magis indigebat ꝑte abscisa ad victū necessariū acquirendū. Et ideo plus fuisset visus pte illa ad necessaria ꝓcurāda. licz ex alia pte sit aliq̄ cōditio ꝑponderās. s. dignitas ꝑsone. Sed hoc par ē respectu īpūte cōditiōis.

Quid aūt si statim obijt ⁊ nulle facte sunt expēse⁝ Rñ. Spe. in ti. de iniur. dicē ꝙ tūc extimabunt opere quib⁹ heres carituris est. Nā forte erat pelliparius vel mercator: sed si ꝑcussus mortuus: vel mutilatus nō fuerit: in lecto tamē iacuerit. operas eius amissas ⁊ expensas ī medicos factas ⁊ medicinas restituet q̄ ꝑcussit. d. c. j.

Sed vsq3 ad quod tempus extimabunt opere quib⁹ carituris est⁝ Rñ. idem ꝙ vsq3 ad tempus quo verisimile ē illū occisum viuere potuisse: iuxta extimatōez legis. ff. ad. l. fal. l. hereditatū cōputatione.

Quid autem si nullam habebat artem⁝ Rñ. Spe. vbi s. ꝙ extimabit interesse. Idem dic de eo qui aliū lesit in bonis naturalibus. vt quia eum deduxit ad amentiā. vel infatuationez vel huiusmodi. Nam tenetur primo veniam petere: per se vel per aliū: si est occultum. Postea tenetur satisfacere plus vel minus ſm culpam offendentis ⁊ damna q̄ leso vel alijs ꝓueniūt ad arbitriū boni viri iuxta notata in c. de causis. de offi. del. vbi habet ꝙ vbi pena nō ē taxata a iure. ꝓ aliquo crimīe standū ē arbitrio boni viri. qđ facit ad multa.

Sed quid si aliqs occidit aliquē necessitate inevitabili⁝ Rñ. ſm hoc in cle. si furiosus de hōi. ꝙ si necessitate inevitabili q̄s mutilat vł occidit: nullam penā incurt nec irregularitatē incurrit. d hoc vide s. Homicidiū ꝑ totū. vbi multa que faciunt ad hoc. Si autē nō fuit necessitas inevitabilis: qa ullus fugere poterat sine ꝑiculo vite sue: ⁊ tñ occidit illū qui aggressus ē eū. tūc nō tenet ad tantū sicut dictū est ꝑus de maliciose occidēte vel mutilante. sed ad arbitriū boni viri ſm q̄ntitatē culpe ⁊ modū ⁊ an ipse dederit cām isti insultui. puta qꝛ iuerat de nocte ad querendū quādā iuuenē ⁊ inuentus a parētib⁹ puelle aggressus ē. Nam hoc casu ad plus tenetur ad arbitrium boni viri ꝙ̄ si non fuisset in culpa. Idem dic in primo membro hui⁹ questiōis. Nam licz coangustat⁹ ⁊ aggressus necessitate inevitabili aggressorē suum occidat tamē si ob culpā suam venit ad hoc: vt quia ibat de nocte tenetur ad resarciendū damnū datum heredibus ꝓpter mortē occisi ad arbitriū boni viri.

Quid cum in crimine lese maiestatis ex sola sciētia quis teneatur nisi reuelauerit: vt in l. quisquis. C. ad. l. iul. maie. Pone ꝙ quis sciat tamen non potest ꝓbare. An eum puniens sit homicida. Hec questio his diebus accidit in facto. Rñ. ſm Ioh. de pla. in insti. de pu. iudi. ꝙ sic. Nam illud quod dicit ꝙ ex sola scientia quis teneat. intelligitur quādo scientia ē probabilis. per. l. qui accusare. C. de edendo. Ad quid enī tenetur quis reuelare quod nō potest ꝓbare. Certe nemo tenetur subijcere se tormentis que hoc casu delatori infligūtur. l. iij. C. ad. l. iul. maie. nec subijcere se squalori carceris. C. de accu. l. fi. Nulla est enī culpa in discrimine vite se nō ponere. Qui ergo solum audiuit ⁊ non reuelauit: qꝛ probare nō poterat īmunis est a delicto per tex. in. l. nostris. C. de calum. Et idem dicit consuluisse Bal. in quodam suo ꝯsilio quod incipit. M. ꝑ allegata sine multa ⁊c. Qui etiam dicit ꝙ officiales euntes per officia ⁊ occidentes homines propter solum non reuelare secretum non probabile: omnes sunt homicide. Et per ꝯsequēs tenentur ad restitutionē. de qua supra in ꝓrimo casu. Item homicide sunt officiales et tenent ad restitutionem omniū damnorū qui sine indicijs ponunt ad torturam homines qui metu tormentorum confitent delicta per eos perpetrata ex quia confessione post modū suspendunt. De hoc vide ū. diffuse. Cōfessio iudicialis.

Quid autem de confiscatione bonorū cōmittentium crimen lese maiestatis tam diuine ꝙ̄ humane. quia ipō facto bona eorum sunt confiscata. An talia cōmittentes possint bona sua retinere: presertim si talia delicta sunt occulta⁝ Dic ꝙ cum bona conscientia possunt illa retinere donec sententia secuta fuerit super facto ꝑ iudices competētes: vel donec fuerit secuta sententia: saltem declaratiua. De hoc vide diffuse s. Absolutio primo. in excōicatione de insecutorib⁹ cardinaliū.

Quid de seditionibus ⁊ conspiratōnibus que fiunt quotidie in ciuitatibus vbi sunt partialitates per quas vna pars conspirat aduersus aliam deponendā: ⁊ statum assumendum. An cadat in crimen lese maiestatis vt sic bona publicentur et alie pene. dicta. l. quisquis vendicent sibi locum⁝ Si. in. l. fallaciter. C. de aboli. dicit ꝙ si hoc fit vt eruatur ciuitas de subiectione imperij aut pape: tunc est crimen lese maiestatis. Si autem fiat propter deponendū regentes tunc est crimen seditionis. Et licz sit capitale naturaliter vel ciuilit ſm conditionem ꝑsonarum. vt notatur in. l. j. C. de sedi. tamen non infligit omnes penas pro crimine lese maiestatis impositas nisi fieret in vrbe romana. vt voluit glo. in. l. j. ff. ad. l. iul. maie. in ver. in vrbe. Et per hanc distinctionē concorda. glo. q̄ videntur contrarie. Quādo autem ciuitas dicat

delinquere vel homines ciuitatis. vide notabiliter supra Absolutio.j. in excōmunicatōne de insecutoribus episcoporum.

Quid autē si quis cōmittit proditionē contra vnum ex istis tyrannis italie: qui hodie regnant. Nunquid habet locum pena lese maiestatis? Respondet. q aut non recognoscit superiorem. Et tūc habet locum ꝛ de eo vt de principe est iudicandū. Aut recognoscit: vt quia ē vicarius imperij. ꝛ tūc licz crimen lese maiestatis habeat locum. vt dicta l.j. in ver. cuiusue opera. nō tamē pena incapacitatis extēditur ad filios sm Sali. in dicta. l. quisqs Nota tamen q crimen lese maiestatis cōmittit a subdito tm̄. iuxta notata in clemen. pastoralis. de re iudi.

Sed querit cum quis possidet iniuste aliquā ciuitatem vel castrū: quia vsurpauit a vero ꝛ legitimo domino: si subditus talis iniuste possessoris vel alius occulte operet vt amittat talem ciuitatē vel castrum vt verus dominus illam vel illud habeat. an peccet vel incurrat crimen lese maiestatis Rn̄det Archi. flo. in sum. q aut hoc facit ex cupiditate vel odio aut zelo iusticie. Si primo casu: qa inde consequit premiū temporale vt fieri cōsueuit in huiusmodi. nulli dubium quin peccet mortaliter: quia procedit ex radice infecta: ꝛ ideo non pōt sequi nisi fructus mortiferus damnatōnis. Non tamē tenebitur ei qui iniuste possidebat. Si autez ex zelo iusto mouetur totaliter: vel etiam principaliter: secūdario tamen sperat inde consequi aliquā remunerationē temporalē nō videtur peccare: qa quilibet debet proximum iuuare ex charitate sicut in psona ita ꝛ in rebus. Et hoc quādo verus ꝛ legitimus dominꝰ nō potest alio modo recuperare ciuitatem suam vel castrū p alium superiorem. et ex tali pditione verisimiliter creditur nō sequi scandalum vel morte alicuius. Sed si hoc fieri nō potest sine mortibus hominū ꝛ perturbationibus ꝛ scandalis aliorum. nullo modo hoc attemptādū est. Unde Ambro. si nō potest alteri subueniri: nisi alter ledat. melius est neutrum iuuare q grauare alterū xiiij. q. v. deniqz. Sed quia quasi raro vel nunq ista fieri possunt sine morte hominū ꝛ huiusmodi. ideo nemini ɔsulendū nec pdicādū.

Quid de dominis terrarū qui excecant vl' mutilant homines pter lepores. ceruos ꝛ huiusmodi que capiunt contra eorum volūtatem? Respōdet Asten. li. v. ti. xxix. q mortaliter peccant si faciunt libidine vindicte aut amore huiusmodi animalium aut libidine venandi huiusmodi animalia que nullius hominis sunt. aut si pter vnicum actum hoc faciant: cum nō debeāt ita seuere pcedere nisi contra cōsuetos ad talia. Credo etiā q si sit ɔsuetudo loci illius q pro vno actu tanta pena infligat: consuetudo est iniqua: nec obseruanda. ꝛ obseruātes eā mortalit peccāt.

Restitutio.iiij.

De restitutione dominorum ꝛ officialiū.

r

Utrum is qui ex assumpto officio tenetur alios defendere. teneat ad satisfaciendum damna eueniētia eo q notabili incuria vel negligentia eos nō defendat? Rn̄det q sic: vt sunt domini terrarū: quibꝫ distribuūtur redditus sui dominij vt subditos suos defendant. Similiter capitanei ꝛ stipendiarij salariati qui in iusto bello suos nō defendūt: ꝛ qui etiam ex officio suo tenētur pupillos ꝛ viduas tueri. Medici etiam nō solum corporum sed animarum: vt confessores ignari. ꝛ vltro se offerentes ad tale officium. Notarij etiā ob quorum negligentiā cause multotiens amittunt ꝛ iura. Judices quoqz ꝛ assessores pferentes iniustas sentētias ex ignorantia: vel incuria studendi. Aduocati etiā ꝛ pcuratores q' ex defectu suo causas amittunt. Naute quoqz architectores ꝛ omnes his similes quos notabilis ignorantia siue sciētie siue artis sue nō excusat. arg. ad hoc extra de iniurijs. c. si culpa. Intellige predicta de medicis. iudicibus. assessoribꝫ. pcuratoribꝫ ꝛ alijs qui locant se p medico. iudice. aduocato ꝛ huiusmodi. Secus si se ad huiusmodi nō locant. Et qui eos vocaret ad predicta officia: licz constaret ei de eorum imperitia: ꝛ ipsi promitterent se facturos quod possent: vel ex quadam pietate consulūt requisiti iuxta qd melius sciunt: tunc non tenētur nisi de dolo ꝛ lata culpa: ꝛ ei qui tales elegit imputet. vide s. Aduocatus. et. c. Medicus. Ad predicta facit tex. singularis cum glo. in. c. administratores. xxiij q. v. vbi habet q officiales et alij administratores qui negligunt facere iusticiam ꝛ defendere oppressos. ecclesiasticos. viduas ꝛ pupillos sunt ipso iure excōmunicati post trinā monitionē. nec possunt absolui. nisi prius de damno satisfaciāt. Predictis cōcordat san. Bernardinus.

Utrum ille cui princeps ciuitatis vel cōmunitas ɔmisit vt imponat collectā ciuibus. tamē qr quosdam ibi habet amicos eos generaliter nō grauat vnde ꝛ oportet alios plus grauare. An teneatur satisfacere. Rn̄detur q sic: nam tenetur ad omne damnū ex hoc eis illatum quos si inuenire nō poterit tantūdem pauperibus erogabit. quibꝫ etiaz tenetur erogare munera sique a dictis amicis suis accepit. Idem Monal. in tractatu restitutionum. Addens q si collecta est antiq̄ ꝛ debita: ꝛ eam imponens se alleuiat: in tantū tenet dño vel cōmunitati. Si vo amicū alleuiauit. tūc tenet etiā domino vel cōmuni: nisi prius amicꝰ restituerit. Si aūt ē collecta de nouo iniuste imposita a domino. puta ad priuatam vtilitatē. tunc domino obedire non debet cōtra priuatam conscientiam in collecta iniusta ꝛ si aliquē grauat illi debet restituere. Et sm iura exactores tributorū ꝛ collectarū qui aliquid etiam tenent de eo qd exigunt tenētur ad duplum: vt ē tex. in l. nulli oppinatores. C. de exact. tri. li. x. Et tenētur furti si plus debito exigunt sub terrore et pheminentia dignitatis. etiam p alimētis suis ꝛ familie vel equorum. l. ij. C. de lucris aduo. Et sm do. An. de bu. in. c. ij. de imu. eccle. collecta regulariter illicita est: vt. l. hac edictali. §. illicitas. de pa. iura. fir. vide s. Priuilegiū.

Quid de his qui sine vite sue periculo vel sui status: vel aliquo alio discrimine possūt ɔtradicēda

prohibere iniuriam a proximo suo: et non prohibent sed tacendo permittunt? Rñdet sanctus Bernardinus quod si tales ex officio suo contradicere et prohibere tenentur: et ex aliquo timore non excusabili vel pusillanimitate tacent tenẽtur de toto damno: quod ab alijs illatum est. Exempli gratia: si in consilio cõmunitatis vbi de imponendis collectis derias tractatur: consiliarius ibi existens: ex officio tenetur contradicere et non contradicit. Multo magis si propter aliquod lucrum bursale in talibus taceret: in totum satisfacere obligatur. Hoc intellige si non fuisset tale damnũ: si contradixisset. secus si omnino secutum fuisset. nam tunc in nullo tenet. Qui vero ex officio non tenetur et talia videt: si non contradicit cum sine suo periculo possit: peccat mortaliter. tamen restituere nõ tenetur. Et facit regulam generalem que facit ad multa infra dicenda in furtis vel rapinis vel ad quecunque alia: quod qui ex officio nõ tenetur obuiare damno inferendo proximo cum tamen possit obuiare etiam sine periculo vite sue: et tamen maliciose non obuiat: licet peccet mortaliter: non tamen tenetur ad restitutionem secundum docto. Secundo obligant similiter qui cõsentiunt. videlicet quãdo sine tali consensu: talis damnificatio secuta non esset secundum Inno. et Host. Intellige vbi cooperationis effectus in opere demõstratur. Idem dicendum secundum Ray. quãdo damnum tuo nomine illatum: ratum habes. xj. q. iij. qui consentit. Et secundum Sco. talis consensus interpretatiuus dicitur. Addit tamen Sco. quod habens ex officio obuiare damno proximi: et non obuiat ex aliqua causa rationabili. puta quia vergit in damnum reipublice: vel in periculum proprie persone vel huiusmodi. nõ peccat mortaliter. nec tenetur satisfacere in aliquo.

Quid de officijs vel dignitatibus secularibus si appetantur et petantur et procurentur per preces et obsequia. vt officia potestatis. senatoris. capitanei vexilliferi et huiusmodi. nũquid est peccatum? Respondeo secundum Archi. flo. si quis huiusmodi querat vel petat magis sollicitus de honore et lucro quam de iusticia conseruanda. vnde et paratus seruire amicis in licitis et illicitis et lucrari per phas et nephas et deuiare a iure: ne displiceat illis: nec punire crimina vt debet: peccat mortaliter. Similiter si ignorat ea que spectant ad executionem debitam sui officij. nec curet iuuari per aliud: vt per assessorem. vel si est paratus se intromittere de his ad que sua potestas non se extendit quamuis ibi consueuerit fieri. puta si laicus velit de clericis iudicare vel de ecclesiasticis disponere quod ei prohibetur. Si autem intendit in omnibus seruare et administrare iusticiam in agendis saltem per practicam. competenter edoctus et in dubijs intendit cõsilia querere. Illa tamẽ querit propter honorem mũdi ne despicabilis habeatur. non participando officia ciuitatis: vt ceteri vel vt inde lucrum consequatur quo se et suam familiam valeat sustentare: et hoc per salarium deputatum et alia consueta: vt de penis pecuniarijs sed de litigijs nihil extorquẽdo a subditis vltra cõstitutum. scilicet appoortione litigiorum et victualium et huiusmodi humana temptatio est: non est condemnandus. Et multo minus cum ista querit ne premat? his conculcetur a ceteris et imponantur ei onera grauia. Si quis autem hoc faceret ad obuiandum malis zelo iusticie deum nõ homines timẽs quis est hic et laudabimus eum? Cõmendandus esset.

Quid de vendentibus officia publica et dignitates. Rñdeo quod tenentur ad restitutionem pecunie. non illis qui dederunt sed pauperibus: cum gratis ea cõmittere deberent. Et secundum Monal. tenentur domini qui dicta officia vendiderunt ad interesse illis qui per huiusmodi prepositituros taliter sunt expoliati. Et taliter ementes debent grauiter puniri edicto legis iulie. de ambitu. vel. l. vnice. ff. ad. l. iuliã. ambitus. et insti. de publi. iudic. §. sunt preterea. s. in. C. aureis. et sunt infames. Sanctus autem Tho. in quadam epistola ad ducissam brabancie querentem ab eo. vtrum liceret ei vendere officia temporalia. Respondet quod sic. di. cum autem balliuis et officialibus vestris nihil cõmittatis nisi temporalis officij potestatem non video quare non liceat vobis vendere officia. dũ tamen talibus vendatis de quibus possit presumi: quod sint vtiles ad huiusmodi officia exercenda. et non tanto precio vendatur officiũ. vt recuperare non possint sine grauamine subditorum. Sed tamen talis venditio omnino expediens nõ videtur: quia frequenter contingit quod illi qui essent magis idonei ad huiusmodi officia sunt pauperes vt officium emere non possint. quinetiam si tales diuites sint tamẽ quia boni sunt non ambiunt officia. nec inhiant ad lucra. Et sic quia vt plurimum illi officia emũt qui sunt peiores et subditos opprimẽtes magis expediens videtur: vt bonos et idoneos ad officia vestra eligatis etc. hec Tho. Clarum tamẽ est quod dicta officia regiminis vendi strictissime prohibentur et taliter assumpti nihil debent pro huiusmodi officijs dare. maxime hodiernis temporibus. et experientia teste quasi infinita mala et extorsiones a subditis proueniant ex huiusmodi venditiõibus officiorũ.

An autẽ liceat dominis recipere mutuũ a talibus officialibus: ita quod satisfaciant sibi de officio? Respondeo secundum Tho. vbi supra quod si pacto mutui detur vt officium recipiant: absque dubio pactum est vsurarium: quia pro mutuo accipiũt officij potestatem. vnde in hoc datur eis occasio peccandi. Et ipsi etiam tenentur resignare officio taliter acquisito. Si tamẽ officium gratis datur. et postmodum mutuum accipitur ab eis quod de officio recipere possent. hoc absque omni peccato posset fieri. Alijs tamen videtur quod liceat mutuare cõmuni vel alicui domino pro aliquo officio habendo licet consequatur magnum honorem vel lucrum. Et hoc quando ex tali officio talis non habet cõsequi nisi lucrum quod debito modo debetur tali exercitio. Et hoc quando non posset habere illud nisi mediante mutuo. si tamẽ ille sit aptus ad tale officium exercendum. Et hoc sine vicio vsure. Ratio est, quia quod accipio lucri non respicit mutuum

sed exercitium principaliter: licz secūdario speret ex mutuo illo aliquod lucrum consequi sine periculo vsure. Si tamen ex statuto vel antiqua consuetudine volens habere tale officium teneretur aliquid soluere: ꝛ vt talem solutionē euitaret, mutuū daret vsurari⁹ esset.

Quid de dominis temporalibus qui vtuntur male suis officialibus: et negligunt eos corrigere: vel officio priuare cum male agant in talibus officijs? Dic ꝙ tenētur de omni damno inde secuto ꝑtextu talis officij. vel quādo est negligens in certiorando an sui officiales bene vel male se gerant. De hoc vide ṡ. Domin⁹.

Quid de officiali qui negligit punire criminnosos? Respondet Jo. de pla. in. l. precipi. C. de cano. lar. tri. li. x. ꝙ debet puniri eadem pena qua criminosus. Nam iudex qui repertum facinus non indicat. tegere vt conscius criminosa festinat. Nā et quidam tacitus cōsensus. l. placet. C. de execu. rei. iu.

An autem iudex qui iniuste sententiam tulit: teneatur insolidum. vide supra Aduocatus. ꝛ Iudex. primo. Adde tamē singulare dictum Jo. an. in. c. cum etern. de re. iur. li. vj. in glo. in ver. condemnādus. ꝙ si iudex per cupiditatem. odiū. vel amorem iniuste iudicauit: ꝛ causa est ciuilis. tenet ad restitutionem damni; quod ex hoc euenit illi. ꝛ vltra hoc punitur in triplo. Si autez causa est criminalis: non tm̄ tenetur ad satisfaciendum damnum a se illatum; sed etiam eius bona confiscāda sunt. vt in auten. vt litigantes iurent. §. si q̄s aūt. Si vero iudex per ignorantiam seu imprudentiam iniuste iudicauit non tenetur insolidum: sed tm̄ arbitrio iudicis punitur ex quasi delicto. vt. l. fi. ff. de va. et extraor. co. hec glo. Sed si per metum cadentem in constantem virum iudicauit; iniuste tamen mortaliter peccauit: ꝛ non tenetur ad restitutionem: nisi a tempore accepti officij dubitasset de hoc metu. tunc enim fm̄ Bal. in. l. fi. C. de pe. iudi. qui. ma. iu. satisfacere tenetur parti lese. Idez sanctus Bernardinus qui etiam dicte glo. inherere videtur: que est valde notanda. quia facit ꝓ theorica Inno. posita supra Aduocatus. ꝙ in foro conscientie non teneatur quis nisi de dolo ꝛ lata culpa. Et hoc facit ad notata supra in hoc capitulo. ꝛ toto isto opere. Aliud singulare notat idez sanctus Bernardinus de eo pro quo iniuste sententia lata est: ꝙ si ante sentētiam non habuit conscientiam malam; sed post incepit habere malam: a qua sententia aduersarius non appellauit: ꝛ cognoscens rem esse alienam fm̄ Hostie. sententia eum defendit: nisi haberet conscientiā remordentem quam remouere non posset; qz tūc restituere obligat. Et hec nota.

Quid de iudice qui omittit condemnationez expensarum. Respondet Jo. de pla. in. l. obseruare. C. de decu. li. x. ꝙ tenetur de suo refundere eas parti. l. properandum. §. sin autem. C. de iudicijs ꝛ in dicta. l. obseruare. Quod intellige si fuerint petite. alias in pari causa negligentie. scilicet partis non petentis ꝛ iudicis non condemnātis; melior est causa conuenti. l. si seruum. §. sequitur. ff. de verborum obliga. potest tamen condemnare si vult; licz non sit petitum. Cum hoc emergit post litem contestatam. ꝛ sic ad eius officium spectet. l. ediles. §. Itē sciēdū. de edi. edic.

Utrum custodes ꝛ vigiles qui non accusant quos in ciuitate reperiunt euntes post statutum campane sonum soluere teneantur illam penam quam predicti transgressores soluissent, si eos accusassent? Respondet sanctus Bernardinus. ꝙ q̄zuis mortaliter peccent ꝛ periuri sint: si tales accusare iurauerunt: non tamen tenentur penam statuti soluere: quia illi nōdum condemnati fuerunt a quibus tamen si aliquod munus acceperint: tenentur pauperibus erogare. Ceterum si predicti custodes vidissent tales aliquem dannificare: et non reuelant: tenētur huiusmodi dannificato resarcire: si ideo a cōmunitate salariati sunt: sicut qui custodes vinearum ꝛ possessionum: qui similiter per hanc eorum custodiam mercedem aliquā recipiūt: tenent dannificat⁹ de dāno dato. De istis campanarijs. vide ṡ. Familia.

Quid de officialibus ꝛ aduocatis qui secūtur doctrinam Spe. in ti. de aduo. §. ꝯsequēter. et. §. sequitur. ꝛ. §. vtriusqz. vbi describit cautelas quas debēt habere aduocati tam actoris q̄z rei. Respōdet. ꝙ tenentur parti de omni damno et interesse quod consecuta est dicta pars propter eius versucias ꝛ cauillationes. Hoc verum si causa est iniusta. Si aūt ē iusta vide ṡ. Aduocat⁹.

Quid si officialis ciuitatis vel domini qui solet dici camerarius vel thesaurarius recipiens pecunias in introitu ipsius ciuitatis de gabellis et collectis: ꝛ predictas pecunias assignans tempore debito alijs officialibus vel ꝑsonis determinatis a domino: vel cōmunitate, puta stipendiarijs ꝛ alijs seruientibus eis. Utrum pecunia sibi tradita per modum depositi si in ea negociet: vel eaz cōmutet: cambiendo florenos ad monetam vel econuerso: vel mutuo tradens vsuram cōmittat. Et vtrum lucrum inde susceptum faciat suum? Rn̄. Archi. flo. ꝙ si domin⁹ vel cōmunitas inde nil ledatur: nec etiam ꝑsone que recipere debent salaria sua: quia statuto tempore eis soluitur ꝛ integre, illud lucrum suum facit ratiōe sue industrie Et precipue cum subiret amissio eius periculo sui vnde ꝛ fideiussores tales solent dare; ꝛ cōmunitates hoc sciunt: ac etiam domini tolerant. Et quia res est consistens in numero et pondere. nō obsignata. Et sic nō est proprie depositum. Sec⁹ autē esset si pecunie amissio substaret periculo cōmunitatis seu domini: quia tunc lucrum esset cōmunitatis seu domini: deducta tamen merce de laboris illius eam exercentis. Item si ex hoc exercitio seq̄tur dannum creditoribus domini vel cōmunitatis: quia eis nō soluitur statuto tempore: ex eo ꝙ camerarius pecuniam cōmunitatis in alijs tenet occupatam: tunc tenetur illis de danno et peccat grauiter. Si autem in vsuris exercet talē pecuniā

peccant grauiter talia permittentes ad quos spectat cum participes sint peccati: et tenentur ad restitutionem. Et communitas seu dominus si inde aliquid lucri habet et quoad illam partem tenetur etiam ad restitutionem.

Sed quid de camerarijs vel depositarijs communitatis in diuersis officijs vt montis vel gabellarum et huiusmodi habentibus recipere pecunias a personis vel tradere varijs hominibus pro communitate: a quolibet dante vel recipiente pecuniam ab eis exigunt aliquid. puta vnum denarium pro flo. nunquid est licitum si hoc habet consuetudo loci et diu seruata? Archi. flo. distinguit. quia aut tales sunt salariati a communitate et sufficienter aut diminute. In primo casu non putat posse eos exigere aliquid vel recipere; quia ibi non videtur habere locum consuetudo cum videatur introducta ex immensa cupiditate: et sic potius dicenda est corruptela. Et sic credit talia sic extorta ex debito pauperibus eroganda. xiiij. q. v. non sane. In secundo casu videtur eas posse exigere et consuetudinem eos excusare que rationabilis est cum seruat illis personis. et nemo cogitur de suo beneficium facere.

Queritur vltimo. vtrum intercessores apud potestatem ciuitatis: pro accusatis vel incarceratis: restituere teneantur quod sua intercessione adepti sunt cum predictis? Respondet sanctus Ber. quod si predicti incarcerati vel accusati erant innocentes ipsi intercessores erant officiales salariati a domino ciuitatis vel communitate: tenentur restituere eisdem. Sed si non erant officiales salariati satisfacere non tenentur. immo etiam apud deum merentur. Si vero predicti accusati vel incarcerati erant culpabiles et merito condemnandi: tunc huiusmodi intercessores pecuniam ab eis receptam pauperibus erogare tenentur. Etenim ipsi iniuste accusati dederunt. et intercessores turpiter acceperunt. vnde regulare est quando ex parte vtriusque. scilicet dantis et recipientis turpitudo; et culpa versatur. illud est pauperibus erogandum.

r

Estitutio. v. De falsificantibus monetam.

Pro huius materie declaratione queritur quis possit facere vel cudere monetam? Respondet Panor. in c. quanto. de iureiur. secundum glo. in l. ij. C. de fal. mo. quod nulli licet cudere monetam nisi principi. Inferiori autem a principe non licet sine eius concessione. Et hoc sequitur ibi Bar. P. et Ci. Intellige nisi ciuitas vel princeps inferior hoc prescripsisset per tantum tempus de cuius initio non extat memoria. vt in c. super quibusdam. de verborum signi.

Secundo quero qua pena puniatur falsarius monete? Respondet Panor. secundum glo. in dicto c. quanto. quod aut falsat quis monetam principis: intellige de nouo adulterando. scilicet fundendo. et comburi debet. l. ff. supra allegata. Aut falsat monetam ciuitatis seu alterius inferioris ab imperatore: et capite punitur. Sic intellige glo. in l. j. C. eo. Aut non fabricat monetam de nouo: sed fabricatam radit. scilicet minuendo vel tingit. puta monetam eream vt appareat aurea. Et punitur vltimo supplicio: vel datur ad bestias secundum conditionem persone. vt in l. quicunque ff. de fal. Et hunc intellectum sequitur Bar. in dicta l. quicunque. Et glo. in l. ij. preallegata.

Tercio quero qua pena puniatur qui scienter expendit falsam monetam? Respondet Panor. quod liber videtur teneri pena legis cornelie de fal. que regulariter est deportatio. et omnium bonorum publicatio. Seruus vero vltimo supplicio afficitur: de quo dicendum vt in l. j. in fi. de fal. Et quod talis expenditor teneatur hac pena. videtur tex. in l. lege cornelia. ff. ad l. cor. de falsa. Sed Bar. dicit hoc procedere quando expendit numos plumbeos vel stanneos: quia de eis tantum facit mentionem illa lex. alias debet puniri pena extraordinaria. Et sic dicit se multos defendisse a pena legis cornelie. de fal. Quod est notandum.

